BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 C
32

# PRAXIS
# ARCHIEPISCOPALIS
## CVRIÆ NEAPOLITANÆ.

AVCTORE

M. ANTONIO GENVENSE NEAPOL. I.V.D.
Montis Marani, poſteà Iſernienſi Epiſcopo.

*Locupletata in hac omnium nouiſſima editione nonnullis materijs, & exornata multis Additionibus, quæ in alijs impreſſionibus omiſſæ fuere.*

Opus ſanè Epiſcopis, Vicarijs, Iudicibus, Aduocatis, Cauſidicis, Notarijs, tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, Parochis, Confeſſarijs, cæteriſque omnibus in vtroque foro verſantibus, apprimè vtile, atque neceſſarium.

*Cum in eo, quidquid in alijs etiam Curijs Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus frequenter occurrere ſolet, copiosè, ac dilucidè contineatur.*

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

VENETIIS, M.DC.LXVII.

Apud Guerilios.

# SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO PATRI PAVLO QVINTO PONTIF. MAX.

RERVM gerendarum vſum, Beatiſſime Pater, quem Græco vocabulo Praxim nuncupamus, homini ad felicitatem nato mirificè conuenire, præclarè docuit ſapiens ille morum inſtitutor Plutarchus, cùm virtutem in actione conſiſtere definiuit. Et verò hominem pollentem oculis, carentem manibus; vigentem ingenio, deſtitutum actione; doctum theorica, imperitum praxi: illum ego non hominem dicam, ſed monſtrum propemodum miſerabile. Perfectum autem virum tunc dixero, cum & oculis perſpicacem, & manibus videro bene vtentem. Inde Moyſes, vt tradunt Hiſtorici, prudenter feciſſe legitur, qui de cuiuſque integritate magis oculis, quam auribus credebat. Videlicet praxis, & opera ipſa ſunt, quæ virum librent, & probent, non ingenium, aut verba. Et fruſtra quis acutulum ſe iactet, niſi mentis induſtriam, manus, hoc eſt rerum vſus, & experimentum prodat. Nam quid eſt aliud homini frequens exercitatio, niſi gemina quædam manus? aut qua ratione, vel ſe tueri, vel alijs benefacere quiſpiam poterit, niſi practica quapiam methodo inſtituatur, vim mentis in omne officium humani generis publico bono exercere? Hæc ego mecum identidem expendens, cum cernerem innumeros ferè libros quotidie prodire, qui ingenio tantùm acuendo, excolendoque proficiant: viſum fuit mihi Eccleſiaſticam Praxim inſtituere, qua potius quid agendum, quam quid contemplandum ſit, ſacri Præſules facillimè cognoſcerent. Neque prorſus immeritò operæ me pretium feciſſe exiſtimaui. Eò enim congeſſiſſe mihi videbar,

bar; quidquid in Amplissima Neapolitana Metropoli, in cuius tutandis iuribus Fisci Patronus diu inseruieram, dignum obseruatione contigerat. Nunc autem, cum hoc ipsum, vt typis denuò excuderetur, accuratius euoluerem, & veluti ad incudem reuocarem, agnoui demum, quam verè, & grauiter Publius ille Mimographus dixerit: Discipulus est prioris posterior dies: adeò occurrerunt multa, quæ messem istam vndique locupletiorem fecerint. Multa itaque adieci, multa exposui; angusta dilataui, confusa digessi: inde vt mihi intelligere facilè fuerit, ingenia hominum quorundam agris esse similia, qui, cum diu ab agricolatione quieuerint, sero postmodum cultu vberiores fruges ferunt. Hæc igitur nostri operis est ratio Beatissime Pater; illud vnum est reliquum, vt segetem istam, qualiscunque ea sit, Tibi à me ex animo, & ex Voto propemodum destinatam, in tuum, vt ita dicam, inferri horreum patiaris, & veluti rem tuam Apostolico patrocinio tueare. Multa sanè me id sperare posse suadent. Primum, quod hæ fruges, tuæ ferè sint, quippe in Romano, hoc est, tuo solo, renatæ, atque auctæ. Deinde, quod priore suo ortu ab hac Sancta Sede Apostolica benignè exceptæ, ad Excelsam istam Petri Cathedram, atque adeo ad Te, qui in ea sedes, meritissimè redire non dubitent; vt inde Solis istius veluti radijs maturatæ, saginandis studiosorum animis securius prostent. Faue igitur Beatissime Pater, & opellam istam meam, atque meipsum ad tuos sanctissimos pedes prouolutum suscipere ne graueris. Interim ego Deum oro, & exobsecro, vt Te nobis, Vrbi, atque Orbi diutissimè seruet incolumem.

S. T.

Humillimus seruus

*M. Antonius Genuensis Episcopus Montis Marani.*

INDEX

# INDEX CAPITVLORVM.


DE Excommunicatione ad finem reuelationis. Cap. I. fol. 2
De his, qui reuelare, aut restituere tenentur. Cap. II. 12
De Materia cap. Odoardus; de solut. latè. Cap. III. 19
De Absolutione à Iuramento. Cap. IV. 25
De Absolutione ad cautelam. Cap. V. 29
De remissione clerici ad Curiam Ecclesiasticam latè. Cap. VI. 31
De Excommunicato puniendo ante annum. Cap. VII. 35
De Clerico post delictum, vel relegationem, effecto Laico, & è contra, & de familia Episcopi, an gaudeat priuilegio Fori. Cap. VIII. 37
De Testibus Laicis compellendis à Iudice Ecclesiastico, & quomodo. Cap. IX. 41
De Laicis offendentibus Cursores Curiæ Archiepiscopalis, à quo sint puniendi. Cap. X. 43
De Executione facienda in bonis clerici reconuenti coram Iudice laico. Cap. XI. 44
De Laicis Fideiussoribus clericorum, à quo compellendi ad pœnam fideiussionis. Cap. XII. 44
De Sponso nolente contrahere Matrimonium, quomodo sit compellendus. Cap. XIII. 45
De Muliere sequestranda, pendente lite super Matrimonio. Cap. XIV. 47
De Liquidatione Instrumentorum contra clericum, & obligatione per ipsum factâ penes acta Curiæ sæcularis. Cap. XV. 49
De Recurrentibus ad Curias sæculares. Cap. XVI. 51
De Immunitate Ecclesiarum magis practicabilia. Cap. XVII. 53
De Denunciatione Hæreticorum, & Maleficiorum latissimè. Cap. XVIII. 61
Deputata ad certos pios vsus, an, & quomodo possint in alios conuerti. Cap. XIX. 69
De dispensationibus Matrimonialibus magis practicabilia. Cap. XX. 72
An Papa possit dispensare, vt quis contrahat cum sorore Vxoris defunctæ. Addit. 77
De Causis Matrimonialibus magis practicabilia. Cap. XXI. 87
De Excommunicatione, an, & quando suspendatur per appellationem. Cap. XXII. 93
De Excommunicatione plura magis practicabilia. Cap. XXIII. 97
De Scriptura quando requiratur in sententia Excommunicationis. Cap. XXIV. 105
De Absoluto in foro Conscientiæ, an debeat molestari in Foro exteriori. Cap. XXV. fol. 106
De Excommunicato insordescente vltra annum. Cap. XXVI. 107
De carceretione clericorum, Habilitatione, recommendatione in carceribus, & alijs scitu dignis. Cap. XXVII. 109
De Clerico, an, & quando gaudeat priuilegio Fori. Cap. XXVIII. 115
De Visitatione Hospitalium priuatorum, & Extauritarum. Cap. XXIX. 118
De Episcopo, quomodo debeat procedere contra resistentes in Visitatione, & ibi alia de excommunicatione pro defensione Iurium Ecclesiæ. Cap. XXX. 119
De Procuratione recipienda ab Ecclesijs Ciuitatis. Cap. XXXI. 120


De Mer-

# Index Capitulorum.

De Mercede Notarij Visitationis. Cap. X X X I I. fol. 32
De Visitatione latè. Cap. X X X I I I. 122
De Statuto Episcopi excommunicante accedentes ad Monasterium Monialium exempta.
Cap. X X X I V. 128
De modo procedendi in Delictis de Iure Canonico, & de Denunciatore. Cap. XXXV. 129
De clericorum Nobilium pœnis. Cap. X X X V I. 131
De concubinarijs. Cap. X X X V I I. 132
De Episcopo exercente Iurisdictionem in aliena Diœcesi. Cap. X X X V I I I. 134
De clerico renunciante clericatui, & ad quid potest se obligare. Cap. XXXIX. 136
De Purgatione Canonica, an possit indici quando adsunt indicia sufficientia ad torturam.
Cap. X L. 137
De potestate Magistrorum Laicorum latè. Cap. X L I. 139
De clerico agente coram Iudice Laico cum protestatione, latè. Cap. X L I I. 145
De clericis deponentibus in Iudicio sæculari. Cap. X L I I I. 151
De Imploratione Brachij sæcularis. Cap. X L I V. 152
De Fiscosi appellet. Cap. X L V. 153
De constituto in Minoribus, quando teneatur deferre habitum. Cap. X L V I. 153
De cursoribus Curiæ Archiepiscopalis, quam fidem faciant. Cap. X L V I I. 154
De Domicilio clericorum, & quomodo declarentur Cives Neapolitani. Cap. XLVIII.
fol. 155
De curatore, an debeat interesse, quando clericus minor torquetur. Cap. XLIX. 159
De carceratis tentantibus frangere carceres. Cap. L. 159
De Vicario Episcopi, an possit reconciliare publicè pœnitentes. Cap. LI. 160
De alienante bona Ecclesiæ, saluo assensu Papæ, & ante assensum tradente possessionem.
Cap. L I I. 160
De Heretico reconciliato non admittendo ad audiendas Confessiones, & quid in suspecto
de hæresi, qui abiurauit. Cap. L I I I. 162
De profanatione Ecclesiarum. Cap. L I V. 164
De non Regularibus deferentibus Habitum Regularium. Cap. L V. 166
De Capellano infirmo, an teneatur per alios celebrari facere. Cap. L V I. 168
De Episcopo, an possit facere gratiam, & de sententia Vicarij cum clausula, salua moderatione Episcopi. Cap. L V I I. 171
De Episcopo prædicante in aliena Diœcesi. Cap. L V I I I. 172
De potestate Episcopi super Regularibus magis practicabilia. Cap. L I X. 174
De Miraculis aliqua scitu digna. Cap. L X. 179
De Sacramentis ministrandis in Hospitalibus. Cap. L X I. 181
De Nundinis, & mercatis, an possint tolerari in diebus festiuis. Cap. L X I I. 184
De probatione Iurispatronatus post Conc. Trident. latè. Cap. L X I I I. 187
De Processionibus. Cap. L X I V. 194
De resignationibus Beneficiorum. Cap. L X V. 198
De concursu ad Ecclesias Parochiales. Cap. L X V I. 207
De potestate Episcoporum vigore cap. 6. sess. 24. Conc. Trid. latissimè. Cap. LXVII. 213
De Excommunicatione ferenda in subsidium. Cap. L X V I I I. 220

De pœ-

De pœnis pecuniarijs conuertendis in pios vsus. Cap. LXIX. fol. 222
De Appellatione magis practicabilia. Cap. LXX. 224
De Corporibus Sanctorum, quando possint transferri de loco ad locum. Cap. LXXI. 229
De oblationibus latè. Cap. LXXII. 231
De Vicario Episcopi, an teneatur dare sindicatum. Cap. LXXIII. 236
De secundis Nuptijs, quando possunt benedici. Cap. LXXIV. 237
De alienatione rerum Ecclesiæ nonnulla practicabilia. Cap. LXXV. 238
De Sepulturis plura scitu digna. Cap. LXXVI. 240
De clericis negociatoribus. Cap. LXXVII. 252
De clerico blasphemo. Cap. LXXVIII. 255
De celebrantibus plures Missas eodem die. Cap. LXXIX. 256
De clerico beneficiato omittente recitare diuinum Officium. Cap. LXXX. 257
De sacerdote reuelante confessionem, & tentante mulieres ad turpia in actu confessionis. Cap. LXXXI. 259
De Sodomitis. Cap. LXXXII. fol. ibid.
De ordinatione Regularium, familiaris Episcopi, dimissorijs, & titulo ordinandorum. Cap. LXXXIII. 261
De modo procedendi in causis Fidei. Cap. LXXXIV. 268
De causis delegatis plura frequentia in Praxi. Cap. LXXXV. 275
De Vicario Capituli Sede vacante plura. Cap. LXXXVI. 282
De potestate Capituli Sede vacante. Cap. LXXXVII. 286
De potestate Archiepiscopi latissimè. Cap. LXXXVIII. 295
De Concilio Prouinciali latè. Cap. LXXXIX. 309
De clerico committente crimen lasæ maiestatis, à quo sit puniendus. Cap. XC. 314
De pœna fustigationis non imponenda clericis. Cap. XCI. 315
De nonnullis statutis laicorum in Praxi occurrentibus, non comprehendentibus clericos. Cap. XCII. 319
De sententia lata contra alienantem, lite pendente, non demandanda executioni contra clericum, in quem fuit facta alienatio sine licentia Episcopi. Cap. XCIII. 324
Immunitate Ecclesiæ an gaudeat interficiens inimicum à tergo cum sclopo. Cap. XCIV. fol. 325
Quæstione spirituali pendente coram Iudice Ecclesiastico poterit idem Iudex mandare Iudici laico, vt non procedat in causa principali. Cap. XCV. 327
De consuetudine Episcoporum disponendi ad pias causas de bonis decedentium ab intestato pro eorum anima. Cap. XCVI. 329
De fructibus non colligendis sine præsentia Parochi, cui decimæ debentur. Cap. XCVII. fol. 331
De percutiente leuiter clericum publicè, an ab Episcopo absolui possit. Cap. XCVIII. fol. 332
De Ecclesia, an teneatur renouare emphyteusim, finita generatione, si velit pro se retinere. Cap. XCIX. 334
Varia de Iurepatronatus. Cap. C. 338
Varia de Iurepatronatus. Cap. CI. 344

*Varia de Iurepatronatus. Cap. C I I.* 346
*De frigidis, & maleficiatis varia. Cap. C I I I.* 348
*De matrimonio impuberum. Cap. C I V.* 352
*De matrimonio per metum contracto varia. Cap. C V.* 354
*Varia de assensu Apostolico circa alienationem rerum Ecclesiæ. Cap. C V I.* 358
*De vtilitate requisita in alienatione rerum Ecclesiæ. Cap. C V I I.* 362
*De pauperibus, habentibus plures filios, ac debitoribus Hospitalium, non constituendis illorum Rectoribus. Cap. C V I I I.* 366
*Varia dubia circa Capellas alijs concessas in Ecclesijs. Cap. C I X.* 368
*De Sanctissimo Sacramento, an possit asseruari in Ecclesia non parochiali pro adoratione, de licentia Episcopi. Cap. C X.* 375
*De Rectoribus Ecclesiarum, & Hospitalium, an possint quocumque tempore compelli ab Episcopo ad erogandos redditus in pios vsus. Cap. C X I.* fol. ibid.
*De Citatione Beneficiati absentis. Cap. C X I I.* 376
*De Bigamo, an possit exercere ordines minores ex dispensatione Episcopi. Cap. C X I I I. fol.* 377
*De monoculo an possit ordinari. Cap. C X I V.* 378
*De gratia, an expiret morte Papæ. Cap. C X V.* 379
*Canonicus Ecclesiæ non Cathedralis seruiens Episcopo, an lucretur fructus, cum abest à seruitio Ecclesiæ. Cap. C X V I.* fol. ibid.
*Obligatio in forma Cameræ an habeat executionem coram Episcopo. Cap. C X V I I. fol.* 380
*De Episcopo successore, an teneatur stare locationi prædecessoris. Cap. C X V I I I. fol.* 382
*De scientia in beneficio simplici. Cap. C X I X.* 383
*De clausula, siue quouis modo. Cap. C X X.* 384
*Materia status beneficiorum frequentissima est in Curijs Episcopalibus, & latissimè declaratur. Cap. C X X I.* 388
*De diebus festiuis ab Episcopis indicandis, & de voto illorum in canonizationibus Sanctorum. Cap. C X X I I.* 390
*De pœnis Clerici committentis delictum in Sede vacante. Cap. C X X I I I.* 391

Indicis Capitulorum finis.

PRA-

# PRAXIS CVRIÆ ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLITANÆ.

Auctore

## MARCO ANTONIO GENVENSE, NEAPOLITANO, I.V.D. EPISCOPO MONTIS MARANI.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoria ad finem reuelationis quis concedere possit.*
2 *Monitoria ad finem reuelationis an concedere possit Episcopus homini nullius Diœcesis.*
3 *Monitoria ad finem reuelationis non sunt concedenda pro qualibet re leui, & ibi practica Curiæ Archiepiscopalis.*
4 *Monitoria ad finem reuelationis sunt concedenda in subsidium, & ibi latè praxis Curiæ, & quando in facto proprio sint concedenda, vel non.*
5 *Monitoria debent continere rem certam.*
6 *Monitoria non debent esse infamatoria.*
7 *Monitoria non debent esse criminosa.*
8 *Monitoria sunt concedenda ad instantiam, cuius interest.*
9 *Monitoria non sunt concedenda ad instantiam excommunicati, vel notorij peccatoris.*
10 *Monitoria debent continere aliqua dierum internalla, & possunt concedi die feriata.*
11 *Monitoria possunt concedi sine citatione partis.*
12 *Monitoria non possunt impetrari sine speciali mandato.*
13 *Monitoria ad finem reuelationis si Episcopus deneget, an possit appellari.*
14 *Monitoria esse concedenda, vel non concedenda, est decretum interloquutorium.*
15 *Monitoria qui impugnat, suspectus redditur.*
16 *Monitoria non compellunt deponere cum iuramento, & non faciunt puniri de falso contrarium deponentem in iudicio.*
17 *Reuelationibus receptis, quomodo procedendum.*

18 *Monitoria ad finem reuelationis non dicuntur statuta, sed mandata, & morte expirant.*
19 *Monitorijs an censeantur paruisse, qui reuelant oretenus Episcopo sine scriptis.*
20 *Episcopus litteras Monitoriales concedit.*
21 *Legatus de latere, Nuntij Apostolici, Abbates generales possunt concedere huiusmodi litteras Monitoriales.*
22 *Sacra Congregatio declarauit, quod nullus Prælatus inferior Episcopus possit concedere huiusmodi litteras.*

De excommunicatione ad finem reuelationis.

## CAP. PRIMVM.

1 De excommunicatione ad finem reuelationis, latè tractant *Probus in cap. 2. de constit. in 6. Sylua Nuptialis in verbo, Monitoria. Nauar. in cap. inter verba 11. q. 3. corollar. 66. Henriquez in summa de excommun. cap. 18. Petrus Antonius Lazarius in tract. de monit.* Ego verò aliqua, quæ in Curia Archiepiscopali Neapolitana quotidie practicantur, annotanda censui.

2 Primò notandum, quòd talia monitoria hodie non possunt concedere Parochi, prout poterant de iure antiquo ex consuetudine, vt in *cap. 2. de offic. ord.*

Secundò notandum, plura esse
3 consideranda in concedendis dictis monitorijs. Si verò plures graue damnum intulerint, licet non simul, sed separatim, & singuli parum acceperint, non continens peccatum mortale, quod rebus posset ex restitutione rei acceptæ, si fieret ab omnibus: vt si plures vineam deprædati sunt, potest concedi excommunicatio. Ita tenet *Sotus in 4. distinct. 22. q. 1. art. 2. Medina de restitut. q. 10. Petr. Nauar. de restitut. lib. 3. dub. 5. notab. 49. Henriquez de excommun. cap. 17. §. 4.* & quamuis pro quolibet peccato mortali excommunicatio ferri possit, cum tamen sit pœna grauissima, iuxta *gloss. & Doct. in cap. qua fronte, de appellat.* nihilominus concedi non deberet pro minori summa quadraginta, vel quinquaginta aureorum, & ita in nostra Curia seruatur, quod non conceditur pro minori summa, quam quinquaginta ducatorum. Idem seruat Summus Pontifex in rescriptis in forma, *Significauit.* Aliquando verò pro summa decem, viginti, vel triginta ducatorum, fuit in Curia nostra concessa, considerata paupertate petentis, quod totum Episcopi arbitrio relinquitur: Quæ monitoria possunt concedi etiam, quòd in foro exteriori non competat actio, *argum. l. fin. C. de fideicomm.* vel si sententia fori exterioris fecisset transitum in rem iudicatam contra actorem, dummodo fuerit iniusta, *secundum Innoc. & alios in cap. quia plerique, de immun. Eccles.* etiam pro nudo pacto, quod obligat de iure Canonico,

*cap.*

*cap.* 1. *vbi omnes, de pactis*, Nauar. *conf.* 6. *de pactis*; sufficit enim quod adsit peccatum mortale, ratione cuius potest Episcopus excommunicare omnes, *cap. nouit. de iudicijs*.

4 Tertiò notandum, quòd talia monitoria sunt concedenda in subsidium, quando veritas alio modo haberi non potest. *Sotus d. q.* 1. *art.* 2. *Probus, Sylua Nuptialis, Nauar. vbi supra*: colligitur ex Concil. Trident. *sess.* 25. *de refor. cap.* 3. *vers. quapropter. & ex d. cap. ad nostram. il* 2. *de iureiuran.* Ideò conceduntur contra personas, quas orator prorsus ignorat. Sic etiam dicitur in rescriptis Papæ in forma, *Significauit*, quòd si quis sciret occupatorem, vel esset notus aduersarius, debet agere contra eum via ordinaria, & si agit, sed pendet lis, non debent fieri edicta generalia contra aduersarium, licet, si fiant, teneant, sed sunt iniusta, *secundum gloss. in cap.* 1. *vt lite non contestata, Probum, & Syluam, vbi supra*: possunt tamen tunc concedi monitoria contra testes, qui veritatem sciunt negotij, super quo mouetur lis, si eorum nomina ignorantur, sed si sunt certi, potest fieri eis præceptum, quod veritatem deponant sub pœna excommunicationis coram iudice laico *iuxta Abbatem in d. cap. ad nostram. Syluam Nuptialem, & Probum, vbi supra*. Et hoc præceptum ex antiqua Curiæ Archiepiscopalis Neap. obseruantia fit laicis, vt remoto omni odio, gratia, amore, vel timore deponant veritatis testimonium coram iudice competenti, ratione peccati mortalis, *iuxta cap. nouit. de iudicijs*: est enim peccatum mortale in testibus tacere veritatem. *cap. quisquis.* 11. *q.* 3. *& vltra supradictos Doctores, id tenet Franciscus Marcus decis. Delfin.* 864. non tamen solet fieri tale præceptum personis valde qualificatis, nempe titulatis, vel Consiliarijs, pro quibus est præsumptio, vt nolint tacere veritatem propter qualitatem personæ, sed eos Vicarius solet admonere: sed si causæ grauitas aliud suaderet, contrarium seruaretur. Et hæc sunt notanda, quia anno 1599. quidam laici tentauerunt infringere hanc praxim; dicentes, Curiam Archiepiscopalem non posse laicos censuris compellere per viam præcepti supradicti, sed non potuerunt. Ex hoc tertio notabili inoleuit praxis Curiæ Archiepiscopalis, quod, quando pendet lis, & est datus terminus in causa, si non sunt citati testes, conceduntur monitoria generalia contra testes, quia adhuc possunt ignorari, verùm, si sunt citati, non conceduntur, sed fit præceptum testibus citatis, quod veritatem deponant coram eorum iudice, vt supra dixi; & tale præceptum fit non solum, quando pars scit, testes esse verè informatos de facto, sed etiam si præsumat verisimiliter informatos, nempe si sint vicini, vel similes; & sufficit, quòd petens præceptum nominet testes, qui nolunt deponere absque quod probet, fuisse

ab alijs vocatos in conteftes, maximè quia tale præceptum fit in causis ciuilibus. Item practicatur, quod quando testes sunt citati, solet Vicarius concedere monitoria cum clausula, dummodo non recipiantur reuelationes testium citatorum, vel testes citati non comprehendantur in monitorio, sed quando testes fuerunt citati in numero copioso, puta triginta, vel quadraginta, solet Vicarius in totum denegare monitoria; quia non est verisimile, quòd à tot testibus pars non possit habere veritatem negotij. Item seruatur, quod post conclusum in causa non conceduntur monitoria, præterquam ecclesijs, mulieribus, & alijs personis priuilegiatis, cæterisque, quando eis conceditur restitutio in integrum aduersus omissas probationes. Item in causa appellationis conceduntur, quando est datus terminus ad non posita ponendum, dummodo capita non concernant articulos primæ instantiæ, vel directè contrarios, sed nouos *iuxta Clem.* 2. *de testibus*. Item seruatur, quòd quando hæres petit monitoria contra scientes bona hæreditaria, & pars opponit de inuentario, & propterea dicit non esse concedenda, quia veritas alio modo haberi potest, solet Vicarius concedere monitoria contra scientes bona hæreditaria non contenta in inuentario. Item practicatur, quòd super facto proprio non conceduntur monitoria, cum non præsumatur ignorantia; verbi gratia: Titius mutuauit Francisco centum, postea petit, monitorium contra scientes tale mutuum non conceditur: quia aut testes non fuerunt præsentes, quando fuit factum mutuum, & tunc non est necessarium monitorium: quia non adfuerunt testes; aut testes fuerunt præsentes; & præsumitur, quod pars petens monitorium cognoscat dictos testes; & sic, cùm sint certi, non conceduntur monitoria generalia: sed fit præceptum supradictum testibus, quorum nomina pars exprimit. Possunt tamen, & solent concedi monitoria generalia contra testes, etiam in facto proprio, quando præsumitur obliuio; nempe, si factum esset antiquum, *iuxta Bart. in l. non fatetur, ff. de confessis*; vel si factum esset valde implicitum: nam propter eius difficultatem, præsumitur obliuio. *l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. Bart. in d. l. non fatetur*, vel quando factum non fuisset explicatum per se, sed per seruum, vel filium, aut Procuratorem, *iuxta glos. in leg. si res obligata, ff. de legat.* 1. vel quando sumus in homine præpedito multis negotijs; quia etiam in facto suo proprio præsumitur ignorantia; vel quando quis fecit aliquid in mortis articulo; tunc enim homines ignorare solent, *secundum Socinum in fallent.* 175. vel quando tractatur de valore rei de præterito, & non de præsenti, *iuxta eundem Socinum in dict. fallen.* qui ponit omnes supradictas limitationes ad regu. lam, quod ignorantia non præsumitur in facto proprio; vel quando

do

do magnitudo facti aliud suaderet; aut aliæ coniecturæ essent in contrarium, *iuxta Abb. in cap. ab excommunicato. de rescript.* Item practicatur, quod si aliquis petit monitorium contra testes, qui fuerunt præsentes quando ipse dedit pignus Francisco, quod ille negat recepisse, non conceditur monitorium contra testes, qui sciuerunt consignationem pignoris, *ex supradictis*, nisi præsumeretur obliuio; sed conceditur monitorium contra testes, qui sciunt apud quem reperitur dictum pignus, vt reuelēt; vel si aliquid sciunt ex confessione partis.

5 Quartò notandum, quòd in istis monitorijs est exprimenda res, de qua agitur, & eius valor; nisi fiant pro ecclesijs, locis pijs, Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegijs, ac vniuersalibus successoribus, & tunc debet fieri in genere quædam designatio rerum, quæ non debet esse vaga, incerta, & inuerisimilis, vt colligitur ex constitutione Pij V. super modo expediendi rescripta, in forma, *Significauit*.

6 Quintò notandum, quod monitoria non sunt concedenda, si sint infamatoria alicuius particularis personæ. *Sylua Nuptialis, & Probus vbi sup. ex cap. 1. cum seq. 5. q. 1.* Vnde in praxi numquam nominatur persona, quæ præsumitur rem detinere, neque dicitur in monitorijs, quicumque sciuerit fuisse talia bona furto subtracta, reuelet, vel quis talia bona iniustè detineat sed tantum cum modestia dicitur quicumque sciuerit apud quem reperiuntur talia bona, vel quis ea acceperit, reuelet, vel detinētes *restituant*. Item seruatur, quòd quando monitoria fiunt contra retinentes scripturas, vel scientes apud quem reperiuntur, ex quibus apparet aliquod debitū, non solent nominari omnes personæ, inter quas fuit debitum contractum; sed tantùm solet dici, quicumque sciuerit, vel retinuerit scripturas, ex quibus apparet aliquid deberi Francisco, restituat, vel reuelet: sed non exprimitur nomen debitoris, nisi causæ qualitas aliud suadeat. Exprimitur tamen in monitorijs simulatio alicuius contractus; verùm quando reuelationes receptæ continent infamiam, non conceditur copia reuelationum iudici laico: sed Curia solet concedere tantum nomina, & cognomina testium, qui reuelauerunt, quos compellet iudex laicus postea ad deponendum: dummodo non deponant super crimine, *ex infra dicendis*.

7 Sextò notandum, quod non conceduntur monitoria, si sint criminosa, vt si contineat alicuius delictum, maximè si copia sit consignanda iudici laico, coram quo lis vertitur, tùm quia sunt infamatoria, tùm etiam ad euitandam irregularitatem. Nec protestatio, quod iudex sæcularis procedat citra pœnam sanguinis, *iuxta cap. 2. de homicid. in 6.* suffragaretur Episcopo concedenti copiam, quoad irregularitatem euitandam: quia textus *in dicto capitulo secundo* non procedit in agentibus causas

alienas; ſed tantum ſuas, *vt ibi*, *per omnes*. Et quia aliquando reuelationes non continent criminalitatem, ſed illas obtinentes vtuntur ijs in criminalibus; ſolet Vicarius Neapolitanus, quando concedit copiam reuelationum, imponere pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, parti, & iudici, ſi dictis reuelationibus vtantur in criminalibus. Conceduntur tamen quando coram iudice laico agitur de crimine ciuiliter; niſi continerent ſcandalum, vt euenit anno 1600. Nam quidam hæres agebat contra legatarios coram iudice, laico, vt priuarentur legato, quia maledixerant animæ teſtatoris, *iuxta leg. ſi inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indignis*. Et petebat dictus hæres monitoria contra ſcientes aliquem ex legatarijs talis teſtatoris maledixiſſe eius animæ: quæ non fuerunt conceſſa, quoniam non poterat negari, quin continerent magnum ſcandalum. Sed hic quæritur, poſtquam Epiſcopus receperit reuelationes continentes criminalitatem, quas non poteſt tradere iudici laico, quid erit remedij, vt orator valeat bona ſua recuperare? & videtur, quod poterit detinens bona aliena per excommunicationem cogi ab Epiſcopo, vt exeat à peccato, & reſtituat, *iuxta capit. nouit. de iudic.* vel declarari incurriſſe excommunicationem generaliter latam contra detinentes talia bona, & non reſtituentes: quod fieri poteſt, etiam ſi compareat, & dicat ſe paratum ſtare iuri coram ſuo iudice laico competenti; cum in hoc caſu alio modo prouideri non poſſit, nec in foro iudicis competentis aliquid probari, *iuxta notata in 2. notab.* & Eccleſia poteſt adiri ratione peccati mortalis, quando in foro exteriori non competit ius. *iuxta Innoc. & alios in d. c. quia plerique, & in c. nouit. de iudic.*

8 Septimò notandum, quòd, vt concedantur dicta monitoria, requiritur, vt is, ad cuius inſtantiam conceduntur, habeat aliquod intereſſe, propter peccatum, & iuxta d. conſtitut. Pij V. in qua fundatur Praxis Curiç Neapolitanæ non concedendi dicta, monitoria, nec procedendi ad aggrauationem excommunicationis, quando apparet oratorem non habere intereſſe. Sed quando conceduntur monitoria, ponitur clauſula, dummodo petentis interſit, in ducatis 50. Quandò verò intereſſe non eſt clarum, ſed ſperatur in euentu litis, quæ vertitur coram iudice laico, & timor eſt, ne bona dilapidentur, poſſunt concedi monitoria, pro habendis teſtibus, & notitia bonorum; licet intereſſe non ſit clarum. Regulariter enim in Curia Neapolitana conceduntur monitoria ad inſtantiam intereſſe prætendentium coram ſuo iudice competenti; licet ſit dubium in Curia Eccleſiaſtica. Exemplum: Si aliquis tamquam hæres Franciſci petat monitoria contra ſcientes, vel detinentes bona hæreditaria, & pars opponat non eſſe hæredem, debet prius docere ſe talem, ſed ſi præten-

tendat hæreditatem coram iudice laico, & adhuc non fuit declaratus hæres; poterit obtinere monitoria contra scientes bona hæreditaria, ad futuram rei memoriam, & ne dilapidentur bona propter interesse prætensum, & quia postea posset declarari interesse. Solet etiam Curia denegare monitoria, quando est timor calumniæ, vel falsitatis testium, vt si quis vellet scire solutionem magnæ quantitatis æris alieni, contenti in instrumento habente exequutionem paratam; nam magna præsumptio est, quòd si soluisset, fecisset sibi cassari instrumentum, & in similibus.

9 Octauò notandum, quòd ad instantiam excommunicati, vel notorij peccatoris, non sunt concedenda dicta monitoria. *Sylua Nupt. & Probus vbi sup. ex Glos. Abb. & alij in c. nouit. de iudicijs.*

10 Nonò notandum, quòd semper in istis monitorijs ponuntur aliqua dierum interualla, *iuxta cap. sacro, de sentent. excommunic. & cap. constitutionem, §. statuimus. eodem titul. in 6.* nisi facti necessitas aliud suadeat; tunc enim posset abbreuiari terminus, *vt in dicto §. statuimus: & ibi Geminian. Franc. & alij.* Et in Curia Neapolit. solet poni interuallum dierum sex inter vnam monitionem, & alteram. Et si vltra prædicta in concedendis illis, adsit aliquis stylus Curiæ, est seruandus, de quo poterit se informare iudex ab aliquo notario, vt dicit Sylua Nuptialis *vbi supra.* Et ista monitoria possunt concedi die feriata, cùm tractetur de salute animarum, & sic pietas vrgeat, *cap. conquestus. de fer. Franc. Marcus decis. Delfin. 690.* In Curia verò Archiepiscopali nullus excommunicatur in festiuitatibus Natalis Domini, & Paschæ, vt fideles vacent deuotioni.

11 Decimò notandum, quòd in istis monitorijs non requiritur citatio partis, cùm non tractetur de alicuius præiudicio; siquidem excommunicatio non ligat, nisi existentes in peccato mortali, & non peccantes non tangit. Sic etiam in absolutione à iuramento ad finem agendi, non requiritur citatio partis, cùm parti non inferatur præiudicium, *iuxta magis communem in capitul. primo de iureiurand.* Et quia est actus quasi pœnitentialis, vt dicit Anton. de Butr. *in cap. debitores. num. 7. de iureiurand.* quod tanto magis procedit in istis monitorijs, quorum finis est, vt anima exeat à peccato; & ita seruatur in Curia Neapolitana, quod in concedendis monitorijs non citatur pars; quamuis quidam parum versatus in Curia Neapol. scripserit fuisse solitum partem citari, quod tamen non vidi seruari; id enim fuit necessarium; immo potest grauare partem in expensis pro decreto, quod monitorium concedatur, à quo iudices recti se abstinent. Bene verum est, quòd si pars compareat, & dicat, non esse procedendum ad monitoria, ex causis supradictis est audienda. Hic notandum, quod impedit aggrauationem excommunicationis, si quis compareat, & dicat

dicat habere rē, de qua in monitorijs, sed sine peccato; seq. esse paratum stare iuri coram suo iudice laico. *Cardin. in Clem. dispendiosam. numer. 28. de iud. Sylua Nuptialis vbi supra.* Nauar. *in dict. capitulo nouit. not. 6. numer. 22.* vbi dicit hanc exceptionem esse omnino admittendam ab Ecclesiastico iudice: quod intelligo, nisi in foro exteriori non competeret actio, iuxta supradicta.

12 Vndecimò notandum, quod ad obtinendum ista monitoria, requiritur speciale mandatum, & ita seruatur in Curia Neapolitana, ex Speculatore *de Procuratoribus, versicul.* 18. vbi dicit in cōtrahenda excommunicatione requiri speciale mandatum.

13 Duodecimò notandum, quod quando impetratur à Papa rescriptum, in forma, *Significauit*, non potest pars, ad cuius instantiam est expeditum rescriptum, formare alia capita vltra expressa ī rescripto; quia excommunicatio esset nulla, tamquam lata à Delegato, non seruata forma rescripti. *Dominicus in cap. Romana. §. sed nec. de sententia excomm. in 6. Fel. in cap. cum sit. num.* 15. *de appel.* nisi in eo adsit clausula, Latius arbitrio tuo, vel, Significantis. Quæ si desit, rescriptum est publicandum de verbo ad verbum, non alterando sensum, sermonem, nec verba dicti rescripti; sed pro idiotis potest publicari materna lingua, seu vulgari, vt rescripsit sacra Congregatio Conc. Tridentin. Curiæ Archiepiscopali Neapolitanæ, annis non longè elapsis. & sic obseruatur. Quæ clausula rarò ponitur in rescriptis; sed quando opponitur, in formandis alijs capitibus, sunt consideranda, quæ supra notauimus.

Decimotertiò notandum, quod si Episcopus à parte requisitus, vt decernat ista monitoria sine causa deneget illa, potest appellari; nam licet in illis concedendis Episcopus procedat ex officio ratione peccati, in quo iudicis officium multum exuberat *Card. in d. Clem. dispendiosam.* & pars instans dicatur stimulus instigans: *Probus, & Sylua Nupt. vbi supra*; nihilominus iudex, si denegat petenti impartiri suum officium nobile, iniuriam facit, & potest appellari. *Bartol. in lege prima ff. de Iurisdictione omnium iudicum. Felin. in cap. per tuas. de testib.* poterit etiam appellari, si detur breuis terminus ad reuelandum. *Nauar. in consil.* 11. *de officio ord.*

14 Decimoquartò notandum, quod sententia, *esse concedenda monitoria*, est merè interlocutoria, vt latè probat Crauet. *in cons.* 181. & ideo reuocari potest, *l. quod iussit. ff. de re iud.* quinimmo ipsa sententia excommunicationis dicitur merè interlocutoria, & non obstante partis contradictione, si est iniusta, reuocari potest. *Abb. notab. in capitul. sacro. numer. quint. per illum text. de sententia excommunicat. Felin. in rubr. de sententia & re iudicat.* Idem censuit Curia Archiepiscopalis de decreto, *non esse procedendum ad monitoria*, vt sit interlocutorium, & reuocari possit, cum nullatenus participet de sententia diffinitiua, facit, quod sententia reijciens probationes, nempe si declaret probationes

bationes esse illegitimas, & non clarè probantes in principali, est merè interlocutoria. *leg. final. C. de sententia, quæ sine certa quantitate. & ibi Bald. numer. secundo Roman. in Rubr. ff. de re iudic. numero quinto*, Est tamen menti tenendum, quod dicit Crauet. *dicto consilio* 181. *in*
15 *hac materia*, quod pars, quæ impugnat monitorium est suspecta; nam tutus in conscientia non opponit se monitorio. Sic etiam iudex redditur suspectus, quando parti se opponit. *Gloss. in c. statutum. in princ. in verbo, copiam. de rescript. lib. 6.*
16 Decimoquintò notandum, quòd ista monitoria non compellunt deponere cum iuramento; & possunt scribi manu propria; & quando postea reuelantes examinantur, vti testes in forma iudicij, non debent ipsis legi eorum reuelationes. Si verò contrarium deponant in iudicio, statur posteriori dicto cum iuramento. Nec possunt puniri de falso, *iuxta latè tradita per Felin. in c. cum in tua de testibus, & Sylua Nup. vbi supra*. Seruatur tamen in Curia Archiepiscopali, quod in causis magni momenti, instante parte, solent recipi reuelationes cum interrogatorijs partis. Si autem reuelantes noli respondere interrogatorijs, potest illis, tamquam personis certis, fieri præceptum sub pœna excommunicationis, vt veritatem deponant coram eorum iudice competenti. Quæ tanto magis procedunt, quando coram iudice laico non examinantur testes de nouo cum interrogatorijs. Dicit tamen Menoch. *de arbitr. iud. casu* 109. quod potest iudex competens cogere testes, qui reuelauerunt, ad respondendum absque relatione ad reuelationes *ex Bald. in l. fin. C. de testibus, & alijs*. Est etiam menti tenendum, quod facientes falsam reuelationem etiam sine iuramento, grauiter puniuntur in Curia Archip. & an. 1600. per Curiam Archiepiscopalem ob falsam reuelationem quidam laicus fuit fustigatus per Ciuitatem Neapolitanam; siquidem testis deponens falsum in iudicio sine iuramento, punitur pœna falsi. *Bart. in l. si quis legatum. ff. de falsis*, & est communis. *Clarus in §. falsum. nu.* 11. & laici deponentes falsum in Curia Archiepiscopali puniuntur per eam, *ex l. nullum C. de testib.*
17 Decimosextò notandum, quod receptis reuelationibus, si ex illis plenè constat, aliquem esse in peccato, non reuelando, vel non restituẽdo, potest Curia, repetitis prius testibus cum iuramento, ipsum citare ad dicendum caussam, quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem latam in genere: & si non allegat aliquid releuans, potest declarari excommunicatus, & fieri ei pręceptum, vt exeat à peccato. Idque de iure procedit *per cap. nouit. de iud. cum ibi notatis, & ex plurib. adductis per Neuizanum vbi supra numero* 57. *&* 59. *ad quem te remitto*; quia in praxi non est in vsu, in Curia Archiepiscopali procedere ad declarationem excommunicationis; solum enim conceditur copia reuelationum parti ad finem probandi coram iudice competenti. Esset tamen id seruandum, quando in foro ex-

exteriori non competeret actio iuxta notata ſupra in ſecundo notabili. Indifferenter verò declarantur excommunicati laici, occupatores bonorum Eccleſiæ, *iuxta Concil. Triden. cap. ſi quem Clericorum. ſeſſ. 22. de reformat.* etiam, quod laici negent, rem eſſe Eccleſiæ, *iuxta capit. ſi Clericus laicum. de foro competen.* Qui textus procedit, quando laicus conuenitur actione reali ad relaxandum, vel reſtituendum rem; non quando tractatur, an ſit excommunicatus, vel non; licet in conſequentiam veniat reſtitutio bonorum. Siquidem iudex laicus eſt penitus incompetens, quoad cenſuras, *Bart. in leg. quoties. C. de iudicijs Abb. in cap. tuam. de ordine cognit.*

18 Decimoſeptimò notandum, quòd iſta monitoria non dicuntur ſtatuta, ſed mandata generalia, vel ſpecialia, lata ab homine, quæ morte, aut remotione concedentis ab officio expirant antequam incurratur in excommunicationem. *Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 2. cap. gratum. & cap. licet. de offic. deleg.* quia poſtea opus erit abſolutione. *Gloſſ. Oſtien. Abb. & alij in cap. à nobis. il primo. de ſententia excommunicationis.* Idem dicendum quando ſubditus efficitur alterius fori, *iuxta tradita per Archid. in cap. 2. de conſtit. in 6. Prapoſ. & Franch. in cap. praterea. il 2. de appell.* Si verò Epiſcopus per ſtatutum proferret ſententiam ſemper durat; quia ſtatuta Epiſcopi morte non expirant. *Abb. in d. cap. à nobis, cap. fin. vbi omnes de officio legati.* Statuta tamen, quæ fiunt à Vicarijs, eorum morte, aut remotione ab officio, expirant: ſiquidem rectores terrarum, & poteſtates habentes iuriſdictionem ad tempus, prout Vicarij, non poſſunt facere niſi quaſdam ordinationes, pro tempore ſui officij, quo finito expirant, *vt dicit Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure.*

19 Decimooctauò notandum, quòd ſcientes, & reuelantes Epiſcopo oretenus, non ſatisfaciunt monitorijs, quia is, cuius intereſt, non poteſt ipſis vti. *Nauar. conſ. 5. de furtis.* Idem fuit dictum in Curia, quando reuelationes fuerunt ritè receptæ, puta per Notarium non approbatum, quia Eccleſia illis vti non poteſt ad cogendum peccatorem; vt exeat à peccato. Non tamen reuelans tenetur ſuis expenſis adire Epiſcopum abſentem, vel alium, cui debeat reuelare, *ex cap. ſi teſtes, §. venturi. 4. q. 3. Nauar. in d. coroll. 66. n. 799.*

Vltimò notandum, quòd in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, quando aliquis opponit de nullitate monitorij conceſſi à dicta Curia non datur terminus ad docendum de nullitatibus, ſed opponens auditur ſine termino, & reuocatur, vel approbatur monitorium: nam vt plurimum nullitates opponuntur ad dilatandum; & vbi de ſalute animatum agitur, proceditur ſimpliciter. *Archid. & Cardin. de Turrecrem. in cap. ſcriptum eſt. 6. q. 3.*

ADDITIO.

¶ De materia litterarum monitorialium, Vide extrauag. *Inſidelis Ioann. 22. ſub titul. de futuris libr. 5.*

*inter*

*inter communes*, & DD. in Clem. *dispendiosam*, *de Iudicijs*, & Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. & Petrum Anton. Lazarium *de monitorijs, siue generalibus excommunicationibus ad effectum reuelandi, seu in Canonicis quæstion.*

20 *Ad numer. prim.* Concilium statuit, vt litteras monitoriales concedat Episcopus, *vt in d. cap.* 3. non tamen excluditur eius Vicarius, vt sacra Congregatio Illustrissimorũ Cardinalium Concilij Trident. interpretũ declarauit de anno 1583. *Sbrozzius de offic. Vicar. libr.* 2. *q.* 171. *numero secundo Lazarius de monitorijs sect.* 1. *quæst.* 6. *per tot.* qui *quæst.* 7. idem resoluit de Vicario capitulari, *Suarez de Censur. disput.* 20. *sect.* 1. *numer.* 2. quia scilicet Iura loquentia de Episcopo, habent etiam locum in eius Vicario generali, nisi Vicarius expressè, & nominatim excludatur. *Gloss. in cap. vnic. verf. per Episcopos. de Capellis Monachor. in* 6. *vbi Franc. num.* 4. *Geminian. num.* 8. *verf. nota bene, Sanchez de matrim. libro* 3. *disput.* 29. *num.* 16. *verf. ad secundum, Sbrozz. de offic. Vicar. libr.* 2. *quæst.* 201. *nu.* 3. *& quæst.* 34. *n.* 28. *Cochier de Iurisdict. Ordinarij in exemptos par.* 1. *quæst.* 1. *numero* 10. *Dom. Barbosa de offic. & potest. Episcopi. p.* 2. *alleg.* 32. *nu.* 28. Ideoque Concilium quando voluit excludere Vicarium dixit, *vt in cap.* 6. *sess.* 24. *de reform.* ex quo desumi potest argumentum, quod in d. cap. 3. noluit excludere Vicarium *ad l. vnic.* §. *sin autem, C. de caduc. tollen.*

21 Legatus de latere, Nuntij Apostolici, Abbates generales habentes quasi Episcopalem iurisdictionem possunt concedere huiusmodi litteras monitoriales, *vt concludit Lazarius d. lib.* 1. *quæst.* 5. *&* 8.

An autem alij Prælati exempti inferiores Episcopo possint illas concedere affirmat Suarez *de Censuris disput.* 20. *sess.* 1. *num.* 2. quem refert Lazarius *sect.* 1. *quæst.* 8. *in fin.* vbi etiam dicit solum excludi inferiores Iudices Episcopo subor-

22 dinatos. Sed contrarium declarauit sacra Congregatio, nimirum quod nullus Prælatus Episcopo inferior, etiam si habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, & sit nullius diœc. potest concedere huiusmodi litteras. Et est de mente Concilij ibi à nemine prorsus &c. quæ verba præcisam habent naturam, & excludunt omnes alias personas *ca. ad aures. de præscript. Vulpellus de Præposit. verf. prorsus f.* 83.

De requisitis pro concedendis monitorijs, vide dictum Lazarium *sect.* 1. *per* 20. *quæstiones.*

*Felix Contel.*

## SVMMARIVM.

1 *Principalis an teneatur reuelare, restituere, vel edere arma contra se.*

2 *Reuelare an teneantur, si non possunt probari, quæ sciunt.*

3 *Reuelare an teneantur qui non possunt compelli ad testificandum, & quãdo tenentur, & an filius contra patrem spiritualem.*

4 *Reuelare non tenetur, qui scit aliquem retinere rem, de qua in monitorio, sine peccato, vel illum, ad cuius instantiam fertur monitorium,*

*nitorium, non habere intereſſe. & num. 6.*

*Reuelare non tenetur, qui timet damnum ſibi inferri ex reuelatione.*

7 *Reuelare an teneatur, qui tempore excommunicationis eſt impotens, abſens, vel ignorans, & an quamprimum ſciuerit vel potuerit, ſub eadem pœna excommunicationis lata.*

8 *Reuelare non tenentur, quos, vel Iudex excommunicare non intendit.*

9 *Scire quis dicatur in materia monitoriorum, & an teſtis de auditu teneatur reuelare.*

10 *Teſtes inhabiles quando probent & teneantur reuelare.*

11 *Monitorium quando liget ſubditos alibi commorantes tempore excommunicationis.*

12 *Sententia excommunicationis, quando liget futuros contumaces.*

13 *Excommunicari an poſſit ille cuius fidei teſtator commiſit diſpenſationem quantitatis pecuniæ perſonæ ſibi in ſecreto ſignificatæ.*

## De his, qui reuelare, aut reſtituere tenentur. Cap. II.

1
EQVITVR, vt aliqua ponamus de his, qui in monitorijs comprehenduntur, & reuelare, reſtituere, aut exhibere ſcripturas tenentur. Et in primis ſe offert illa vulgaris quæſtio, an principalis teneatur reuelare, & poſſit compelli excommunicatione non ſolum ad reſtituendum, ſed etiam ad reuelandum ſe detinere rem, de qua agitur. In qua quæſtione ſunt variæ opiniones. Multi enim dicunt non teneri ad reuelandum: aliqui aſſerunt, quòd principalis tenetur reuelare, & comprehenditur in monitorio; quia intentio Eccleſiæ, & cauſa finalis excommunicationis eſt, vt quis exeat à peccato. *cap. cum medicinalis. de ſent. excommunic. in 6. cap. nouit. de iudicijs.* Et non poteſt exire à peccato niſi reſtituat, vel reuelet, Ergo poteſt excommunicari, *d. capit. nouit.* Limitant, quando ex reuelatione reſultaret magnum damnum in fama, vel perſona principalis. Et id tenet Franc. Marcus *deciſ. 647. vltra alios.* Sed huic opinioni obſtat, quòd nemo teneret ſe prodere, *cap. quis aliquando. de pœnit. diſt. 1. D. Thom. 2. 2. quæſtion. 69. artic. 1.* præterea principalis nõ videtur eſſe in peccato non reuelando, ſed nõ reſtituendo: ergo excommunicari non poteſt, ſi non reuelet: ſed tantum, ſi non reſtituat, *c. nullus, c. nemo. 11. q. 3. Et ita tenẽt Na. in Manuali c. 17. n. 100. Toletus in ſumma libr. 5. capitul. 27. in fin. Reuerendiſs. Epiſcopus Lacedonen. D. Hieronymus Campanilis in ſuis doctiſſimis commentarijs, ſuper ritibus Curiæ Archiepiſc. Neap. & proprie ſuper ritu 3.* Aliqui dicunt, quod principalis tenetur reuelare, & ſe prodere, quando præcedit diffamatio, vel ſemiplena probatio. *Sylua Nuptialis latè in verbo. monitorij nu. 42.* Alij addunt, quod dicta ſemiplena probatio debet eſſe notificata principali, quia hoc caſu tenetur

tur

tur quis dicere veritatem contra se ipsum, *iuxta Caietanum super d. art. 1. D. Thomæ, Sotum de ratione tegendi, memb. 2. q. 7. Nauar. cap. 25. num. 36.* Sed ista opinio licet in se videatur vera; tamen rarò in praxi verificari potest, quia monitoria non conceduntur, nisi pro releuandis occultis. Quapropter Curia Archiepiscopalis Neapolitana sequens opinionem negatiuam, numquam decernit monitoria contra principales non reuelantes; sed tantum contra principales non restituentes, & contra testes scienter occupatores, & non reuelantes. Non tamen principalis incurrit, quando non tenetur restituere, vt si est effectus impotens ad soluendum: *Abb. in c. significante. de pignorib. n. 3. Sylua Nuptial. vbi sup. n. 56.* Vel quando ex restitutione ipsi immineret periculum maioris damni, vitę, vel famæ. *arg. c. officij de pænit.* Tenetur tamen tunc, si potest, occultè restituere, vel alio modo cum parte concordare saltem per interpositam personam, quæ nomen principalis taceat, vel ei remissionem debiti impetret. Pariter non tenetur restituere, quando retinet in compensationem iustam, vel alio modo non est obligatus ad restituendum, cum tunc non sit in peccato mortali, *iuxta tradita per Nauar. cons. 38. de sent. excomm. & in Manual. c. 25. n. 46.* Nec principalis tenetur restituere, quando litigat in iudicio, & lis est dubia; quia in dubio pręsumitur pro possessore, *c. ex litteris, de probat.* Sed debet expectare exitum causæ. Sed an aliquis teneatur edere scripturas contra se, & possit compelli censuris? Et veritas est, quod quando ex non exhibitione maneret in peccato mortali, tenetur illas exhibere, & potest compelli censuris. *Ita Ant. Abb. Fel. Decius in cap. 1. de probat.* Si enim fauore fisci quis tenetur edere arma contra se, *iuxta communem in d. cap. 1.* tanto magis fauore animæ, vt exeat à peccato. Et ita fuit iudicatum in Curia Neap. Si tamen scripturæ nullo modo prodessent actori, non tenetur quis illas exhibere; secus si aliquo modo actorem releuarent, vel essemus in dubio. *Ita Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. casu 3.*

2 Secundò notandum, quòd scientes non tenentur reuelare, quando id quod sciunt, probari non potest. *c. plerumque, 2. q. 7. c. si peccauerit, 2. q. c. placuit, 6. q. 2. Glos. in c. sacerdos, de pænit dist. 6. Præpos. in c. nerui. 13. dist. Rip. de peste, de remedijs ad curandum pestem, n. 224. Probus in d. c. 2.* Quod intelligi debet, quando alicui præcipitur, vt denunciet, non vt deponat tanquam testis; quia tunc tenetur dicere veritatem, etiam quod probari non possit, etiam si iurasset non reuelare, *c. intimauit. de testibus. Ripa vbi supra, nu. 128. Probus in d. c. 2. Arnaldus Albertinus de secreto, nu. 177. Nauar. in d. c. inter verba, coroll. 66. nu. 779. cum seqq.* vbi dicit, quomodo cognoscatur, an iudex præcipiat, vt reuelemus vti testes, vel vti denunciatores, quòd primò sit recurrendum ad verba, *iuxta l. non aliter, ff. de leg. 3.* Si verò ex verbis id percipi non potest, intelligendum est monitorium, vt denunciemus tamquam testes in negotijs ciuilibus: tàm cœptis litigari, quàm non incœptis, quia in ciuilibus non agi-

tut

tur de punitione peccati. At in criminalibus, ſi ſunt incœpta, non ſunt neceſſarij denunciatores, ſed teſtes; & ideò vti teſtes tenemur occulta pandere: aut non ſunt incœpta, & tunc vti denunciatores, cum in non cœptis ſæpè quærantur denunciatores, *c. ſuper his, de accuſ.* Et ex his poteſt verbum, *denunciare*, accipi, pro teſtificari, & è contra, ſecundum ſubiectam materiam, *arg. l. in inſulam, ff. de præſcript. verb.* Deducitur etiam ex prædictis, quòd in Curia Archiepiſcop. Neap. quilibet tenetur reuelare id, quod probari non poteſt, cum non concedantur monitoria in cauſis criminalibus, ſed ciuilibus. Secundò tenetur quis prodere occulta, quæ probari non poſſunt, quando ſuperiores præcipiunt illa ipſis reuelari tamquam patribus, & perſonis, quæ poſſunt prodeſſe, & non obeſſe: dummodo pro certo habeatur, quòd procurabunt impedire delictum, aut damnum ſine punitione, aut læſione aliqua. *Gloſſ. in d. c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6. & in d. c. plerumque, & c. hoc videtur, 22. q. 5. Albert. vbi ſupra nu. 171. Ant. Syl. Tab. in verbo, familia. Sotus de ratione tegendi, membr. 2. q. 2. Nauar. vbi ſupra nu. 783.* Dicitur autem perſona, quæ poteſt prodeſſe, & non obeſſe, non iudex, vt iudex; ſed aliquis ſacerdos, Epiſcopus, vel Dominus familiæ, *iuxta ſupradictos*; præcedente tamen monitione fraterna; alias quis non tenetur, niſi ex monitione nulla ſperetur emendatio. Tertiò tenetur quis reuelare impedimentum matrimonij, etiam occultum, cùm vnus teſtis ſufficiat ad impediendum matrimonium, & ſit plena probatiò ad hunc effectum, *c. præterea, de ſponſal. Nauar. in d. c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6. n. 27. Gutier. lib. 1. quæſtionum canonicarum, c. 12. n. 29.* Dicunt tamen non teneri, vbi ex reuelatione impedimenti ſequeretur ſcandalum. Quartò hæretici occulti, & alij committentes delicta in damnum Reipub. & proximi ſpirituale, vel temporale, ſunt omninò denunciandi. *D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. Innoc. in c. 1. de teſtibus cogendis, & eſt communis opinio, de qua teſtatur Royas in ſingulari fidei, 2. nu. 19.* Quintò Aduocati, Procuratores, Medici, quibus in ſecretò aliquid commiſſum eſt, non tenentur denunciare, niſi tractetur de præiudicio alicuius, & alia via prouideri non poſſit; nec quando poſſet prouideri eſt reuelandum pluſquam ſufficit; nec quod ſufficit, quando maius damnum eueniret denunciato. *Ita Nauar. vbi ſupra nu. 799. & in Manual. cap. 25. num. 43.*

3 Tertiò notandum, quòd non tenentur reuelare, qui de iure compelli non poſſunt ad teſtificandum, vt ſunt conſanguinei, & alij enumerati *in l. lege Iulia, ff. de teſtib.* niſi quando compelli poſſunt, nempe in aliorum defectum, *iuxta gloſ. in c. quamquam, 14. q. 2. Ita Sylua Nupt. Probus, Nauar. vbi ſupra.* Nec obſtat, quod ſemper iſta monitoria conceduntur in defectum teſtium, & ſic nulla videatur differentia inter priuilegiatos, & non priuilegiatos; nam licet ipſa monitoria non concedantur, niſi ad inſtantiam illorũ, qui dicunt ignorare cõtenta in monitorio; tamẽ poteſt eſſe, quòd priuilegiatus ſciat, multos eſſe teſtes,

qui

qui posſũt deponere, & quod ſciat propterea ſe excuſari. Quod ſi alij non deponerent, priuilegiatus tenetur reuelare; quis poteſt eſſe teſtis; quia licet nõ ſit defectus teſtiũ ad probandum, eſt tamen defectus ad ſciendum, adeſſe teſtes. *Nauar. d. corol. 66. nu.* 818. qui teſtes poſteà poſſunt cõpelli ad deponendũ. Hæc enim procedunt, dummodo non timeatur damnum graue in perſona, fama, vel rebus priuilegiati, *arg. d. c. officij de pœnit.* Tenentur tamen filij ſpirituales ſemper reuelare, quia poſſunt eſſe teſtes cõtra patres ſpirituales. *Felin. in cap. cum Nuncius, de teſtib. & eſt communis, de qua teſtatur Proſper. Farinac. de teſtib. q.* 54. *n.* 198.

4 Quartò notãdum, quòd qui ſcit, aliquem rẽ detinere ſine peccato, vel in compenſationem, non tenetur illum prodere. *Nauar. c.* 25. *n.* 49. *Angel. in verbo, furtum. Ripa, & Probus vbi ſupr.* & idem intellige in omnibus caſibus, in quibus non tenetur reſtituere, cùm ceſſet peccatum, cuius ratione fertur excommunicatio. Item non tenetur quis reuelare, ſi ſcit, illum, ad cuius inſtantiam fertur excommunicatio, nõ habere ius. *Nauar. conſ.* 7. *de ſent. excommun.*

5 Quintò, nemo tenetur denunciare emendatum, vel emendandum ante correptionem fraternã, etſi iudex id præcipiat; niſi quando fraterna correptio non eſt neceſſaria, vt in crimine hæreſis, proditionis, & aliorum, in perniciem Reipublicæ vergentium, vel quando non ſperatur emendatio; *D. Thom.* 2. 2. *q.* 73. *art.* 7. *Syl. ver. denunciatio, Sylua Nuptialis, Prob. Nauar. vbi ſupr.* Nec debet reuelari debitor, qui eſt notus. *Sot. in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 2.

6 Sextò, qui probabiliter timet, ſibi aliquod graue damnum ſpirituale, vel temporale, ſiue inimicitiam capitalem euenturam ex reuelatione, non tenetur denunciare; quia nec tenetur teſtificari. *Bald. Felin. in cap. dilectorum, de teſtibus cogendis. Nauar. cap.* 25. *num.* 50. Hinc familia excuſatur à reuelando. *Syl. & Angelus in verbo, familia.*

7 Septimò, non comprehenduntur ſubditi, qui tẽpore excommunicationis degunt extra territoriũ Epiſcopi excommunicationis, *c.* 2. *cum ibi notat. de conſtit. lib.* 6. *Nauar. c.* 27. *n.* 6. Sed quid, ſi aliquis tempore excõmunicationis erat impotens, abſens, vel eam alio modo ignorauit, poſteà ſciuit, fuiſſe latam ſententiã excommunicationis contra non reuelantes, an ſit obligatus reuelare quamprimum potuerit, ſub eadem pœna excommunicationis? *Sot. lib.* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 2. *caſu* 1. videtur tenere eſſe obligatum ad reuelandum, vel reſtituendum, ſub eadem pęna excommunicationis. Idem videtur affirmare *Nauar. c.* 25. *nu.* 46. *arg. cap. cum dilectus, de dolo, & contum. cum ibi not.* Sed contrarium dicendum eſt, quòd non obediens, quamprimum poteſt, non incidit in eandem ſententiam excommunicationis, ex quo illa ſententia fuit lata contra illos, qui fuerunt contumaces, *iuxta c. nullus, & c. nemo,* 11. *q.* 3. Inter quos non fuit iſte, ſed opus eſſet noua ſententia contra illum nouum contumacem. Nec eſt verum, quòd ſententia excommunicationis habeat tractum ſucceſſiuum; nam in continenti aſſumit

vires

vires in eum, contra quem fertur; secus si feratur per statutum, tunc enim comprehenduntur futuri cõtumaces; quia lex semper loquitur, *l. Ariani, C. de hæreticis, not. Abb. in c. à nobis, el primo, de sent. excommun.*

8 Declara hoc dictum, nisi ante fori mutationem fuerint moniti sub pœna excommunicationis: quamuis postea tempore excommunicationis reperiantur alio transtulisse domicilium. Ita tenet *glos. in c. præterea, el 2. de appell. in verbo impedire.* Vbi dicit, quod excommunicatio lata sub conditione, vt satisfaciam infra certum tempus, ligat, si pendente conditione efficiatur alterius fori. Sequitur *Innoc. Abb. in d. c. præterea. Io. Andr. in reg. cum sunt. de reg. iur. in 6. in Mercur. Feder. de Senis cons. 97. nu. 4. Marian. Socin. in c. sacro, nu. 152. de sent. excomm. qui testatur de communi, & nouissimè Petrus Ant. Lazarius in Tract. de monitor. sect. 4. q. 17. qui plures cumulat*, quia per monitorij citationem perpetuatur iurisdictio, *cap. proposuisti, de foro comp.* & quamuis supradicti Doct. loquantur, quando fertur excõmunicatio sub conditione, si intra tale tempus non fuerit satisfactum, & non quando tantum fit monitio sub pœna excommunicationis absque prolatione sententiæ cõditionalis; tamen idem videtur dicendum, cũ militet eadem ratio, nisi monitorium non peruenisset ad notitiam.

9 Quæritur, quid, si Episcopus intendat in sententia excommunicationis ligare futuros contumaces, & talis videtur præsumenda eius intentio, vt alij valentes parere post fulminationem sententiæ includantur? Respondetur, adhuc opus esse noua sententia excõmunicationis, quandoquidem futuri contumaces per statutum excõmunicari possunt, sed non per sententiam, *glos. in c. Romana, §. caueant, de sent. excomm. in 6. gl. in c. 2. de constit. eod. lib. 6. Franch. in d. §. caueant. Couar. in c. Alma mater. 1. par. relectionis, §. 10.* qui declarat, quòd sententia excõmunicationis generaliter possit fieri ab homine pro futuris culpis, ex rationabili causa, *iuxta d. §. caueant.* Quam ipse existimat, quoties aliquod delictum in aliqua vrbe, vel prouincia frequentissimum sit, tunc poterit sententia excommunicationis ab homine generaliter ferri ad imitationem legis, & Canonis in eos, qui illud crimen commiserint; & ita praxim se habere testatur: quare inspicienda sunt verba sententiæ excommunicationis fulminatæ, & causa, alias futuri non comprehenduntur.

10 Octauò, quos pars, vel iudex non intendit includere, non comprehenduntur in monitorijs. *Syl. Nupt. & Probus, vbi sup. Sot. de iust. & iure lib. 5. q. 3. art. 1. Nauar. cap. 27. nu. 14.* Vnde pater non præsumitur, quòd velit filium, qui eius bona surripuit, excommunicari, nec maritus vxorem, & dicit notabiliter *Sotus vbi supra*; & ideò non comprehenduntur, quamuis teneantur ad restitutionem, quando graue est damnum. Hinc, si aliquis fraudulenter in Curia Archiep. Neap. obtineret monitorium, asserens fuisse sibi sublata bona valoris quinquaginta ducatorum, quod non obtineret, nisi pro tali summa, & reuera

non

non ascendebant ad dictam summā, non comprehenduntur scientes, vel retinentes in tali monitorio. Idem quando partes ex pacto distulerunt solutionem; quia iudex non intendit excommunicare plusquam pars exigit, *iux. suprad. Doct.* Et ex his potest inferri ad alia.

11 Nonò, scire dicitur, vt teneatur reuelare, qui cognoscit per vnum ex quinque sensibus corporis *l. qui testamento, ff. de testamentis. l. 1. in princ. ff. de his, quæ in testamento delentur.* vel si aliquid nouit ex confessione partis. *c. hoc videtur. 22. q. 5.* aut si id pro certo tenet ex aliqua iusta ratione. *Innoc. in c. cum causam. de iuram. calum.* vel de iusta credulitate; nam testis de credulitate probat, quando reddit iustam causam credulitatis. *c. quoties. de testib.* & in pluribus alijs casibus relatis per Felin. & alios ibi: vel si audiuit ab aliqua persona fide digna. *iuxta glos. sing. in l. à Titio. ff. de condit. & demonstr.* Si verò quis audiuit, sed ignorat à quo, non tenetur reuelare. Idem, si à personis non fide dignis; nam qui citò credit, leuis est corde, *c. non solum, 11. q. 3.* vel si audiuit à persona fide digna, verùm scit, quod illa non plus nouit, quàm ipse, nec id audiuit ab eo, qui plus scit, quàm vterque ipsorum; vel quādo ille à quo audiuit, reuelauit; & quamuis testis de auditu regulariter non probet, *vt notatur in l. testium. C. de testib.* tamen tenetur reuelare, à quo audiuit; quia poterit iudex ex officio interrogare illum, à quo audiuit, qui fortè maiorem lucem afferet, & tutius esse reuelare censet. Franc. Marc. *decis. 648.* quia testes de auditu saltem faciunt adminiculum, & præsumptionem. *Archid. communiter receptus in d. cap. hoc videtur. 22. q. 5.* In dubio autem, quando reuelans nescit discernere dictas qualitates in illis, à quibus audiuit, debet reuelare ex regula iuris, quod tutior via sit eligenda. *Nau. d. coroll. 65. nu. 787. & in Manual. c. 25. num. 49.*

12 Preterea inhabiles ad testificandū tenentur reuelare; quia eorum testimonium non omnino inualidum est: nam etsi non probent, faciunt tamen præsumptionem. *glos. in c. 1. in verbo, ad testimonium. de testibus in 6. & ibi Domin. & Franch.* & eorum fides suppletur, ex magna fide contestis, *iuxta communem in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur.* per illum tex. *ff. de edendo.* & ex numero aliorum testium, *iuxta gl. in l. testium fides.* in verbo, *numerus. ff. de testib.* vel in casu difficilis probationis. *Boss. de indicijs nu. 177.* Suppletur etiam fides ex adminiculis coniecturis, præsumptionibus, & verisimilitudinibus. *Crau. cons. 35. Farinac. de testib. q. 52. nu. 345. qui testatur de communi opinione.*

13 Quæritur, si testator vni suam voluntatem significauit, dicens, relinquo eam quantitatem illi personæ, quam significaui Francisco, quid fieri potest, & statur ex voluntate testatoris dicto vnius, *l. Theopompus. ff. de dot. prælegata, leg. quèm hæredi. ff. de rebus dubijs.* An hoc casu possit ad instantiam hæredis præcipi sub pœna excommunicationis dicto Commissario, vt veritatem dicat de voluntate testatoris sibi reuelata. Respondetur affirmatiuè, quia commissarius est testis, ex quo tenetur iurare talem fuisse voluntatem defuncti, *vt dicitur in dict.*

B *l. Theo-*

*l. Theopompus.* & testi certo potest fieri præceptum sub pęna excommunicationis, *vt dicitur in praxi num.* 40. *ex Abbate in capit. ad nostrum. el 2. de iureiur. & alijs.* Et nota hunc casum, quia frequenter occurrere solet, & statur dicto vnius, tam respectu quātitatis, *vt in d. l. Theopompus.* quàm respectu personæ, cui legare voluit, *vt in d. l. quem hæredi.*

14 Quando autem possit concedi monitorium contra donatarios, vel legatarios, qui fidem præstiterunt testatori de restituendo bona filijs spurijs testatoris, vel donatoris, tradit latè Petrus Ant. Lazarius *in tract. de monit. sect. 3. q. 5. qui multa alia vtilia dicit in d. tract. ad quem te remitto.*

¶ Vide eundem Lazarium in tractatu de monitorijs, qui *sect. 2. per quæst.* 17. *& sect. 3. per quæstiones* 12. latè disputat, quis per monitoria obligetur ad reuelandum, & restituendum.

*F. G.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus habet beneficium, quod non potest conueniri, nisi in quantum facere potest.*

2 *Clericus non tenetur cedere bonis.*

3 *Clericus constitutus in minoribus, gaudet beneficio c. Odoardus. de solut. & num. 25.*

4 *Beneficio cap. Odoardus. renunciari non potest.*

5 *Beneficio cap. Odoardus. de solut. non gaudet, qui non confitetur debitum.*
*Nec dolosus, num. 6.*
*Nec in delictis, nu. 7. & an respectu interesse partis, & quid in mulctis, ibidem.*
*Nec qui in ludo, vel luxuriose viuendo bona consumpsit, nu. 8.*
*Nec conuentus actione reali, nu. 9.*
*Nec pensionarius, pro pensione soluenda, num. 10.*
*Nec laicus effectus Clericus in fraudem creditorum, num. 11.*
*Nec Clericus negotiator, nu. 12. Et quid in obligato in forma Cameræ, aut cōdemnato per tres sententias conformes? vel quando debitum est iuratum, num. 13.*
*Nec quando creditor est pauperior, numer. 14.*

15 *Clericus, quando non gaudet beneficio cap. Odoardus, & luit in corpore, quomodo debet luere.*

16 *Clericus non potest carcerari pro debito ciuili; limita, quando est periurus, vel debitum descendit ex delicto, aut est suspectus de fuga.*

17 *Clericus an debeat detineri carceratus, pendente discussione super admissione ad beneficium cap. Odoardus.*

18 *Clericus debitor si potest, & recusat satisfacere, poterit carcerari.*

19 *Paupertas Clerici est probanda vt admittatur ad beneficium c. Odoardus, de solut. & quomodo probetur, & etiam Clericus tenetur indicare bona.*

20 *Beneficium cap. Odoardus, an possit pluries obtineri.*

21 *Clericus in forma Cam. obligatus, an gaudeat beneficio cap. Odoardus.*

22 *Condemnatus per tres sententias, an suffragatur c. Odoardus.*

23 *Clericus an possit opponere se esse Clericum inopem.*

24 *Clericus spoliator dolosus; an admittatur beneficium c. Odoardus.*

25 *Cessio bonorum permissa à iure ciuili laicis, qui non sunt soluendo, est interdicta clericis.*

26 *Ali-*

26 *Alimenta misericordiæ causa præstanda quanta esse debeant.*

De materia cap. Odoardus. de solut. latè. Cap. III.

1 FREQVENS est in Curia Archiepisc. Neap. materia *c. Odoardus de so ut.* quam breuiter, & succinctè enucleare operæpretium esse duxi. Habet Clericus, qui dicitur miles cælestis militiæ, ad instar militis armatæ militiæ priuilegium, vt pro debito ciuili non possit conueniri, nisi in quantum facere potest. *Glos. in l. miles. ff. de re iud. quam sequuntur Bar. Alex. Ias. Ripa, Imola, Abb. Anchar. & idem Imol. in d. cap. Odoardus. Frāch. in cap. si Clericos. de sent. excomm. in 6. Felin. in cap. cum ex officio. de præscrip. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 1 Beat. de inope debit. cap. 17. Caccialup. de deb. suspecto, q. 5.* Hæc est magis cōmunis opinio, quidquid voluerit Alber. *in d. l. miles. Matthesil. not. 61.* Si enim miles terrestris militiæ habet hoc priuilegium, ne militiam deserat; quanto magis Clericus, ne deserat seruitium diuinum, & ne in opprobrium totius status Ecclesiastici cogatur mendicare; sed relicto ei patrimonio sufficienti ad victum, aut redditibus beneficij, pro honesta vitæ sustentatione assignatis; admittitur ad iuratoriam cautionem, de soluendo debita, cum peruenerit ad pin-
2 guiorem fortunam, *d. c. Odoar. & c. peruenit. de fideiuss.* Nec Clericus pro debito tenetur cedere bonis. *Abb. Imol. Anchar. in c. Odoar. Cou. d. c. 1.*
3 *nu. 9. Beat. d. cap. 17. nu. 8.* Prædicto beneficio, *c. Odoar.* gaudet Clericus, non solum in sacris, sed etiam in minoribus ordinibus constitutus, cum tex. loquatur simpliciter de Clerico, & Clericorum appellatione in fauorabilibus veniunt omnes addicti seruitio diuino, siue in minoribus, siue maioribus ordinibus sint constituti. *Abb. in Rubr. de vit. & honest. Cler. & in c. 2. de cohabit. cleric. & mulier.* dūmodo constitutus in minoribus alicui Ecclesiæ in diuinis seruiat. Non enim gaudere debent, qui minoribus ordinibus insigniri solent, vt vitijs, & criminibus liberius vacent, & Ecclesiæ non inseruiunt, *vt dicunt Couar. d. c. 1. Io. Gutierrez de iuram. confirm. p. 1. c. 17. Suarez in praxi 3. par. 2. tom. c. vnico. Menoch. de arbitr. casu 183. Prosper. Farin. de carceribus, q. 27. nu. 69.* Quemadmodum nec Clericus in minoribus gaudet priuilegio fori, si Ecclesiæ in diuinis non inseruit, aut beneficium non habet. *c. 6. sess. 23. de reform. Conc. Trid.* Et ita seruatur in Curia Neap.

4 Amplia, vt Clericus non possit renunciare beneficio *d. c. Odoard.* etiam cum iuramento, cum sit inductum in fauorem totius ordinis clericalis, ne cogatur cum dedecore mendicare. *Ita Ost. Io. Andr. in d. cap. Odoar. Suarez, vbi supra. Quidquid dicat Gutierrez d. cap. 17.*

5 Declara primò, vt non gaudeat prædicto beneficio, qui non confitetur debitum, *vt est expressum in d. cap. Odoar.* & talis recognitio debiti potest fieri etiam post sentētiam, *vt tradit Afflict. in decis. 379. Brun. de cess. bonorum. q. 2.*

6 Declara secundò, vt dolosus non gaudeat prædicto beneficio. *Verall. decis. 278. par. 1. Io. Bapt. Ferret. cons. 144.* Hinc infertur, quòd si Clericus tem-

tempore contractus sciebat se non esse soluendo, & falsò asseruit possidere idoneas facultates, & esse soluēdo, ratione doli non debet gaudere, *ex tex. notabili in l. pen. ff. de iure dotiū.* Secus si non asseruit habere idoneas facultates, *ex reg. l. qui cum alio. ff. de reg. iur.* Idem in doloso volente bonis cedere, dicit Brun. *vbi supra q. 3 1. 4. q. princ.* Infertur etiam, quòd Clericus, qui in fraudem creditorum bona cōsumpsit, non debet gaudere dicto beneficio. *Io. Ferret. vbi sup. ex leg. si quis dolo. ff. de re iud. & leg. etiam §. licet. ff. sol. matr.* sicut nec in hoc casu debitor admittitur ad cessionem, *vt tradit Brun. q. 28. d. 4. q. prin.* Nec etiam gaudet Clericus dicto beneficio, si debita contraxit sub spe gaudendi dicto beneficio. *Ferret. cons. predicto.* Nec etiam debitor hoc casu gaudet cessione bonorū, *iuxta tradita per Brun. vbi supra, q. 3. 4. q. princ.* Nec etiam gaudeat Clericus, qui bona occultat, *vt dicit Beat. d. cap. 17. num. 12.*

7 Declara tertiò, vt Clericus non gaudeat dicto beneficio in delictis; sed si non habet in ære, debet luere in corpore, *ex reg. l. fin. ff. de in ius vocando, c. finem litibus. de dolo, & contumac.* quod procedit, quando pœna pecuniaria est applicāda fisco ad vindictam publicam; secus si pecunia sit soluēda parti ratione interesse; quia respectu dicti interesse, habet locum beneficiū dicti capituli. *Ita Io. Andr. & Abb. in d. cap. Odoar. Idem Abb. in d. cap. finem litibus. Cou. in d. c. 1. Menoch. de arbitrar. casu* 447. Et hæc est veritas, quidquid alij dixerint, quos refert Couar. *d. c. 1.*

Subdeclara, quando pecunia soluenda parti, licet ex parte recipientis, detur ratione interesse; ex parte tamen soluentis est pœna, nempe, si Clericus iniustè litigans, fuit cōdemnatus ad expensas, propter indebitā vexationem, si nō potest soluere, luet in corpore. *Abb. in d. c. finem litibus. nu. 5. per illum text. qui est clarus. Put. decis. 56. lib. 1. Boer. dec.* 349. Subdeclara 2. in mulctis, debitis fisco, ratione contumaciæ, vel liquidationis instrumentorum, aut obligationū penes acta incusatarum, alijsvè mulctis, in quibus Clericus gaudet beneficio *d. c. Odoar.* si quidem mulcta propter paupertatem in totum remittitur *l. illicitas, ff. de off. Præs.* & non habens in bonis, non debet luere in corpore pro mulcta, *Brun. vbi supra. in 4. q. princ. nu. 5. in fine. Clar. §. fin. q. 95. qui testatur de communi. Prosper Farinac. de delictis q. 18. num. 67.*

8 Declara quartò, vt Clericus, si in ludo, vel luxuriosè viuēdo, bona sua consumpsit, nō gaudeat beneficio *c. Odoar.* ita Ferret. *d. cons.* 144. *ex Bald. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt.*

9 Declara quintò in Clerico conuēto actione reali; siquidem non gaudet, sicut nec maritus, *Bart. in l. maritum. ff. solut. matr.* ita tenet Brun. 3. *q. princ. nu.* 14. vbi pariter dicit, pensionarium nō debere vti dicto beneficio
10 contra eum, cui soluit pensionem: nō enim æquum est, quod dum beneficium obtinet, exceptione *d. c. Odoar.* vel alia, iuuetur. idem dicit Cou. *in d. c. 1.*

11 Declara sextò in laico effecto Clerico, post debita contracta in fraudem creditorum. Beat. *d. cap. 17. nu. 22.* qui ex mente Io. Andr. & Abb. *in cap. de obligatis ad ratiocinia*, dicit, quòd si debitor fuit carceratus, vel citatus, tunc præsumitur clericatus

catus assumptus in fraudem; alias non. In dubio verò non præsumi fraudem; nisi saltem creditor fuerit iactatus velle debitorem conuenire efficaciter, probat Farinac. *de inquis. q.8.num.3.*

12 Declara septimò in Clerico exercente illicitam negociationem, qui sicut priuatur priuilegio Clericali, quoad collectas; *c.fin.de vita, & honest. Cler.* ita debet priuari beneficio *d.c.Odoard.vt tenet Brun. vbi supra, q.3.in princ.nu.15.*

13 Declara octauò, secũdum Gomesium in compendio vtriusque signaturę, vt non gaudeat obligatus in forma Cameræ, aut condemnatus per tres sententias conformes; vel quando in obligatione adest iuramentum. Sed contrarium tenet Couar. *d.cap.1.* cum nulla congrua ratio assignari possit, quare in his tribus casib. Clericus gaudere non debeat prædicto beneficio, inducto in fauorem totius Ordinis Clericalis. *Sequitur Beat. dict. c.17.nu.6.* & fuit obseruatum in Curia Archiep. Neap. in obligato cum iuramento. Et in obligato in forma Cameræ, tenet Gallesi. *de oblig. in forma Cameræ, 6.par.q. 7.* Idẽ dicit Put. *decis.56.* de condemnato per tres sententias conformes, cum remedium appellationis sit iuridicũ, & nõ debet pęnã mereri, qui facit actũ lege permittente, *l. Gracchus. C. de adult.* nisi quoad expensas, vt supra dixi.

14 Declara nonò, vt non debeat gaudere Clericus dicto beneficio, quando creditor clericus est pauperior ipso debitore, quia in pari causa debet præferri ille, qui tractat de damno vitando, cùm prima charitas incipiat à seipso; sed cum neuter habeat vnde viuat, æquius est, creditorem præferri, qui repetit suum, quàm Clericum lucrari, vt his rationibus concludit Bart. *in d.l.maritum.* non debere marito gaudere beneficio, vt non possit conueniri, vltra quã facere potest, quando mulier est pauperrima.

15 Quando verò Clerici debent luere in corpore iuxta supradicta posse verberibus cædi, tenet Boe. *deci.349.* alleg.tex.cum glo. *in c.quia 5.q.6.* Sequitur Farin.de delict.& pęnis *q.26. n.12.* Nihilominus Curia Archiepis. Neap. solet ipsos relegare in insulã; iudicis .n. arbitrio remittitur, qualis debeat esse ista commutatio. *l.1.§.fi. ff.de pœnis. Glos. & Doct. in d. c. finem litibus. Farin.in d.q.26. nu.12.* Quando verò pœna soluenda est minima, non debet fieri talis commutatio in corporalẽ, iuxta æquiorem opinionẽ *Boer.d.decis. Tiraq. de iudicijs in rebus exiguis fol.33.vers.7.Ias.in §.penul.de action.* licet in contrariũ sit communis opinio. *Clar.q.95.* sed prima videtur seruanda in foro Ecclesiastico, saltem de æquitate Canonica; vel poterit etiam debitor diutius in carcere detineri. Et prędicta commutatio in pęnam corporalem, poterit fieri etiã post sententiam; quamuis in ea nihil fuerit dictum de tali commutatione, vt dicit, & probat Thesaur. *dec.232.* etsi alterius opinionis sit Fari. *d.q.26*

16 Ex beneficio prædicto, ꝙ Clericus non potest condemnari, nisi in quãtum facere potest, sequitur, quòd pro debito carcerari non potest; id enim operatur hoc priuilegium. *Aret.in l. alia.§.eleganter.ff.solut.matr.* Franch. qui in specie loquitur, de Clerico, *in cap. si Clericos. de sentent. excommun. in 6. Couar. Beat. Caccialup. vbi*

 supra,



*supra, Farin. de carcer. q. 27. num. 70.* sed sequestrantur fructus beneficiorum, vel aliorum redditūum, relicta ei congrua portione. Poterit tamen carcerari Clericus pro debito, quando est periurus, quia debitum est iuratum, propter peccatum periurij, quod est graue, *c. hoc videtur. 22. q. 5.* Ita not. Afflict. *in Constit. Regni. si quis Clericus. in 6. not. sub Rub. de clericis conuenendis. Brun. d. q. 3. princ. nu. 17.* & ad fundandum periurium, sufficit probare, quod tempus soluendi est elapsum. *Felin. in c. querelam. de iureiur. in princ.* Poterit etiam carcerari Clericus suspectus de fuga; & tunc etiam ab ipso creditore capi potest, si aufugiat cum bonis. *Abb. in cap. cum non ab homine. de iud. Brun. d. q. 3. Couar. & Farinac. vbi sup.* & esse communem opinionem testatur Fel. *in d. cap. cum non ab homine*, debet tamen quanto citius poterit iudici præsentare, & si Clericus offert satisfactionem propriam, vel cautionem idoneam, debet relaxari; aliàs creditor est excommunicatus, *iux. Bal. & Fel. in d. c. cum non ab homine.* Item poterit carcerari pro debito proueniente ex delicto. *Franch. notab. in capit. dilectus, de appell. per capit. 1. de deposito. Marsi. in prax. §. attingam. num. 70. Farinac. vbi supra.* Poterit quoque carcerari clericus obligatus in forma Cameræ, *vt per Farinac. vbi supra*, quidquid dicat Couar. *d. cap. 1.* Nam praxis se habet in contrarium.

17 Sed dubium est; an Clericus debeat detineri carceratus pendente discussione super admissione ad beneficium *dict. cap. Odoardus.* & ex supradictis facilè potest haberi resolutio; siquidem, si Clericus est periurus, vel est suspectus de fuga, carcerari potest; & postea cum cautione idonea poterit habilitari. Quod autem ratione instrumenti habentis executionem paratam, possit etiam carcerari vltra periurium, facit: nā cedens bonis, non potest carcerari. *l. 1. vbi Bar. Bal. & alij. C. qui bonis cedere possunt:* & tamen potest carcerari vigore talis instrumenti, iux. Ang. *in l. nemo. C. de exact. tribut. lib. 10. & in l. alia. § eleganter. ff. sol. mat.* quem ibi sequitur Paul. dicens; quod iudices irridet Baldum contrarium dicentem *in d. l. 1.* & veriorem esse opinionem Angeli, dicit Alex. ibidem. dicitur tedere in damnum totius ordinis Clericalis, q Clericus, pendente tali discussione, maneat carceratus. In Curia verò Archiep. Clerici, vigore instrumentorum prædictorum, & obligationum penes acta, carcerantur, quia ritus magnæ Curiæ Vicariæ 166. *de liquidatione instrumētorum.* est receptus in Curia Archiepi *vt in constit. 54.* & si post carcerationem petunt admitti ad beneficium prædictum, manent carcerati, donec disentiatur, an gaudere debeant dicto beneficio. Quando verò petunt admitti ad d. beneficium, antequam carcerentur, Curia diuersimodè seruauit. Sed non recedas à prædictis, vt possint carcerari, quando adest periurium, vel suspicio fugæ. Et dicta procedunt etiā, quando à Papa impetratur rescriptū super dicto beneficio, quia in verbis dispositiuis semper solent poni illa verba, Facias, vt de iure faciendum est; licet secus dicatur in narratiuis; & verba dispositiua sunt attendēda. *c. cum. 11. de preb.* & quando debitor dicatur suspectus de fuga, latè tradit

Menoch.

Menoch. *de arbitr. casu* 87. *lib.* 2.

18 Sed aduerte, quod dicit Clericus non possit carcerari, nisi in casibus enumeratis in praxi, tamen quando fuit condemnatus ad soluendum, & potest satisfacere, si recusat, semper poterit carcerari. *Ita notabiliter dicit Abb. in c.* 1. *de deposito. cuius opinio est in praxi recepta*: nam contra Clericos valentes soluere, & recusantes expediuntur litteræ exequutoriales in rem, & in personam.

19 Præterea, vt admittantur Clericus ad d. beneficium, est probanda paupertas. *Stapbileus de litteris grat. & Iustit. fol.* 159. *Couar. d. c.* 1. *Brun. d. tractatu, q.* 26. vel per famam in vicina; vel quia visus est mendicare, vel alio modo, iudicis arbitrio, *iuxta Glos. in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. ad tradita latè per Couar. lib.* 2. *variar. resolut. c.* 6. *& per Brun. d. q.* 26. Nec probatur per solam assertionem petentis admitti ad beneficium; nam qui eam allegat, probare debet; *Gl. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisdare cogantur, Afflict. latè decis.* 377. *Brun. d. q.* 26. seruatur etiam in Curia Neap. quod Clericus tenetur ad instantiam creditoris indicare bona, quæ habet, vt possit gaudere dicto beneficio, sicut cedens bonis tenetur indicare bona. *Glos. & Bart. in l. penult. ff. tit. noui.*

20 Vltimò notandum, quòd semel admissus ad beneficium prędictum, non prohibetur iterum admitti, quemadmodum bonorum cessio potest reiterari. *Paul. de Castr. in l. ex contractu. C. de bonis auct. iudicis possidendis, vbi etiam Salic.*

ADDITIO.

¶ An beneficio *c. Odoardus. de solut.* gaudeat Clericus in forma Cam. obligatus, *Galles. de oblig. Cam. q.* 19. *nu.* 1. alias partic. 4. q. 3. tenet gaudere; quia ex hoc nō impeditur, sed restringitur, & modificatur executio, licèt additio videatur in contrarium inclinare.

Cap. Odoardus non suffragatur condemnato per tres sententias, *Gomez in Compendio vtriusque Signat. nu.* 88. vbi quod non iuuatur ille, qui accepit beneficium, & consensit pensioni cum iuramento; & postea denegat soluere pensionem, quia scilicet habet beneficium, quod potest dimittere ad beneplacitum; secus autē si pensioni ipsemet non cōsensit, sed per procuratorem, & decis. 22.

Contrarium tenet *Couar. lib.* 1. *variar. resol. c.* 1. *num.* 9. *vers. quoties*, vbi reprobat Gomesium, & tenet huiusmodi Clericum opponere posse se esse Clericum inopem, quia nec iuramento, nec sententijs priuilegium concessum Clericis ob statum Ecclesiasticum potest omnino tolli, & *Marches. de commiss. admiss. ad c. pertenuit, p.* 3. *c.* 1. *§.* 1. *n.* 74. vbi quod hęc opinio est approbanda, & quod ita fuit resolutum in plęna Signatura.

Item non conceditur Clericis in minoribus ordinibus constitutis, sed illis, qui sunt in maioribus, vel Ecclesiæ inseruiunt, *Cou. d. nu.* 9. *vers. cæterum, Marchesan. vbi supra nu.* 9. *&* 57.

An Clericus spoliator dolosus admittatur ad c. Odoardus, pro & contra Marchesanus *vbi sup. cap.* 1. *§.* 1. *num.* 75. *& seq. fol.* 318.

Porrò Clericis inductum est a sa-

cris Canonibus beneficium, *c. peruenit. de fideiuss. & c. Odoardus. de solut.* & eisdem interdicta penitus est cessio bonorum, quæ laicis, qui non sunt soluendo, à iure Ciuili indulta est, *ff. de cess. bon.* ne infamiæ biretum, aut signũ gestare cogatur, *Cou. var. resol. lib. 2. c. 1. nu. 9. Anchar. in d. c. Odoard.*

Verumtamẽ, quia licet sacri Can. soleant pietatem excolere, illam tamen ab æqua iustitia disiungere non consueuerunt, vt fraudibus, quas posset in hoc aduenire cœca auaritia, aliqua ratione occurratur nulli Clericorum ad d. c. Odoar. patet admissio, nisi prius probet: primò, quod nec in toto, nec in parte valet æs alienum soluere, *Marches. de commiss. ad miss. ad bon. ced. p. 3. §. 1. nu. 7. pag. 318* Secũdò, quod gaudet priuilegio fori ex causis expressis in *Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de refor. idem Marches. d. §. 1. num. 104. pag. 321.* Quo planè sequitur, vt nõ sufficiat simpliciter assumpsisse primam clericalem tonsuram, vel minores ordines, *ad trad. per Dec. in d. c. Odoardus. nu. 4. Marches. d. §. 1. nu. 57.* neque sufficeret ista probare, sed omnia necesse est, vt debitum fateatur, & caueat de satisfaciendo quamprimum peruenerit ad pinguiorem fortunam. *Imol. in dict. cap. Odoardus, num. 4.*

Admisso itaq; debeatur alimenta misericordiæ causa, *l. qui bonis, ff. de cess. bon.* est quanta esse debeant, *Glos. fin. in d. c. Odoardus*, dicit, quod non sunt assignanda tanta, vt splendidè viuat, sed ne malè meritus ægestate laboret. Verum *Marches. d. §. 1. n. 90.* ait, hoc esse remissum arbitrio Iudicis, qui pensata qualitate, & nobilitate personæ, poterit plus, aut minus indulgere; & sic, inquit, concedi poterit equus, & famuli, iuxta dignitatem; nec erit attendenda appellatio, si qua fortè creditores interponant, ne assignata pro alimentis, litibus conterantur: neque refragatur, quod sit licitum appellare ab excessu, & huiusmodi appellatio sit admittenda vbi taxa videtur excessiua, *Marches. vbi sup. num. 92.* quia adhuc consueuit dari commissio cum clausula, nõ retardata solutione alimẽtorum. Hinc testatur idem *Marches. ibid. nu. 93.* Papam in Signatura dixisse nihil rescribendum in causa cuiusdam nobilis aduersæ valetudinis, & in statu indigentiæ sine sua culpa positi, qui fuerat admissus *ad d. c. Odoar.* cum scutis 350. à qua taxatione tanquam excessiua creditores appellarunt, non est enim addenda afflictio afflicto.

Quod verò dicendum de eo, qui fuit per tres sententias cõdemnatus? *Marches. aut vbi sup. nu. 80.* quod aut habebat iustam causam litigandi, & tunc poterit obtinere d. beneficium, *c. Odoardus*, aut non habebit iustam causam, & eo indignus erit. Idem inquit erit de spoliatore condemnatò per tres sententias, ad quod adducit *decis. 841. Rot. par. 3. diuers. Gigas etiam responso 2. de pens. nu. 8.* vbi examinat dubium an debita pensionis competat beneficium *d. c. Odoardus.* concludit distinguendo, quod aut iste debitor consensit pensionis reseruationi per se, aut etiam per procuratorem, vel pensio reseruata fuit per Papã sine consensu etiam motu proprio. & in primo casu tenet, quod is contra quem agitur ad solutionem pensionis decursæ non competat, quia ex quo ob non solutionem pen-

sionis

sionis incurritur pœna ammissionis beneficij propter regressum, qui cõsueuit reseruari: ideo inquit cauendũ est malitijs, quæ alioquin adinueniẽtur, vt impediretur regressus, & potissima esset *d.c.Odoardus.* in secundo autem casu putat competere, quia (inquit) non videtur fieri iniuria pẽsionario, qui pensionem extraordinarie, & contra regul. cancell. ac sine causa onerosa fuit consecutus.

*I.A. Massob.*

**SVMMARIVM.**

1 *Absolutio à iuramento conceditur solum ad finem agendi in Curia Archiepisc. Neap.*

2 *Absolutio à iuramento ad finem agendi conceditur sine partis citatione.*

3 *Absolutio à iuramento ad finem agendi conceditur in Curia Archiep. Neap. post per iurium incursum, & quãdo, & ibi praxis Curiæ.*

4 *Absolutio à iuramento, concessa post per iurium incursum, quando concedi non debebat, an sit nulla.*

5 *Absolutio à iuramento, si fuit concessa, & pars appellauit, potest absolutus, siue habilitatus agere, pendente appellatione.*

6 *Absolutio à iuramento, quando non concedenda.*

7 *Periurium, an incurratur, per solam libelli oblationem, vel per litis contestationem remissiuè.*

8 *Absolutionem à iuramento an possit concedere Episcopus, quando est dubium, an sit cuncedenda.*

9 *Absolutio à iuramento, à quo Episcopo sit concedenda.*

10 *Absolutio à iuramento in Curia Archiep. Neap. conceditur exteris, etiã si iurauerint extra regnum.*

11 *Absolutio à iuramento potest impetrari sine mandato.*

12 *Absolutio à iuramento quando sit necessaria.*

11 *Prælatus, vel Tutor, contrahentes pro Ecclesia, vel pro pupillo, an possint in casu læsionis contrauenire cõtractui, etiam iuramento firmato, non petita absolutione.*

14 *Iuramentum illicitum præstans, etiam scienter, non indiget absolutione, illi contrauenien do.*

De absolutione à iuramento.
Cap. IV.

1 SERVATVR in Curia Archiep. Neap. quòd absolutio à iuramẽto, siue habilitatio, non conceditur, nisi solum ad finem agendi, & experiendi de Iuribus suis, coram iudice competenti, non autem ad finem excipiendi, quòd multis retro annis in desuetudinem abijsse, testatur *Gallesius de obligatione in for. Cam. part.*
2 *2. quæst. 2.* Et conceditur sine partis citatione, ex stylo antiquo curiæ; *iuxta consil. Oldrad.* 120. *Afflict. in decis.* 120. *qui testatur de magis communi, Gallesi. vbi supra, Couar. libr. primo, variar. resolution. capit.* 14. Si autem alibi reperiretur stylus cõtrarius, quod pars esset citanda, seruari deberet, *vt latè tradit Ant. Gagliardus de absolut. à iuramen. §.*
3 *prim.* Item seruatur in Curia Archiepisc. quod aliquando datur absolutio, seu habilitatio à iuramento post per iuriũ incursum, citata tamẽ parte, de qua vidi pluries dubitari: nã in tali casu ad Papam esse recurrẽdum, *dicunt Feder. de Sen. consf.* 301. *quia frustra.*

*stra.de vsuris.Anchar.cons.*198.datur .n. materia peierandi, quã Episcopus vitare debet *c. si vero de iureiurando, Abb.Felin.in c.*1.*eod. tit. Berous consi.*59.*n.*64.*lib.*1.*Neuizan.cons.*23.*Crau. consi.*613.*vol.*4.*Ant.Gagliardus, vbi sup.§.*4.*nu.* 2. Verum ista conclusio Doctorum admittit aliquas limitationes, secundum quas procedit praxis Curiæ. Et primò limitatur, quando periurus non perseuerat in peccato, ita dicit *Abb.in d.c.*1. notabiliter, ponens exemplum de eo, qui vẽdidit propter metum, & iurauit non cõtrauenire, quia licet peccauerit contraueniendo, & inciderit in periurium, poterit tamen petere absolutionem, vt liceat sibi venire contra venditionem, hoc enim casu cessat perseuerãtia in peccato, & imponi ei debet pęnitentia de periurio. *sequitur. Felin. in d.cap.*1. Secundò limitatur, quando quis esset periurus absque dolo, puta, si debitor nõ soluerit in termino, ex dolo, sed ex culpa; vel si aliter excusatur à periurio, ratione necessitatis, vel difficultatis, quia pœna apposita periuro, non habet locum, cessante dolo. *Fel.in d.cap.*1.*ex Bald. in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offic. Procons.num.*15, *gloss. in cap. breui, de iureiurando.* Tertiò limita, quando intra terminum Iudex præcepisset iuranti, ne solueret; quia in euentu termini non incurrit periurium *Archid. in cap. auctoritatem.*15 *qu.*6.*Felin. d. capit.*1. qui dat cautelam, quod ante aduentum termini, facta aliqua fide de turpitudine iuramenti, obtineretur præceptum: & quamuis *Ant.Gagliard. d. c.* 1. *num.* 34. teneat contra Abb. circa primam limitationẽ, absque efficaci ratione: opinio tamen Abbatis est recepta in Curia Archiepisc. Neap. à tempore antiquissimo, & practicatur, quòd periurus petit absolutionem à periurio, & habilitationem ad finem agendi, allegãs metum, vel læsionem, citatur pars, & datur terminus ad probandum lęsionẽ, & compilatur processus via ordinaria, & probata læsione, vel metu, per sententiam diffinitiuam, periurus absoluitur à quibuscumque iuramentis per eum præstitis, ac etiam à reatu periurij, per ipsum incursi ad effectũ agendi, & experiendi de iuribus suis, & iniungitur ei pęnitentia salutaris pro periurio. Si verò quis nollet probare læsionem, potest adire Summum
4 Pontificem, & obtinere absolutionẽ. Sed quid, si concedatur absolutio à iuramento, post periurium incursum, quando non esset concedenda, an valeat? *Petr.de Anchar.in d.cons.* 198. dicit, quòd aut periurium nõ fuit expressum Iudici, & absolutio non valet, *per l.si prætor.ff.de iudicijs*; aut fuit expressum, & tunc si pars nõ fuit citata est nulla: si verò fuit citata, tunc absolutio est iniusta, sed valet. *Sequitur Felin.in d. cap.* 1. *& secundum hanc distinctionem videtur intelligendum consil.Crauet.* 613. facit text. *in cap. Pastoralis. §. verum. de appellat.* vbi iniusta absolutio ab excommunicatione valet; immo si fuit concessa
5 habilitatio à iuramento, & pars appellauit, habilitatus pendente appellatione potest agere; quia appellatio non suspendit pronunciatum, quãdo tractatur de ligamine animæ. Sic etiam appellatio non suspendit absolutionem ab excommunicatione, vt dicit notabiliter *Fel.in rubr. de appell. post nu.*1. Et ita in praxi plures obtinuisse

fuisse dicit *Ursill. super decis. Afflict.* 188. & pluribus rationibus probat *Ant. Gagliardus vbi supra* §. 3. *nu.* 32. Solet etiam dubitari, an semper ista absolutio sit concedenda, vltra supra dicta de periurio; & conclusio sit, nō esse concedendam, quando nihil pro-
6 desset, & futura esset nullius momē- ti, vt si iuramentum non ligaret, vel viribus non subsisteret, quia pars agens non adimpleuisset contractum ex parte sua. *Neuiz. cons.* 23. vbi dicit nunquam concedendam esse absolutionem, quando parti potest esse consultū alia via. *sequitur Ant. Gagliard. vbi sup.* §. 1. *n.* 3. Item non debet concedi, quando appareret peti per calumniam, *ex dictis per Ias. in l.* 1. *ff. de offic. Assessor. Neuizan. Gallef. Anto. vbi supra*. Item non est concedenda non solum post periurium incursum, iuxta tamen prædicta, sed etiā quando tempus ita imminet, vt periurium incurratur. *Neuizan. d. cons.* 23. *Anto. d.* §. 1. *n.* 42. *Afflict. decis.* 31. qui testatur Curiam Archiep. Neap. non fuisse solitam concedere citationem super absolutione à iuramento, nisi ad minus supersint 20. dies termini solutionis; dicit tamen *Ant. vbi supr.* prædicta procedere, quando ex culpa petentis absolutionē immineret periurium; secus, si nulla culpa intercessisset. Hodie verò in Curia Archiep. Neap. conceditur absolutio ad finem agendi, etiam si vnus dies termini solutionis superesset. An autē quis dica-
7 tur periurus per solam libelli oblationem, vel per litis contestationem contrauueniendo, *vide Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre, & in l. si quis maior. C. de transact. DD. in l. Lucius.* §. *tres hæredes. ff. ad Trebell. Alex. cons.* 52. *vol.* 2. *Ruin. cons.* 184. *vol.* 1. *Vtrall.*
8 *decis.* 233. *par.* 1. Sed obstat dubium, an possit Episcopus concedere absolutionem à iuramento, quādo est dubium, an sit concedenda, vel non; & recurrendum esse ad Papam dicit *Innoc. in cap. venerabilem. de elect. Fel. in d. cap.* 1. *Innoc. in capit. cum contingat. eod. tit.* Verum communis opinio est in cōtrarium, quod possit Episcopus illam cōcedere, de qua testatur *Ant. Gagliard. d.* §. 4. & tenet *Abb. in d. c. venerabilem. respondens ad illum text. idem Fel. in c.* 2. *de spons. Ant. de Butr. in c. quanto. de iureiurando. Geminian. in c. fin. de for. compet. in* 6.
9 Sed aliud dubium est, à quo sit cōcedenda absolutio à iuramento, ab Episcopo, an iurantis, vel eius, cui iuramentum præstitum est? & si ab Episcopo iurantis, an sufficiat, quòd sit domicilij, vel originis, licet alibi sit celebratus contractus? Et magis communis opinio est, quod à quouis Episcopo iurantis sit cōcedenda, coram quo conueniri posset, pro obseruantia contractus. *Calder. consi.* 1. *de offic. ordin. & consil.* 6. *de iureiura. Lap. allegat.* 10. *Aretin. cons.* 142. *Couar. libr.* 1. *variar. resolut. cap.* 4. *num.* 5. *Capic. decis.* 18. *Ant. Gagliar. vbi supra.* §. 4. *num.* 55. *qui plura adducit pro hac communi opinione*, maximè quando non requiritur partis citatio, vt
10 seruatur in nostra Curia *Rom. in sing.* 470. Est tamen notandum, quod in Curia Archiep. Neap. ex antiquissima obseruantia absoluuntur omnes exteri à iuramentis præstitis etiā extra Regnum, quando adeunt Ciuitatem Neapolitanam animo litigandi in Curia sæculari, & dicunt hunc actū esse quasi penitentialem. *Ant. in cap. debi-*

si debitores.in 7.de iureiur.& vbique locum esse pœnitentiæ. *Notatur etiã per Annam alleg.* 83. Vltimò notandum, quòd absolutio à iuramento non potest impetrari sine mandato, cùm sit gratia, & potest concedi absenti, & ignoranti. *Fel.d.c.1.iuxta not.in cap. innotuit.de elect.& in c. si tibi.de preb. in 6.* Debet tamẽ sequi ratificatio intra terminum præfixum ad soluendũ, aliàs incurritur in periurium, ratificatio enim debet fieri in tempore. *Rom.conf.* 427. *Milis in repertorio, in verbo ratificatio. Ant. Gagliar.latè loco citato.num.1.*

## ADDITIO.

12 Sed dubitatur quandoi absoluto à iuramento sit necessaria, & respondet *D. Augustinus Beroi q.28. num. 2.* quod tunc est necessaria quando quis ex iuramento ligator ad illius obseruantiam sub periculo animæ, & peccati; adeò quod qui ligatus non est,
13 absolutione non indiget, cum priuatio præsupponat habitum, §.1. *Instit. de libert.§.seruus.Instit. de cap. dimin. tex.in c.significauit, & ibi glos. in ver. deuotione, de pœn.& remiss. c. ad dissol-*
14 *uẽdum, de despon.impub.l. decem.ff.de verb.oblig.* Vnde ait, quod Prælatus, & tutor, qui præstitit iuramentum tẽpore susceptæ tutelæ, vel prouisionis, vt moris est, vt ilia se facturũ, & inutilia prætermissorum, *ad Clem. quia contingit, §.fin. de relig. domib. Auth. vt hi, & Auth. quod nunc, C. de cur. fur.* & deinde contrahit nomine pupilli, vel Ecclesiæ cũ iuramento, quod nec ipsi, nec pupillus aliqua causa cõtrauenient; ait inquam, quod pupillus læsus. Quinimò, & ipsemet tutor, seu Prælatus poterit contrauenire ipsi contractui absque quod aliquam petant absolutionem à iuramento, etiã ad effectum illi contraueniendi; licet possint, ac debeant absolutionem pẽtere ab excessu, & in causa iurationes *c. si Christus, §. quidam, ff. de iureiuram.*
15 quia huiusmodi iuramentum est illicitum, & qui etiam scienter illicitũ iurat, absolutione non indiget, *capit. quanto de iureiur. Beroi q.27.nu.4. & seq. & q.28.n.2. & 3.* Sed cogita pet ea, quæ tradit *Bal.in cap. peruenit. de iureiur.*

*I. A. M.*

## SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam fit ab omnibus censuris, excepto interdicto generali.*
2 *Absolutio ad cautelam fit, quando prætenditur sententia nulla.*
3 *Absolutio ad cautelam habet locum in censuris latis ab homine, non à iure limita, vt ibi.*
4 *Absoluere ad cautelam non potest, qui directam absolutionem impendere nequit.*
5 *Citatio partis an requiratur in absolutione ad cautelam.*
6 *Absoluendus ad cautelam an debeat aliquid probare.*
7 *Absolutio ad cautelam fit ex gratia.*
8 *Absoluere ad cautelam qui possint, & an delegatus.*
9 *Absoluere ad cautelam potest Archiepiscopus pendente appellatione ab Episcopo ad Papam.*
10 *Absolutus ab excommunicatione, vt reducatur in eandem sententiam, an requiratur causæ cognitio, monitio, & noua sententia.*
11 *Absolutio ad cautelã quomodo faciẽda.*

12 *Absolutio ad cautelam non potest impetrari sine speciali mandato.*
13 *Canonicus potest petere absolutionem ab excommunicatione pro concanonico, sed non ad cautelam.*

De absolutione ad cautelam.
CAP. V.

1 DE absolutione ad cautelam sæpissimè in Curia Archiep. Neapol. dubitari contingit. Propterea aliqua circa eam annotanda censui. Primò notandum, quòd absolutio ad cautelam potest fieri ab omnibus censuris, excepto interdicto loci generali. De excommunicatione habetur *in capit. solet. & capit. venerabilibus. de sent. excomm. in 6. & in capit. per tuas. extra eod.* De suspensione, *in cap. venerabili. eod. titul. & capit. Apostolicæ. de except.* De interdicto. *in cap. præsenti de sentent. excommunicat. in 6.* vbi prohibetur relaxari ad cautelam interdictum generale, *Io. Andr. Io. Monach. Anchar. Dominicus, Franch. in d. cap. solet.*

2 Secundò notandū, quòd absolutio ad cautelam non est concedenda, quādo excommunicatio fuit iusta, neque quādo iniusta, quia ligat, *c. 1. 11. q. 3.* sed solum, quando dicitur nulla, ex quauis causa nullitatis, etiam exemptionis, & est aliquod dubium de nullitate; aliàs si ab initio constaret non esse nullam, non conceditur, & si constaret esse nullam, statim fiet absolutio simpliciter, *Ioan. Andr. Domin. Anchar. Franch. in d. cap. solet.* habetur *in d. cap. venerabilibus. §. sane.* & quando petitur, debet exprimi causa nullitatis, cum sic dubitetur, an sit nulla, vel non, vt dicit *Franch. in dict. cap. solet. Couar. in cap. alma mater. de sentent. excommun. in 6. 1. part. relectionis. §. 12. nu.* 6. ¶ *Rota apud Put. dec. 96. libr. 2.* firmat quod excommunicatus potest petere absolutionem ad cautelam, vt dicit *decis. 436. aliàs 9. de sentent. excommun. in nou.* & hoc licèt excommunicatio esset nulla, quia inquit, quod dicatur de nullitate est in fauorem excommunicati; & ideo si excommunicatus non vult dicere de nullitate, sed petere absolutionē ad cautelam, potest maximè cum per hoc non fateatur excommunicatum *ad DD. in leg. decem, ff. de verb. obligat.* & talis absolutio dari potest per Iudicem ex officio, *c. cū contingat, de off. deleg. & ibi doct. I. A. M.*

3 Tertiò notandum, quòd absolutio ad cautelam habet locum in sententijs cēsurarum latis ab homine: quia illæ possunt esse iniustæ & nullę, non in sententijs latis à iure; de quibus non est dubium, quod sunt iustæ, & validæ, nisi occurrat probabile dubium iuris, vel facti. Ita *Io. Andr. Domin. Anch. in d. c. solet.* Idem in sentētijs latis per statuta synodalia, prout in sententijs latis à iure, tenet *Hēr. de Bottis, de synodo Episcopi par. 3. conclu. 13. nu. 112.*

4 Quartò notandum, quòd qui non potest directam absolutionem impēdere, nec potest absoluere ad cautelam. *Domin. & Franch. in d. c. solet.* & sic non potest Archiepiscopus Neap. absoluere ad cautelam à censuris Papæ reseruatis.

5 Quintò notandum, quòd in absolutione ad cautelam, iuxta communem opinionem *in d. c. solet.* est citāda pars, nisi periculū esset in mora.

Sed

Sed in contrarium ſe habet obſeruantia Curia Archiepiſc. Neap. & ferè
5 omnium Curiarum, vt non citetur pars: ſi tamen ipſa compareat, & dicat non eſſe concedendam abſolutionem ad cautelam propter manifeſtam offenſam, eſſet audiēda, & probare debebit offenſam intra octo dies *probatur in d. cap. ſolet*. Sed aduerte, quod cōtrarium fuit determinatum in Vrbe, proindè citanda eſt pars.

6 Sextò notandum, quòd petens abſolutionem ad cautelam, debet ſummariè, & ſaltem ſemiplenè probare nullitatem excommunicationis, de quacunque nullitate tractetur, etiam exemptionis. *Rota in nou. deciſi.* 310. *Domin. Franch. in d. c. ſolet. Couar. in d.* §. 12. *Felin. in cap. Apoſtolica. de exceptionib.* & quando prætenditur nullitas propter appellationem, quæ præceſſit excommunicationem, eſt probanda appellatio ante excommunicationem, non vnius teſtimonio; niſi eo caſu, quo iudex excommunicator dicat ſe non credere appellationem præceſſiſſe excommunicationē; ſed eſſe paratum dare abſolutionem ſi ita ſit, quod poſt appellationem fuerit lata excommunicatio, & deinde per vnū teſtem ſatis erit probare appellationem legitimam, vt dicunt *Felin. & Couar. vbi ſupr.* nihilominus in praxi ſeruatur, quòd abſque aliqua ſemiplena probatione nullitatis, fit abſolutio ad cautelam.

7 Septimò notandum, quòd abſolutio ad cautelam fit ex gratia, & ad eā faciendam non poteſt compelli Archiepiſcopus, vel alius, ad quem ſpectat. *Ita Ioan. Andr. Domin. Anchar. Franch. in dict. cap. ſolet*. eamque poteſt concedere Archiepiſcopus, antequam incipiat de cauſa cognoſcere. *dict. cap. venerabilibus.* §. *ſed ſi ex cauſa*.

8 Octauò notandum, quòd abſolutionem ad cautelam poteſt impendere ipſe excommunicator, & eius ſuperior, & non alius, *iuxta magis communem in dict. cap. ſolet*. Poteſt etiam eam impendere delegatus Papæ, *iuxta Archidiac. in dict. cap. ſolet. Abb. & Dec. in cap. ad præſentiam de appellat.* & ita ſe habere praxim, teſtatur *Couar. d.* §. 12. quamuis in contrarium ſit communis, *in d. cap. ſolet*.

9 Poteſt etiam Archiepiſcopus, pendente appellatione ab Epiſcopo ad Papam, abſoluere ad cautelam, quia dicta abſolutio poteſt impendi abſque cauſæ cognitione, ſolum præſtita cautione de parendo mandatis Eccleſiæ, ſi apparuerit eum iuſtè excōmunicatum; & quando non requiritur cauſæ cognitio, poteſt adiri Archiepiſcopus, pendente appellatione ab Epiſcopo ad Papam. Ita *Anto. de Butr. & Card. Alexander. notabiliter in cap. ſollicitudinem num.* 1. *de appella.* Poteſt etiam ordinarius abſoluere teſtes excommunicatos ad cautelam, ad finem ferendi teſtimonium, *cap. veniens. el* 2. *de teſtibus*. dummodo veritas alio modo haberi non poſſit, etiā ſi teſtis ipſe non petat abſolutionem, ſed pars; quando tamen prætenditur abſolutio nulla, *vt per Abb. & Felin. in dict. cap. veniens*. & talis abſolutio poteſt fieri per Iudicē cauſæ, licèt ille non excommunicauerit, *vt latè tradit Fel. in cap. paſtoralis, de offic. ord. nu.* 13. quinimmo, ſecūdum opinionem *Ioan. Monach. in d. c. ſolet*, quam veriorem putat *Couar. in d.* §. 12. etiā delegatus Papæ poteſt abſol-

uere

nere testes, ad finem ferendi testimonium; testis verò sic absolutus, facta depositione statim reincidit in eandem excommunicationem sine alia monitione, & sententia, *iuxta Ostien.Io.Andr.& communem in d.c. veniẽs.* de qua testatur *Dec.conf.*145. vbi idem dicit procedere in quolibet absoluto cum reincidentia, plura adducens. sic etiam Canonicus absolutus, ad finem faciendi electionem, vt latè probat *Fel.in cap.ad reprimendam.de offic.ord.* non autem absolutus purè, cum iniunctione satisfactionis, in qua si postea deficit
10 vt reducatur in eandem censuram, requiritur causæ cognitio, monitio, & noua sententia, sicut quando fertur excommunicatione. Idem si tractetur de reducendo male absolutũ; vel de alia reductione, & hoc in sententia hominis, non canonis, in qua quis reincidit ipso iure, *c.eos.de sent. excomm.lib.6.Ita not.Rot.in nou.deci.* 398. *Abb.& Fel.in d.ca. ad reprimendum.*

11 Notandum etiam, quod ista absolutio ad cautelam, fit cum cautione de parendo, si apparebit eum iuste excommunicatum, *vt habetur in d. c. solet.* & in ea debat exprimi causa nullitatis, & sufficit vti verbo, relaxo, vel absoluo; *secundum Ioannẽ, & Franch.ibi*: & talis absolutus consequetur participationem, & communionem sacramentorum, & hominum, *vt per omnes ibidem.*

12 Vltimò notandũ, quòd ad petendũ absolutionem ad cautelam, requiritur speciale mãdatum. *Rota in nouis*
13 *dec.*42. quę dicit, quòd Canonicus potest pro Concanonico pete re absolutionem, ab excommunicatione, sine mandato; non tamen ad cautellam, *sequuntur Doct. in d. cap. solet.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus remissus ad Curiam Ecclesiasticam à Curia sæculari, vna cũ actis, an possit cõstitui reus ex dictis actis, vel testes examinati corã Iudice laico sint prius de nouo examinandi.*

2 *Iudex peccat, non legitimè interrogans reum, nec reus cogitur dicere veritatem.*

3 *Confessio Clerici de delicto facta coram laico, facit indicium ad torturam contra Clericum in foro Ecclesiastico, si spontè facta fuerit.*

4 *Clericus debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum à iudice sæculari, vna cum actis.*

5 *Copia actorum qualis esse debeat, quando transmittitur à Curia seculari ad Ecclesiasticam vnà cum Clerico, si Clericus est inquisitus de delicto commisso cum socijs laicis.*

6 *Remissio Clerici cuius expensis fieri debeat.*

7 *Episcopus non repetens Clericum detentum à Iudice seculari grauiter punitur.*

8 *Iudex sæcularis remittens Clericum ad Ecclesiasticum cum ignominia, debet puniri, & est excommunicatus.*

9 *Clericus non declinans forum sæculare debet puniri.*

De remissione Clerici ad Curiam Ecclesiasticam latè. Cap. VI.

1 SERVATVR in Curia Archiepisc. Neap. quòd quando Clericus

ricus remittitur à Curia sæculari, vnà cum actis, constituitur reus ex actis factis coram Iudice laico: & si vult habere dictos testes pro repetitis, proceditur ad vlteriora & ad sententias; alias repetuntur, non tamen de nouo examinantur, antequā constituatur reus.

Multi Aduocati pluries dixerunt id de iure fieri non posse, siquidem Iudex peccat non legitimè interrogans reum; nec reus cogitur Iudici non legitimè interrogāti veritatem dicere: saltem debet præcedere infamia, semiplena probatio, aut expressa inditia. *D.Thom.2.2.q.69.artic.1. ad 2. & ibi Caietanus, & alij, Sotus de iustitia, & iure lib.5.qu.6. art.1. & 2. Nauar.cap.18.nu.58. & c.25.nu.36.* sed acta facta corā Iudice laico nullatenus probant contra Clericum, *c. at si Clerici. de iudic.* Ergò ex dictis actis Clericus constitui non potest, antequam de nouo examinentur testes. Secundò adducitur, quòd non solum Ecclesiasticus nō tenetur stare processui facto à Iudice laico, *iuxta omnes in c.at si Clerici.* sed tenetur de nouo inchoare processum; aliàs non potest nec procedere ad capturam contra Clericum, nec inquisitionē formare ex processu fabricato à laico, *vt dicit Ruin.conf.7. vol.6.nu.6. Sequitur Baiardus ad Clarum, q.36. nu.53.* In contrarium se habet antiquissima obseruātia Curiæ Archie. Neapol. quæ sola sufficeret; est enim rationabilis, & legitimè præscripta, *ad notata in cap.fin.de consuet.* & contraria obseruantia tenderet in magnam Reipublicæ perniciem: siquidem, cùm Clerici soleant detineri carcerati à Curia sæculari per menses & annos antequam remittantur, difficile esset de nouo capere informationes delictorū; sed remanerent impunita, quòd maximè euitare debent Episcopi, *c. vt famæ, de sent. excommu.* rarò enim possent haberi testes, qui interfuerūt delicto, & si haberentur, vt plurimum essent seducti ab inquisitis, neque multoties possent recordari tam benè eorum, quæ viderunt, prout deposuerunt in prima depositione coram iudice sæculari. Nec potest dici vllum præiudicium fieri reo inquisito; nam repetitio facta in eius faciem, sanat omnem defectum. Pro hac obseruantia adducitur doctrina *Baldi in Auth.clericus. C.de Episcopis, & clericis.* vbi dicit, quòd Episcopus tenetur sequi acta coram iudice sęculari, ad instructionem tantum, nō ad punitionem clerici. Sequitur *Lanfranc.decis.399.* & ita alibi in praxi seruari testatur *Suarez in sua praxi.2.tomo, præludio 2. num.12. Idem Bald. in l.eos. § super his. C.de appellat. post Iacobum Butr.* dicit, quòd talia acta facta corā laico prosunt ad aliqualem probationem, & informationem iudicis Ecclesiastici. dummodo iudex laicus tempore informationis ignorauerit inquisitum esse clericum, aliàs si sciret iudex, deberet puniri. Sequitur *Aufr. in Clem.1. de officio ordinarij, versic.2. principaliter quæritur, num.21. fol.14.*

3 Secundò adducitur, quòd si clericus sit confessus delictum, non per vim; coram iudice laico, potest torqueri à iudice Ecclesiastico, si nolit perseuerare in dicta confessione, iuxta veriorem opinionem Doctorum, quam latè defendunt *Aret. & Dec. in d. capit. at si clerici.* quæ in Curia Archie-

Archiepisc. Neapol. est vsu recepta; & successiue ex actis factis coram iudice laico potest constitui clericus cum interrogatio necessariò debeat præcedere torturam; & est clarum, dictam confessionem probari ex actis factis coram iudice laico; & sic dicta acta aliquid probant. Ad idem facit, quòd iuxta *Glos. & Ant. de But. in d. cap. at si clerici.* acta facta coram iudice laico, probant contra clericum coram Ecclesiastico ad imponendam pœnitentiam, cùm leuiores probationes sufficiant; minus ergo erit interrogare reum. Est etiam clarum, interrogationem debere præcedere pœnitentiam, aliâs clericus inauditus condemnaretur. Nec est inconueniens, quòd ex actu nullo aliqui resultent effectus; nam inducitur declaratio voluntatis, *leg. fin. vbi Bart. ff. de rebus eorum.* inducitur etiam consuetudo. *Decius, qui plures alios effectus adducit d. cap. at si clerici.* Præterea non est textus, qui dicat, quòd acta facta coram iudice laico, non probent ad finem examinandi clericum coram Ecclesiastico; textus enim *in ca. at si clerici.* dicit quòd acta facta coram laico non probant contra clericum ad condemnandum, vt notat *Cald. in cons. 12. de iudic.* non tamen dicit vt neque ad interrogãdum, notat etiam *Dec. in l. magistratibus, num. 10. ff. de iurisd. omn. iudic.* Et ex his apparet, quam rationabilis sit obseruantia Curiæ Archiepisc. Neapol. Non obstant adducta in contrarium: siquidem doctrina D. Thom. & sequacium est intelligenda, quando habitu, licet non actu adest semiplena probatio, ita quod sequutâ repetitione adsit actu, & alio modo intellecta damnarentur omnes iudices. Ita seruatur in tot Orbe, & Vrbe, etiam coram Papa, quòd prius constituitur reus, & postea repetuntur testes, & iudex aliter faciens argueretur; quamuis testes non repetiti dicantur esse nullius momenti. *capit. 2. de testib.* & vix faciant argumentum, seu præsumptionem. *Decius d. capit. 2. Grammat. dec. 34.* non obstat cons. Ruini, nam verior opinio est, quòd acta facta coram laico sufficiunt ad instructionem iudicis Ecclesiastici. Nec etiam obstat text. *in d. cap. at si clerici.* quia, vt dixi, procedit, vt talia acta non probent ad condemnandum, non ad constituendum clericum.

In causis verò Sanctæ Fidei, quãdo aliquis remittitur ad Curiam Archiepiscopalem vnà cum actis factis coram iudice laico, antequam constituatur reus, solet Curia de nouo examinare testes; cum laicus sit iudex penitus incompetens super crimine hæresis, etiam quoad laicos, *capit. vt inquisitionis. de hæret. in 6.* Notandum etiam, quòd clericus debet remitti à iudice laico ad Ecclesiasticum vna cum actis *Ita Iacob. Butr. & Bald. in d. §. super his. per illum text. Aufrer. vbi supra.* Insuper sciẽdum, quod si clericus inquiritur de delicto commisso vna cum socijs laicis, debent transmitti omnia acta facta contra omnes; aliâs informatio esset imperfecta, si solum copia testium deponentium contra clericum transmitteretur; cum ex depositionibus aliorum testium posset constare de innocentia clerici; & ita fieri mãdauit fel. mem.

Comes Lementiū huius Regni Prorex, cum suo Collaterali Consilio anno 1600. mense Ianuarij, in causa clerici Thomæ Pagani, inquisiti in magna C. V. de homicidio, & remissi ad Curiam Archiepiscopalem. Et solet Curia sæcularis ostendere secretò D. Vicario nomina aliorum complicum clerici inquisiti, quando supprimūtur in copia actorum, transmissa ad Curiam Archiepiscopalem, quia processus adhuc est informatiuus contra socios laicos.

6 Cuius verò expensis debeat fieri remissio clerici, DD. dicunt, quod expensis ipsius clerici, qui tenebitur soluere expensas custodum, & successiuè actorum. *Aufr. vbi supr. num. 22. Boer. decis. 303. Couarr. pract. q. cap. 99. num. 5.* & ita seruatur in Curia Archiep. Neap. quod si clericus esset pauper, erit remittendus expensis Episcopi, qui remissionem petit, secundum eosdem, vel expensis instigatoris, aut iudicis laici capientis, si non remisit quamprimum sciuit esse clericum *iuxta Boer. d. dec. 303.* Sequitur *Carau. super ritu 235.* Idem dicendum quando scienter carcerauit clericum.

7 Notandū singulariter, quod Episcopus non repetens clericum detētum à Iudice sæculari debet deponi, & si clericus moriatur, tenetur de homicidio. *Cassan. cons. 38. & in consuetud. Burgun. Rubr. 1. §. 5. aucun. numero 73.*

8 Talis verò remissio clerici debet fieri sine ignominia; nam si remittatur cum mitra, vel cornu, aut tubis sonantibus, aut catena in collo; iudex esset puniendus, & diceretur comittere vim publicam, *l. lex Iulia. vbi Bar. & Alex. ff. ad l. Iuliam. de vi publ.* & esset excommunicatus, vt dicunt *Dominic. & Franch. in c. si iudex laicus. §. fin. de sent. excommun. in 6.* sequitur *Carauit. super d. ritu*, qui refert quendam Regentē Mag. Cur. Vic. fuisse priuatum officio, ex quo remiserat clericum ad Curiam Ecclesiasticam cum catena in collò, quod dicit Carauita posse fieri quando casus id requireret, sed rarò verificari potest; nam poterunt ligari manus, aut pedes, de quouis atroci crimine agatur. Neapoli seruatur, quod clericus remissus p Mag. Cur. Vic. consignatur procuratori fiscali Curiæ Archiep. vna cum copia actorum, qui habet corā illum conducendi ad Curiam Archiep. omni qua decet modestia.

9 Notandum etiam, quòd clericus non declinans forum iudicis sæcularis, debet puniri arbitrio Episcopi. *Bald. in l. 1. circa fin. C. de indic. vidui. tollen. Auf. vbi sup. vers. tertio quæritur. nu. 15.* & in Curia Archiep. fuerunt ob hanc causam aliqui clerici missi in exilium, ac etiam puniri de delictis, ob quæ declinauerant forum iudicis sæcularis, & hæc nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus ante annum potest puniri, si contemnat excommunicationem.*

2 *Statutum Episcopi, quòd excommunicatus quolibet mense soluat certam pecuniæ quantitatem, est validum.*

3 *Episcopus potest accipere officialibus locorum, quòd expellat excommunicatos.*

*Episcopus*

4 *Episcopus tenetur denunciare excõmunicatos, vt ab alijs euitentur.*
5 *Excõmunicati perseuerantes in excommunicatione vltra annum, qualiter sint suspecti de fide.*
6 *Cedulones deturpantes, sunt suspecti de hæresi.*
7 *Laicus quidam propter verba prolata in contemptum Ecclesiæ, & Sacerdotũ, fuit fustigatus.*
8 *Excommunicatus perseuerans in excõmunicatione per longum tempus poterit sepeliri extra locũ sacrum, etiã si pœnitens decedat.*

## De excommunicato puniendo ante annum. Cap. VII.

1 PRACTICATVR in Curia Archiepisc. Neap. quod quando aliquis laicus excommunicatur per Curiã, antequam absoluitur, fit ei præceptum cum cautione idonea, quòd contineat se domi, nec cum alijs conuersetur, donec fuerit absolutus, & in casu contrauentionis exigitur pœna. Quæ praxis fundata est optimo iure; si quidem excommunicatus non solùm est suspectus de fide, si in excommunicatione perseueret vltra annum, *vt in cap. 3. sess. 25. de reform. Conc. Trid.* sed etiã ante annũ potest temporaliter puniri si excommunicationem cõtemnat. Ita *Io. de Anan. & Felin. in cap. postulasti. de homicidio. Couar. in cap. alma mater. de sent. excomm. in 6. in prima par. relect. §. 7. & dicit Bald. in l. 1. C. de malefic. & mathemat.* quòd contemnens excommunicationem minorem, poterit non solum spirituali, sed etiam temporali pœna puniri, & quod Ecclesiasticus id facere possit; dicit etiam *Abb. in capit. grauem. de pœnis,* in quo tex. id cla-
2 rè probatur; & dicunt Doct. valere statutum Episcopi, quòd excommunicatus perseuerans in excommunicatione, quolibet mense soluat certam pecuniæ quantitatẽ. *Ostien. in cap. ad aures, de simonia.* quem sequuntur communiter Doct. vt testatur ibi *Felin. & in cap. irrefragabili. §. ceterum. de officio Ordinarij. Rom. sing. 359.* & poterit impediri absolutio, nisi prius soluatur dicta pœna, quæ non exigitur pro absolutione, sed propter contumaciam: licet honestius sit, secundum *Ostien. vbi supra*, quòd prius absoluatur, & postea exigatur; sed non necessariũ *iuxta Card. & Felin. in d. cap. aures.* & talis cõstitutio est in Ciuitate Neap. quod perseuerans in excommunicatione per mensem soluat vnũ florenum; & potest etiam (si opus est) implorari brachium sæculare pro captura personæ, aut bonorum contra excommunicatum contemnentem excommunicationem. *Franc. Marc. decis. Delphin. 660. probatur in d. cap. postulasti. & ibi notat Felin.* &
3 potest Episcopus præcipere officialibus locorum, & terrarum, quòd expellãt excommunicatos ab eorum locis, & terris, infra biduum; quòd si non obedierint, potest interdicere dicta loca, *ex Concil. Basiliensi relato à Couar. vbi sup. in 2. par. relectionis, §. 5. num. 5.* Dicit etiam *Franc. Marc. d. decis.* quòd iudex sæcularis potest capere excõmunicatum, sicut bannitum, & ad instantiam iudicis Ecclesiastici repellere illum à terra; nisi satisfaciat, quia æquiparatur

bãnito. Idem debet Episcopus præcipere Iudicibus sub pęna excõmunicationis, ne excõmunicatum admittant; *c. decernimus, de sent, excomm. in 6.* Potest et Episcopus in absolutione ab excõmunicatione imponere pœnã pecuniariã, cõuertendam in pios vsus. *Simanch. de Cathol. instit. tit. 27. n. 50.* & Curia Archiep. Neap. laicis qui clericos percusserunt, fuit solità imponere in absolutione grauẽ pœnam pecuniariam, applicãdam pijs locis. Tenetur insuper Episcopus denunciare excommunicatos, nec potest dissimulare, *vt probatur in ca. curæ. 1. q. 3. notat Abb. in cap. pastoralis. §. verum : de appell. & ibi etiam Dec. Vgolin. de censur. ecclesiastic. tab. 1. cap. 21. §. 2.* & ex prædictis patet, quod excommunicatus cõtemnens excommunicationem, potest temporaliter puniri, & successiuè carcerari, & alijs pœnis plecti: & clarè liquet, quam rationabilis sit praxis Curiæ Archiepiscopalis.

Est tamen aduertendum, quòd non omnis, qui non obedit sententię excommunicationis, dicitur eam contemnere, *vt dicit Domin. in cap. de libell. 20. dist.* sed contemptus ex coniecturis percipi potest *Felin. in c. si quis. de maior. & obedien.* Et dicitur contemnere, qui monitus pertinaciter se ingerit; *iuxta cap. si celebrat. de Cler. excomm. minist.* non autem, qui ex aliqua causa particulari, nẽpe, ira, non paret superiori, *secundum Felin. vbi sup.* Dicitur etiam cõtemnere, qui in termino sibi præfixo per iudicem Ecclesiasticum; à quo fuit excommunicatus, non soluit debitum *Franc. Marc. d. decis. 606. ex cap. ex publico. de conuers. coniug.* & qui scienter, id est sciens se esse excõmunicatum, & dolosè celebrat. *Abb. in d. capit. grauem.* vbi etiam dicit, quòd, qui ante absolutionem petitam se ingerit hominum cõmunioni, & qui longo tempore absolutionem non petit, *iuxta d. cap. graue.*
5 dicitur contemnere censuram. Contra verò perseuerãtes in excommunicatione per annum, solet Curia procedere tãquam suspectos de hæresi leuiter, si non fuerint excõmunicati in causa fidei; quia tunc habentur vt hæretici, *cap. cum contumacia. de hæreticis in 6. Eymer. in 1.*
6 *par. direct. q. 47.* Procedit etiã Curia contra deturpantes, vel lacerantes cedulones affixos, quia videtur male sentire de potestate Prælatorũ, & censuris Ecclesiæ, prout dicit Marc. Ant. Columna relatus à *Frã. Pegna in comment. 24. 3. par. direct. inquisit.* & tantò magis procedit contra illos qui in contemptum excommunicationis audent dicere, *Che scommunica, che scommunica?*

7 Vndè anno 1609. quidam laicus Montis Mariani fuit inquisitus coram iudice Ecclesiastico de falsitate cõmissa in actu iudiciario corã ipso propter offensas aures, *iuxt. l. nullum. C. de testib.* & ob hanc causam cũ duceretur carceratus ad carceres Curię Episcopalis de ordine dictæ Curiæ, aufugit è manu familiarium, & post horam animo deliberato cõparuit in platea publica, & in contẽptum Ecclesiæ, & sacerdotum dicens nõnulla verba obscena, & actus minus decentes exercens, fuit publicè fustigatus dictus laicus de ordine Curiæ Episcopalis Montis Marani, & condemnatus ad triremes pro di-

ctis

ctis verbis, & actibus turpibus, in contemptum Ecclesiæ, & pro falsitate.

8 Aliud remedium reperitur ad terrorem excommunicatorum, quod si per longum tempus aliquis inobediens perseuerauerit in excommunicatione, & posteà moriatur cōtritus, & absolutus in articulo mortis, poterit, non obstante pœnitentia, & absolutione, sepeliri extra locum sacrū, exemplo D. Gregorij, qui monachum proprietarium, licet pœnitentem mandauit ad aliorum terrorem sepeliri extra Ecclesiam, *vt in c. cum ad monasterium de statu monachor.* Idem de moriente in torneamentis, *habetur in c. de torneamen. idem in c. 2. de Raptor.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus si committat delictum, & postea ducat vxorem; punitur à iudice Ecclesiastico.*

2 *Relegatus à iudice laico, pendente relegationis tempore, si efficitur clericus, & frangat relegationem, à quo iudice sit puniendus pro dicta fractura.*

3 *Clericus relegatus à iudice Ecclesiastico, si durante relegationis tempore efficiatur laicus, & frangat relegationem, à quo iudice sit puniendus pro dicta fractura.*

4 *Clericus effectus in fraudem, nullo modo potest puniri à iudice laico, nec in persona, nec in bonis in Regno Neap. ac etiam de iure communi iuxta veriorem opinionem.*

5 *Clerici in Regno Neapol. conueniuntur coram Judice laico in feudalibus, sed non in Emphyteoticis, quæ tenent à Regia Curia.*

6 *Familia Episcopi an gaudeat priuilegio fori.*

## De clerico post delictum, vel relegationem effectò laico, & è contra. & de familia Episcopi, an gaudeat priuilegio fori. Cap. VIII.

1 CLERICVS si committat delictum tēpore clericatus, & post delictum ducat vxorem, adhuc est puniendus à iudice Ecclesiastico; quia tempus delicti inspicitur. *Bald. in l. affinitatis. Co. communia de success. Grammat. latè decis. 10. qui refert ita fuisse decisum in Sacro R. Consil. vide Farinac. de inquisit. quæst. 8. num. 104. Ricc. in prax. decis.* 590. Item clericus, qui dum esset laicus, fuit relegatus à iudice laico, & pendente relegatione effectus est clericus, si frā-
2 gat relegationem postquam assumpsit clericatum, non potest puniri à iudice laico pro fractura prædicta; sed est puniendus ab Ecclesiastico, cum sit nouum delictum commissum à persona, cuius status est mutatus, & effecta exempta, vt tradit doctissimus, & meritissimus sacri Consilij Neap. Præses *Vincen. de Franchis decis.* 395. Sequitur *Ricc. in prax. decis.* 590. *& in collect. 1. titul. 64. vers. qua ratione.* dicit etiam *Aluarus Velascus lib. consultat. to. 1. consult.* 48. nec teneri iudicem Ecclesiasticum hoc casu stare pcessui iudicis laici, qui posuit pęnam relegationis, ad quē te remit-
3 to. Sed dubium est, an clericus relegatus à Curia Ecclesiastica, si durāte relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationē, possit puniri pro fractura

 præ-

prædicta à iudice Eccleſiaſtico, & duplicari pœna. *Alber. in l. meminiſ-ſe. ff. de offic. Proconſul.* tenet, quòd non ab Eccleſiaſtico, ſed à laico iudice cōdemnari debeat, quia eſt nouum delictum commiſſum à perſona, cuius ſtatus reperitur mutatus, & effectus non ſubditus, Sequitur *D. de Franch. d. deciſ.* ſed in contrarium ſe habet obſeruātia Curiæ Archiep. Neapol. pro qua facit, quòd mutatio fori poſt ſententiam non mutat prioris iudicis iuriſdictionem, *l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iudic.* ſed iuriſdictio iudicis Ordinarij durat, vt poſſit perpetuò ſuam ſententiam tueri, & non obſeruantes coercere, ne reddatur eluſoria, *l. 1. ff. ne vis fiat ei. l. egi. leg. harum. ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Gloſ. & *Doct. in cap. quærenti. de offic. delegat.* ergò ad Eccleſiaſticum pertinet; alias eius iuriſdictio redderetur eluſoria. Hinc delegatus, qui ſimul atque protulerit ſententiam, functus eſt officio ſuo, & tamen habet annum ad illam exequi faciendum, & non obſeruantes coercendum, *vt dicit tex. in cap. quærenti.* & ibi Io. And. communiter receptus in Gloſ. dicit, quòd ſi delegatus miſit victorem in poſſeſſionem pacificè, qui de nouo expellatur à victo, licet videatur noua iniuria, & nouum delictum, tamen quia reſpicit eius ſententiam, & eſt ſequela præcedētis facti: poteſt delegatus ſe intromittere, & defendere miſſum, quāuis functus ſit officio ſuo, ne eius iuriſdictio reddatur eluſoria. Sic in caſu noſtro iſtud nouum delictum verſatur circa inobedientiam, & inobſeruantiā pœnæ impoſitæ ab Epiſcopo; qui ſi clericum poteſt punire laicum etiā effe-

ctum poſt delictum, tantò magis ad obſeruantiam pęnæ cōſtringere. Præterea non poteſt negari, per inobedientiam, & inobſeruantiam pęnæ offendi iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici, qui condemnauit; ergo ad eum ſpectat punitio, licet alias non eſſet iudex, propter offenſam iuriſdictionem, *vt dicit Paul. de Caſtr. in l. addictos. C. de Epiſcop. audien. per illum textum, & iuxta tradita per eūdem D. de Franchis deciſ. 147. ex l. nullum, Co. de teſtibus.* Nec eſt eadem ratio in laico effecto clerico poſt relegationē, propter omnimodam exemptionē perſonæ clerici, quia perſona Clerici eſt exempta, vt non poſſit puniri à laico, etiam ſi aſſumpſerit Clericatū in fraudem, ſecundum *Io. Andr. & alios in c. 1. de obligatis ad ratiocinia*, & pęna exilij eſt corporalis, *vt dicit Boſſ. in tit. de carceratis fideiuſſ. cōmit. n. 7. Farin. de delict. q. 19. n. 17. in fine*, & exilium perpetuum dicitur pœna capitalis. *Suarez recept. opin. verſ. capital. n. 8. Farina. loco citato.* Ergo exilium duplicari nō poteſt, & prædicta multò magis procedunt in Regno Neap. in quo in nullo caſu, nec in pſona, nec in bonis poteſt Clericus à
4 iudice ſeculari moleſtari etiam propter turbatam iuriſdictionem, etiam propter offenſas aures iudicis laici, *iuxta text. in l. nullum. C. de teſtib.* qui tollit exemptionem, præterquam in cauſis feudalibus, vt teſtatur idem *Vincent. de Franch. deciſ. 545. per capitulū Regis Caroli ſecundi*, quòd incipit, *Item ſtatuimus, quod Clerici ad ſecularia iudicia*, in quò fit mentio de conuentione inita cum Sancta Romana Eccleſia. *Afflict. & Iſernia in*
5 *conſtit. Regni de perſonis*, quod non procc-

procedit in rebus emphyteoticis, quas Clericus teneret à Regia Curia, quia pro illis esset conueniendus coram Iudice ecclesiastico, tantum in feudalibus, conuenitur corā laico, *vt dicit not. Afflict. in const. Regni, Si quis clericus.* ita quod hodie de omnibus casibus positis per *Cassian. in titul. des iustices. Rubr.* 1. §. 5. in quibus laici cognoscunt cōtra clericos, nullo modo per Iudices laicos in Regno cōgnoscitur, vt dicit *Vincentius de Franch. d. decis.* 545. & sic hodie per dictum capitulum Regni, quod generaliter loquitur, est resoluta illa ardua quæstio, An clericus effectus post litem eximatur in illo casu à iurisdictione iudicis sæcularis, cum generaliter loquatur, & tātum excipiat casum feudi, ergo firmat regulam in alijs. *l. nam quod liquidè. ff. de penu legata cum alijs*, & ita etiam lege Hispaniæ cautum esse tradit *Velascus consult.* 48. *supra allegata*, cuius legis vigore probat clericum effectum post relegationem fuisse iustè remissum ad iudicem ecclesiasticum, quamuis etiam circumscripto ca. Regni semper mihi verior visa fuerit opinio illa, quod Iudex sæcularis non potest procedere, nec in causa criminali, nec in causa ciuili contra laicum cōuentum, postea effectum clericum, quoniam si confugiens ad Ecclesiam post delictum animo fraudandi Curiam sæcularem gaudet immunitate, quamuis remaneat laicus, & ad tempus in ea moretur; multò magis gaudere debet, qui personam eius per ordinum susceptionem Deo consecrat, vt illi perpetuo famuletur. itē facit tex. *in cap. comperimus.* 14. q. 6. vbi res alterata, & consecrata non restituitur Domino. item textus notabilis *in l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitr.* vbi lite pendente sacerdotio assumpto, arbiter non amplius iudicat, alius tex. *in leg. qui cum vno. §. reus. de re milit.* vbi videtur casus expressus; nam reus capitalis criminis accusatus, si efficiatur miles non remittitur, sed à iudice militiæ iudicandus est; multò magis id procedere debet in effecto milite cælesti. item text. *in l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. de accusation. & in l. prætor eos. ff. de vacation. muner.* ibi, *sacerdotium nacti sunt*. & dicunt Doctores, quod res lite pendente si efficiatur sacra: cessat vitium litigiosi, quemadmodum si alienaretur causa dotis, *l. fin. C. de litig.* & dicit *Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vt lit. penden.* quod sententia lata contra laicum si res perueniat ad clericum cum vitio litigiosi, non potest executio fieri per iudicem laicum, sed necesse est adire iudicem ecclesiasticū, quod fuit in cons. Neapolit. receptum, vt dicit *Vincent. de Franch. d. decis.* 545. *& latius infra dicetur*. Facit *Concil. Trident. cap. 4. sess. 23. de reformat.* dum prohibet Episcopis conferre ordines ijs, qui fraude, vt fugiant iudicium sæculare, ordinari cupiunt: quæ prohibitio frustra fuisset facta, si fraus illos à iudicis sæcularis potestate non eximeret; deuenit enim res ad casum à quo incipere non potest, *l. post finitā ff. de suspect. tut.*

¶ Sed est aduertendū, quod fac. Congr. Conc. Trid. interpr. *super d. c. 4. die 23. Maij 1626. in vna Papien.* cēsuit clericum, qui caracterem clericalem, & habitū assumpsit etiā post delictum, processum, & fideiussionē

datam coram Iudice laico de se repręsentando, gaudere priuilegio fori, & à iurisdictione Iudicis laici liberatum esse quoad personam; quod si fraus subsit, quam iudex Ecclesiasticus inspicere debet, posse Iudicem laicum processui finem imponere, & cõtra illum realiter quoad bona procedere. *I. A. M.*

Nec obstat casus reconuentionis cum tendat ad exclusionem debiti, nec etiam in casu nostro, quod mutatio fori post sententiam, non mutat iudicis iurisdictionem, quia non procedit, quando datur incapacitas iudicantis propter exemptionem clericorum supra probatam; neque obstat quod in fraudem Reipublicæ, vt euitarent pęnam vltimi supplicij multi ordinarentur, quoniam satis est à sacris canonibus fuisse prouisum, præcipuè à sacro Concilio Tridentino, vt Episcopi prædictos non ordinent, & magna diligentia circa ordinescõferendos vtantur, subtiliter scrutãdo mores, & vitam, & in specie præcipit nõn ordinari eos, qui sæcularis iudicij fugiendi animo, & fraude ordinari cupiunt, *d. c. 4.* Poterunt etiam laici post relegationem effecti Clerici grauiter à iudice ecclesiastico puniri, & sic consultum erit Reipublicę; nec mihi placet illa distinctio, quod poterit fieri executio in bonis, sicut contra confugientem ad ecclesiam, quia in specie canones statuerunt, vt exẽpta persona clerici non possit inrebus molestari, *c. vnico. de cleric. coniug. in 6.* qui reddit rationem, ne per vnam viam cõcedatur, quod per aliam denegatur; & secundum hanc opinionẽ, quæ mihi vera videtur: dicit *Io. And. in d. c. 1.* in disputationibus bis fuisse determinatum. Sed in clerico effecto laico secus est, quia iudex ecclesiasticus est capax iurisdictionis in laicos, vt clarum est, & in eo procedit, *l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iudicũ.* Ad euitandum tamen differentias solet Curia Archiep. in sententia condemnationis exilij, vel relegationis in casu fracturæ, ex nunc, prout ex tunc, apponere pęnam carceris, triremium, vel duplicationis exilij. Sciendum etiam, quod licèt aliqui Doctores dubitent de familiaribus clericorum laicis an gaudeant priuilegio fori, *ex cap. fin. de offic. Archidiac. vbi omnes. Abb. in cap. 2. de foro compet. Antonius Capic. decis. 12. Thesaur, decis. Pedemont. 22. num. 6. Clarus in § fin. quæst. 35. num. 11. Viu. decis. 116. lib. 1. Prosper Farinac. de inquisit, qu. 8. numer. 46. qui testatur de communi opinione.* Et Curia Archiep. Neap. est in hac quasi possessione, & anno 1594. fuit remissus ad Curiam Archiepiscopalem Iosephus Vinaccia laicus familiaris dictæ Curię, inquisitus in magna Curia Vicariæ de delictis commissis in hac ciuitate extra officium, quod gerebat. Processus est in banca de Rugerio.

*SVMMARIVM.*

1 *Testes laici compelluntur censuris à Iudice Ecclesiastico ad deponendum coram eo.*

2 *Iudex laicus tenetur cõpellere testes laicos ad deponendum coram iudice Ecclesiastico, ad requisitionem ipsius.*

3 *Testes laici quando possint carcerari, torqueri, & puniri per Curiam Ecclesiasticam.*

4 *Testis conuictus de mendacio, ex dicto alte-*

*alterius testis dignioris. an possit torqueri.*

5 *Socius criminis laicus torquetur à iudice Ecclesiastico, ad validandam eius depositionem contra clericum.*

6 *Aduocati, Notarij, partes, & alij delinquentes in actu iudiciario coram iudice Ecclesiastico possunt ab ipso puniri.*

De testibus laicis compellendis à iudice Ecclesiastico, & quomodo. Cap. IX.

1 CLARVM est testes, siue clericos, siue laicos, posse compelli censuris per iudicem Ecclesiasticum ad perhibendum testimonium veritatis coram eo, *iuxta c. 1. cap. super eo. c. peruenit. 1. & 2. c. ceterum. cap. cum contra. de testibus cogendis*; siue in causa ciuili, siue in causa criminali. iuxta veriorem opinionem *Ostien. in c. delictorum. eod. tit.* quæ est vsu recepta, vt testatur *Foller. in praxi Canonic. ver. testibus diligenter examinatis. Clar. in §. fin. q. 23. nu. 19. Prosper. Farinac. de testib. q. 78. num. 116.* Et ita seruatum fuit à tempore immemorabili in Curia Archiepisc. Neap. quòd censuris compellit laicos ad ferendum testimonium in ea; & anno 1561. sub die 28. Decembris Serenissimus Philippus II. Hispaniarum Rex, fidei, & authoritatis, ac potestatis Ecclesiasticæ acerrimus defensor per litteras directas Protegi Neapolitano mandauit non impediri testes laicos, quominus in Curia Ecclesiastica censuris deponere compellantur: quinimmo asserentes Ecclesiam non posse compellere censuris laico, ad deponendũ, videntur negare illud Euangelij *Lucæ c. 22.* Ecce duo gladij hic: & iudices laici impedientes, essent excommunicati in bulla Cęnæ tanquam impediẽtes Episcopos iurisdictione Ecclesiastica vti. Et aduerte, quod in hoc cap. non agitur de testibus examinandis in causis Sanctæ Fidei, qui possunt ab Episcopis carcerari, & compelli sine dubio, *c. vt officium. de hæret. in 6. Bulla Pij V. Si de protegẽdis.*

2 Sed quia persæpe aliqui laici potius patiuntur censuras, quàm velint deponere in Curia Ecclesiastica, vel tardant accedere ad deponendũ, donec excõmunicentur, & interim non capiuntur informationes delictorũ; immo destruuntur in graue damnũ Reipublicæ, oritur dubium, an Episcopus possit implorare brachium sęculare, vt dicti laici renitentes deponere carcerentur, ad finem capiendi informationes, & Iudicem laicum nolentem præstare brachiũ, excommunicare. Et veritas est, quod tale brachium præstari debet, *ex c. 1. de offic. ordinar.* in quo textu habetur, quòd in inquirendo, vlciscendo, & iudicãdo scelera, possunt Episcopi implorare brachiũ sæculare; & sic etiã, dum inquirũt, sunt adiuuandi à iudicibus sæcularibus, & nolentes præstare brachium, possunt excommunicari, *iuxta Inn. & alios in d. c. 1.* equidem nimis iniustus, & inimicus Reipublicæ esset iudex laicus, qui statim requisitus ab Episcopo id negaret, & anno 1598. cum quidam clericus interfecisset quendam iuuenem in hac ciuitate, D. Fabius Riccardus Regius Cõsiliarius, tũc iudex criminalis Magnę Curiæ Vicariæ, vir doctrina insignis, & summa laude dignus personaliter se contulit ad Curiam Archiepiscopalem

palem Neapolitanam, & ſecum carceratum duxit dictum clericum, & omnes teſtes laicos veriſimiliter informatos de homicidio, quos carceratos reliquit in carceribus Curiæ Archiepiſcopalis, vt teſtimonium ferrent coram D. Vicario Neapolitano, qui cum depoſuiſſent, fuerunt à carceribus liberati. Hinc etiam, quando aliquod delictum committitur à clericis in carceribus Curiæ ſæcularis, vel alio loco laicorum, non poteſt iudex Eccleſiaſticus impediri, quin dicto loco informationē capiat ex eadem ratione, quia in inquirendo tenetur laicus præſtare brachium Epiſcopo. & anno 1598. cum quidā clericus carceratus in carceribus Magnę Curiæ, remiſſus ad Curiā Archiepiſcopalem, antequam conſignaretur Procuratori Fiſcali Curiæ Archiep. occidiſſet quendam laicum in dicto carcerē Magnæ Curiæ, licet à principio fuerit per d. M. C. contradictum; tandem officiales Curiæ Archiep. acceſſerunt ad carceres dictæ Magnæ Curiæ, & ceperunt informationem: immo D. Ludouicus Acerbus tunc Regens dictam Curiam vir meritiſſimus, ac timoratus libentiſſimè permiſit, quod officiales Curiæ Archiepiſc. compellerent teſtes laicos compedibus, & arctioribus carceribus, & prout melius eis videretur, ad deponendum veritatem ſuper dicto homicidio. Et quando Curia Archiep. voluit examinare teſtes laicos carceratos in Magna Curia, aliquando miſit officiales ſuos ad eám, & aliquando ad Palatium Archiepiſcopale illos duci fecit, vt apparet in cauſa D. Galeatij Portę anno 1598. ¶ Et poteſt Epiſcopus in qualibet parte litis, ſi opus fuerit inuocare brachium ſęculare. *Segura de Auol. in direct. vide Eccleſ. par. 2. cap. 13. num. 37. Salced. ad Diaz c. 153.* *I. A. M.*

3 Aliud dubium, quando teſtes laici poſſint carcerari, torqueri, & puniri per Curiā Archiep. & veritas eſt, quòd quando deponunt falſum, vel vtuntur fraude in depoſitione, *ex l. nullum. C. de teſtib. Afflict. deciſ.* 219. Dicitur autem teſtis vti fraude in depoſitione, quando tacet veritatem, vel in loquendo verſutè, & non dicēdo bene factum, vel non reddendo rationem ſcientiæ veram, vt eius dictum non probet, nempe, ſi vidit factum, & reddit rationem, *vt dicit Bal. notabiliter in d. l. nullum.* Hinc ſi ab alio teſte digniore conuincatur, quod interfuit facto, poterit ratione mendacij torqueri. *Bar. in l. vnius. §. iudex ff. de quæſt. Boſſ. de tortura teſtium, nu. 10. Proſp. Farin. de teſtib. q. 69. nu. 21. qui alios adducit.* Hinc teſtis vacillans, varius, aut cōtrarius, poterit torqueri, *iuxta l. ex libero. ff. de quæſt. vbi Bar. & latè tradit Farin. vbi ſup.* vel, ſi veriſimiliter informatus de aliquo facto, tacet veritatem, *ſecundum Bald. in l. non ſolum. C. ad l. Iuliam. de adult. & l. dominus horreorum. ff. locati.* vel ſi ſponte ſe offert examini propter ſuſpicionem; quia eſt ſuſpectus de falſo, *Bart. in d. l. ex libero. Boſſ. & Farinac. vbi ſup.* & in alijs caſibus, in quibus teſtes vtuntur mendacio, aut fraude in depoſitione: quos diffusè recēſent *Boſſ. & Farinac. vbi ſup.* Et Curia Archiep. ob prædictas cauſas carcerat teſtes laicos, & procedit contra eos; & quando reperit ipſos falſum depoſuiſſe, ſolet condemnare ad triremes, & fuſtigari facere per

ciui-

ciuitatem Neapolitanæ.

5 Item Curia Archiepiſ. Neap. torquet laicos ſocios criminis ad validā dam eorum depoſitionem contra clericos inquiſitos: & ita quotidie ſeruat, & nouiſſime anno 1600. id ſeruauit cum quodam laico Hieronymo Bottone, qui depoſuerat ſe ſpoliaſſe quandam defunctam de ordine cuiuſdam presbyteri, qui laicus fuit in faciē dicti presbyteri tortus ad validandam eius depoſitionem., Pro hac obſeruantia facit, quòd conceſſa vna re, cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus perfici non poteſt, *c. præterea, de offic. de leg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* ſed laici in quacunque cauſa poſſunt compelli ad deponendum coram iudice Eccleſiaſtico, vt ſupra dixi: ergo poſſunt torqueri, vt depoſitio eorum valeat; alias fruſtra fieret depoſitio, nec tortura ſocio infertur ad pœnam, ſed ad eruendam veritatē, & ideo indultum conſecutus poteſt torqueri. *D. de Franchis. dec.* 459. nec poteſt hoc caſu tortura inferri per iudicem laicum; quia acta facta coram laico non probant contra clericum, *c. at ſi clerici. de iudic.* Item ſocius criminis torquetur, quia eſt infamis, quæ infamia trahit ſecum ſuſpicionem nō dicendi veritatem, *iuxta l. ob crimen. §. ſi ea rei conditio. & ibi Odofred. & alij. ff. de teſtib.* & ſic poterit torqueri ob prædictam ſuſpicionem non dicendi veritatem, iuxta ſupradicta. Præterea iudices laici tenentur adiuuare Eccleſiaſticos ad inquirendum contra clericos, vt ſupra dixi, *ex d. c. 1. de offic. ord.* ſed alio modo non probaret depoſitio laici ſocij criminis, niſi torqueretur ab Eccleſiaſtico: ergo iudices laici non debent id impedire; alias p. oſſent excommunicari.

6 Poterūt etiam puniri à iudice Eccleſiaſtico Aduocati, Notarij, partes, & alij, qui aliquod delictum in actu iudiciario corā eo committunt. *Bar. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis.*

SVMMARIVM.

*Laici offendentes curſores Curiæ Archiep. Neapolit. exequentes eorum officium, puniuntur ab eadem Curia.*

## De laicis offendentibus curſores Curiæ Archiepiſcopalis, à quo ſint puniendi. Cap. X.

SERVATVR in Curia Archiepiſc. Neap. quòd laici offendētes curſores eiuſdem Curiæ, exercentes eorum officium, carcerantur, & puniuntur per Curiam Archiep. ratione offenſæ iuriſdictionis, quæ prorogat in eos iuriſdictionē. *Paul. de Caſt. in l. addictos. C. de Epiſcop. aud ent.* per illum tex. qui loquitur in ſpecie, quādo offenditur familia iudicis exequens ſuum officium; & licet hodie ille tex. non procedat cōtra clericos, *per not. in c. 1. de noui oper. nunciat. & in c. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit.* ex eo tamen clarè colligitur, quod ratione offenſæ iuriſdictionis, qui alias non erat iudex, efficitur iudex. Idem probatur *in l. nullum. C. de teſtib.* & tenet *D. de Franchis deciſ.* 147. licet in dicta deciſ. ex alia cauſa non fuerit facta remiſſiō; & in hac poſſeſſione eſt Curia Archiepiſcop. Neap. & nouiſſimè anno 1599. carcerauit, & puniuit quendam venditorem chyrothecarum, qui violentas manus iniecerat in curſores Curiæ, exequentes pœnā

contra

contra eum, & ob non obseruationẽ festorum, & anno 1600. puniuit, & carcerauit alios offendentes cursores Curię, exequentes suum officium, & quotidie hanc exercet iurisdictionẽ. Idem tenet *Alber. in l. quis forte. §. si quos. ff. de pęnis. Boer. latè dec. 9.* ¶ Adde *Farin. cons. 134. lib. 2.* vbi quod offendere executores Curiæ Ecclesiasticæ est delictum merum ecclesiasticum, & non potest cognosci à laico etiam quod præuenerit. *I. A. M.*

*SVMMARIVM.*

1 *Executio in bonis clerici reconuenti coram iudice laico, ac condemnati per ipsum, debet fieri per iudicem Ecclesiasticum, & non laicum.*

2 *Clericus in quibus casibus non possit reconueniri coram laico, remissiuè.*

De executione facienda in bonis clerici reconuenti coram iudice laico. Cap. XI.

1 QVANDO aliquis clericus reconuentus apud iudicem laicũ, fuit ab illo condemnatus, solet Vicarius facere præceptum iudicibus, & alijs, ne molestent in persona, aut bonis clericum, sine licentia ipsius Vicarij, sub pęna excommunicationis: & postea visa sententia, ac processu iudicis sæcularis, mandat executionem fieri contra clericum, idque ex illa veriori Doctorum opinione, ꝙ iudex laicus non potest exequi, nec in bonis clerici reconuenti; sed executio pertinet ad Ecclesiasticũ, *vt dicunt Abb. antiq. Imol. in c. postulasti. de foro compet. Ostien. Marian. Socin. in c. 1. de mutuis petit. & ibidem Clarus, Ant. de Butr. num. 20. in fine, Viuius decis. 46. vol. 1.* facit textus notab. *in c. seculares. de foro compet. in 6. & ibi Philipp. Franch.* dicit nullam executionẽ posse fieri à iudice laico in bonis clericis sed esse faciendam à iudice Ecclesiastico. & si persona clerici distringeretur, esset iudex laicus excommunica-

2 tus, *c. si quis suadente. 17. q. 4.* In quibus autem casibus clericus non possit reconueniri coram laico, *vide Aufrer. de potestat. sæcular. super Eccles. reg. 2. Marian. Soc. in d. c. 1.*

*SVMMARIVM.*

1 *Laici fideiussores clericorum possunt cõuenire coram Episcopo.*

2 *Laici possunt prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, sine licentia suorum superiorum laicorum.*

3 *Laici carcerantur ab Episcopo, & alijs pęnis temporalibus constringuntur in causis coram ipso vertentibus.*

De laicis fideiussoribus clericorum, à quo compellendi ad pęnam fideiussionis. Cap. XII.

1 SERVATVR in Curia Archiepisc. Neap. quòd laici fideiussores clericorum, qui in foro Ecclesiastico se submiserunt, carcerantur per cursores prædictæ Curiæ, vt pœnam fideiussionis soluant; & eorum bona venduntur per eosdem cursores sine licentia Iudicis sæcularis. Pro

2 qua obseruantia facit, quòd de iure communi laici possunt prorogare iurisdictionem Episcopi, & se eius in foro submittere. *leg. si qui. leg. Episcopale, Cod. de Episcop. aud.*

*aud. vbi omnes*, nec requiritur licentia superioris laici, *Bart. in l. 1. §. & post operis. ff. de noui oper. nunciat. Franc. Marc. decis. Delphin. 82. incipiente, An Notarius, & dicit Ant. de Butr. in cap. 1. de Iudic.* per illum text. quòd pactum de respondēdo coram iudice non suo factum in præsentia iudicis submittit, adeò quod non est locus pœnitentiæ. Præterea adducitur textus clarus *in cap. rescripto de iureiur.* vbi laicus fideiussor clerici cōuenitur coram Episcopo, propter iuramentum pręstitum in fideiussione, vt quotidie fit, *& ibi id notant Abb. Ant. Imol. Petr. de Anchar. ad idem tex. in c. fin. de foro competent. in 6.* Quinimmo statuentes contrarium, essent excommunicati in bulla Cœnæ Domini, tanquam statuentes contra libertatem Ecclesiasticā; siquidem clerici non inuenirent fideiussores, & in carceribus macerarentur; non enim Curia prædicta de facili solet admittere fideiussores clericos, tùm quia non possunt condemnari, nisi in quantum facere possunt, *c. Odoardus. vbi Doctor. de solution. & diximus sup. in c. 3.* tum quia, cum clerici fideiussores carcerātur, seruitium diuinum omittitur, nec Curia admitteret fideiussores laicos, si ipsos compellere nequiret per seipsam, sed per viam implorationis brachij iudicis sæcularis, qui vellet vt plurimum videre concessum, antequam illud præstaret, *iuxta tradita in c. 1. de offic. Ordin. & infra c. 36.* & proinde tale statutū prohibens clericis non prohibita eis à lege canonica, vel diuina, immo permissa, dicitur esse cōtra libertatem Ecclesiasticam, *iuxta Abb. Anton. Imol. & Fel. latè in c. Ecclesia S. Mariæ. de*
3 *constit.* Est etiam de iure verior opinio, quòd laici, in casibus, in quibus possunt conueniri coram Episcopo, possunt carcerari, & alijs pœnis tēporalibus puniri antequam excommunicentur. *Domin. & Franchus in cap. cum Episcopus. de off. ord. in 6. Fel. in c. cum sit. de foro compet. Aufrer. in Clem. 1. de offic. ord. in princ. vers. ex præmissis. Couar. lib. pract. quæst. c. 10.* & hodie est expressum in *Conc. Trid. c. 3. sess. 25. de reform.* Sic etiā Curia procedit contra non obseruantes dies festos, ad pœnam pecuniariam. Adest etiam in Regno capitulum 104. quòd Prælati criminibus Ecclesiasticis cognoscunt liberè cōtra laicos, & puniunt eos, nec officiales laici possunt se intromittere.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponsus, qui deflorauit sponsam, si nolit contrahere matrimonium cum ea, an possit per Episcopum compelli carcere ad contrahendum.*

2 *Sponsus nolens contrahere matrimonium, quando possit excommunicari.*

3 *Matrimonium metu iudicis contractum est nullum, & quando.*

4 *Excommunicatio iniusta causat iustum metum, & quando.*

5 *Matrimonium cōtractum sub conditione, si Papa dispensauerit, post dispensationem requirit nouum consensum.*

De

De sponso nolente contrahere matrimonium, quomodo sit compellendus. Cap. XIII.

1 SI sponsus deflorauit sponsam, & postea noliteam ducere in vxorē, solet per Curiam Archiep. Neapol. carcerari ad finem, vt contrahat matrimonium, prout tenetur, *iuxta text. in c.i. de adult.* cum etiam hæc causa matrimonialis sit, an ille sponsus teneatur cōtrahere, necne? & solum ad Episcopum pertineat, *c. multorum. 35. q. 6. c. auditis. de præscript. cap. accedentibus. de excess. Prælator. Couar. variar. relect. 2. par. c. 7. §. 6. num.* 8. & tam de iure antiquo, *iuxta veriorem opinionem Domin. & Franchi in c. cum Episcopus. de offic. ordin. in 6.* quam post *Conc. Trid. c. 3. sess. 23. de reformat.* possunt iudices Ecclesiastici, ac debent in omnibus causis coram ipsis vertentibus, etiā ciuilibus, antequam ad cēsuras deueniant, carcerare laicos. Hinc patet, quam rationabilis sit obseruantia Curiæ Archiep. & posset id etiā seruare, quando non præcessit defloratio; sed solum promissio, vt sententia de contrahēdo matrimonio habeat effectum, *ex prædicto c. 3. Conc. Trid.* Sed an possit sponsus excommunicari, si nolit contrahere matrimonium? *textus in c. ex litteris. il* 2. dicit, posse compelli censuris. *textus in ca. requisiuit. eod. tit.* dicit, quòd moneatur tantum. Doctores *in dictis locis* cōmuniter concordant dicta iura, quòd si adest iusta causa non contrahendi, puta odium tale superueniens, quòd speretur potius scandalum, quàm matrimonium, fiet monitio tantum, & ita procedit *tex. d. cap. requisiuit.* si verò non adest iusta causa non contrahendi, & tūc nolens contrahere excommunicabitur. & ita procedit *tex. in d. cap. ex litteris. vt dicunt Ioan. Andr. Anton. Abb. Præpos. qui testantur de communi in dictis iuribus. Ledesma de Sacramento matrimonij, qu. 46. art.* 1. Dicit tamen *Io. Andr. in d c. ex litteris. quem sequitur Præpos.* quòd si post excommunicationem iudex videt etiam non prodesse, & excommunicatum esse pertinacem, debet eum absoluere etiam nolentem.

Animaduertendum summopere à iudice Ecclesiastico circa coactionem ad contrahendum matrimonium, quoniam si coactio fiat quan-
3 do non est facienda, vltra infelices exitus quos parere solet, matrimonium etiam præcedentibus sponsalibus voluntarijs interueniente metu contractum est nullum. *Abb. in cap. requisiuit. de sponsal.* etiam si per
4 iudicem metus inferatur, *vt ibi notat Cardinalis,* & excommunicatio iniusta causat iustum metum, *vt per omnes in capit. cum dilectus. de his quæ vi. Couar. in 2. par. 4. lib. decret. §. 4. num.* 11. qui intelligit quando superior adiri non potest pro remouenda excommunicatione, quod iudex arbitrabitur.
5 Sed pulchrum dubium est, si sponsalia de futuro fuerint cōtracta inter consanguineos sub illa conditione, si Papa dispensauerit, an secuta dispensatione requiratur nouus consensus partium. In Rota Rom. fuit dictum, quod sic, quia Papa dispensando, non censetur habere ratum, quòd prius illicitè gestum fuerat, sed solummodo impartiri licen-

tiam

tiam contrahendi matrimoniũ non obstante impedimento ipsi natrato, *ex dictis per Cardinalem, & Abb. in cap. super eo. de condit. appos.* & per *Couar. in 2. part. 4. lib. capit. 3. num. 7.* qui loquitur in fortioribus terminis, videlicet in sponsalibus per verba de præsenti contractis, sequendo opinionem Theologorum. Et hanc opinionem secuti sunt domini de Rota *in una Valentina matrimonij 21. Ianuarij* 1578. *coram Illustriss. Blanchetto, & in una Taurinensi sponsalium. 2. Decemb.* 1594. *coram Gipsio, & alia Abulens.* Notandum præterea sponsos posse compelli ad contrahendum, etiam si sponsalia non fuerint iurata, quamuis quando nõ interuenit iuramentum, non debet Ecclesia de facili procedere ad compulsionem; tunc enim leuior causa sufficit ad dissuadendam coactionem. *Abb. in cap. requisiuit. in fin. & ibi Præpos. Gabriel loc. cit. & fuit in Rota approbatum coram Gipsio in Faretrana matrimonij 28. Iunij* 1593.

*SVMMARIVM.*

1 *Assignatio loci tuti puellæ, cui timetur inferri violentia, pendente lite super matrimonio, ad quem Iudicem spectet.*

2 *Mulier est ponenda in loco tuto, & honesto, quando propter sæuitiam viri non potest cum eo habitare.*

3 *Mulier separata à viro auctoritate Iudicis, dicitur permanere in loco honesto, si moretur in domo patris honestè unà cum matre, fratre, & alia sorore nubili. declara, vt ibi.*

4 *Puellæ volũtas circa matrimonium est exploranda extra territorium Principis, quando Princeps est suspectus, ne metum inferat in contrahendo, & est adducenda ad aliud territorium expensis communibus.*

## De muliere sequestranda, pendente lite super matrimonio. Cap. XIV.

1 CVRIA Archiepisc. Neapolit. obseruat quòd quando agitur in ea de matrimonio contrahendo, & est suspicio, ne puellę inferatur violentia, & consensus eius non sit liber, ponit eam in aliquo loco tuto, nempe, cõseruatorio mulierum, aut alio honesto loco, ad finem explorandi eius voluntatem, & aliter non concedit licentiam contrahendi. Ad Episcopum sanè spectat prospicere, vt matrimonia sint libera, cum coactiones malos soleant parere effectus, *capit. requisiuit. de sponsal.* Pro qua obseruantia adducuntur tex. *in cap. cum locum, eodem titul. & capit. penult. de probation.* in quibus locis mandatur iudici Ecclesiastico, coram quo vertitur lis, vt assignet locum tutum, *& id in specie notat Anton. de Butr. in d. capit. cum locum, & alij.* Præterea iudex causæ principalis est iudex incidentium, etiam si causa temporalis incidat coram Ecclesiastic. *capit. prudentiam. de donat. inter vir. & vxor. Ant. Abb. & communis in capit. tuam. de ordin. cognit.* Et proinde ad Ecclesiasticum iudicem, qui principaliter cognoscit de causa matrimoniali, spectat cognoscere de incidenti, in quo scilicet loco puella sit collocanda ad finem tollendi violentias, & explorandi eius voluntatem. Item, cum Episcopus

pus habeat iudicare de libertate cōsensus puellæ, poterit etiam iudicare de loco tuto, per quem peruenitur ad dictam libertatem consensus, *ex regul. l. ad rē mobilem. l. ad legatum. ff. de procur.* Etsi verum amamus, in praxi difficile esset (ruta cōscientia) cognoscere de libertate consensus puellæ; nisi idem iudex Ecclesiasticus, ad quem spectat concedere licentiam contrahendi matrimoniū,
2 assignet locum tutum. Item Curia Archiep. Neap. assignat locum tutum, & honestum mulieri, quæ discessit à viro propter sæuitiam, nec potest illi consuli per cautionem, *ex c. transmissa. de restit. spoliat. & c. litteras. eod. tit. vbi Gloss. in verbo, sufficiens.*

3 Notandum, quòd mulier separata à viro auctoritate iudicis, non solum dicitur permanere in loco honesto, si moretur in aliquo monasterio, sed etiam si habitet in domo patris honestè vnà cum matre, fratre, & alia sorore nubili, nec est reponēda in monasterio. *Ita fuit decisum in Rota Romana. vt tradit Cæsar de Grassis decis. vnica, de diuortijs.* Declara, nisi mater, & frater instent pro dissolutione matrimonij; in his enim causis multum exuberat officiū iudicis *cons. matr. 47. n. 8. & ita fuit decisum in Rota in vna Romana matrimonij 29. Aprilis 1579. coram Illustriss. Blanchetto.*

4 Item fuit dictum *in alia Ipporigien. matrimonij 3. Martij 1589. coram Comitulo,* puellam, de qua erat dubium ne vi contraheret, esse adducendam ad ciuitatem Mediolani extra locū suspectum propter Principis loci timorem, & in ciuitate Mediolani esse collocandam in aliquo monasterio non suspecto, vt exploretur eius voluntas, an consentiat habere talem in virum: & hanc adductionem esse faciendam impensis communibus ipsius sponsæ, & sponsi: quia negotium erat commune, & sponsus prætendebat cōtraxisse cum ea, cognouisse eam, & amborum intererat iudicari super validitate matrimonij, *argum. l. 1. & 2. §. æquissimum. ff. ad l. Rhodiam. de factu.* tunc autem sumptibus postulantis fiunt productiones, & euacuationes, quando causa non æque spectat ad omnes, *prout in c. mulieres. de iudic. lib. 6. & in l. quoniam. C. de testibus.* vltra quod hæc prouisio fiebat officio iudicis.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum laicorum, quòd instrumenta habeant executionem paratam, an sit seruandum in Curia Ecclesiastica contra clericum.*

2 *Praxis Curiæ Archiep. Neap. super liquidatione instrumentorum.*

3 *Obligatio facta penes acta Curiæ sæcularis an habeat executionem paratam in Curia Ecclesiastica contra obligatum effectum Clericum, ante incusationem.*

4 *Obligatio penes acta facta à laico in Curia sæculari, si efficiatur clericus ante diem solutionis, non potest accusari in Curia sæculari, nec exequi per Iudicem laicum.*

5 *Clericus, qui obligauit se in instrumento habent executionem paratam, si efficiatur laicus, an possit dictum instrumentum liquidari contra ipsum in Curia Eccles.*

6 *Clericus, qui fuit notarius Episcopi, effectus*

*fectus laicus, pro gestis tempore notariatus, tenetur respondere coram Episcopo.*

7 *Curia Archiep. Neap. nõ solet procedere ad liquidationem instrumenti census vitalitij pro capitali, ob non solutionem tertiarum.*

8 *Pactum de retrouendẽdo in censu vitalitio an sit licitum pro eodem pretio.*

9 *Venditor census vitalitij si superuixerit tanto tempore, quod fructus percepti excedũt solutum pretium, an contractus amplius sit licitus.*

De liquidatione instrumentorum contra Clericum, & obligatione per ipsum facta penes acta Curiæ sæcularis.
Cap. XV.

1 DICIT *Bart. in l. cunctos populos. C. de Sacrosanct. Eccles.* quòd si ex statuto laicorum instrumẽta habeant exequutionem paratam; tenet tale statutum seruari in foro Ecclesiastico, contra clericum, cuius opinio reprobatur à *Bald. in d. l. cunctos populos. Ant. Abb. Fel. Dec. & alijs communiter in capit. Ecclesię S. Mariæ. de constit. Viu. decis. 326. lib. 2.* dicit tamen *Couar. lib. pract. q. cap. 8. num. 5.* quòd opinio Bart. procedit, quãdo statutum est factum à Principe, secus si ab interiore. Sequitur *Carauit. super ritu Magnæ Cur. Vic. 166. nu. 37.* quod non credo verum.

2 Quidquid sit de iure, in Curia Archiep. Neap. seruatur dictus ritus M.C.V. *166.* quòd instrumenta liquidantur, & habent executionẽ paratam contra clericos in Curia Archiep. seruata forma dicti ritus, qui est probatus per constitutionem synodalem 54. Est tamen differentia, quòd in Curia Archiep. citatus super tenore instrumenti, si compareat, & alleget solutionẽ, & offerat cautionem de soluendo debitum, & pœnam, nisi ostenderit satisfactionem, non carceratur, sed cum cautione prædicta datur ei terminus decem, viginti, & etiam triginta dierum, ad probandum solutionẽ: sed si alleget alias exceptiones, quæ in promptu non impediũt liquidationem, non auditur, nisi in vinculis, vel facto deposito; & quoad hoc, antiqua obseruantia Curię derogauit dictæ constitutioni 54. quæ concedit terminum comparẽti ad probandum quidquid voluerit, contra instrumentum, & ita seruatur tam in clericis, qui erãt clerici tempore instrumenti, quàm in laicis, qui postea fuerũt effecti clerici quod non seruatur in Mag. Cur. Vic.

3 Sed dubium est, si laicus se obligauit penes acta Curię sæcularis, & postea efficiatur clericus, antequam accusetur obligatio; an possit dicta obligatio accusari contra ipsum in Curia Archiepiscopali? & quòd non possit accusari, facit, quòd licet obligatio penes acta calore confessionis factæ in iudicio habet executionem paratam, *l. eum pro quo, vbi Ang. & Paul. ff. de in ius vocand.* id procedit in eodem tribunali, non in alio, vt dicit *Bar. in l. 1. ff. de offic. Procons. Ant. in c. fin. de cõfess.* & dicunt *Isern. & Afflict. in Constit. Regni. Baiulus, si furem.* quòd obligatio penes acta Curiæ nõ potest accusari in alia Curia, nisi præmittatur citatio ad dicendũ causam, quare ipsa obligatio accusari nõ debeat. In Curia Ar-

chiep. seruatur, quòd creditor accusat obligationem in Curia sæculari, & præsentat litteras executoriales D. Vicario, dicens non habuisse notitiam clericatus, & per Curiam Archiep. citatur clericus ad dicendum causam, quare non debeat exequi contra ipsum vigore illius obligationis; qui si compareat, & alleget aliquas exceptiones, datur ei breuis terminus ad probandũ, & proceditur summariè, ita quòd, si nihil probauerit, D. Vicarius mandat exequi cõtra clericum realiter, & personaliter.

4 Sed an executio fieri possit per iudicem laicum, videtur quod sic, *per decis. Rotæ 5. de foro compet.* propter præuentionem per obligationẽ præcedentem, ad notata per *Ostien. in c. 1. de obligat. ad ratiocinia.* quæ limitat quando clericus succedit laico, vt non possit exequi contra clericum, quamuis obligatio defuncti haberet vim rei iudicatæ. *ex Mariano Socin. in c. proposuisti. col. pen. de foro compet.* contrarium est verius vt nõ possit executio fieri per Iudicẽ laicum, nec in persona, nec in bonis clerici, cum debeat præcedere accusatio, quæ laico effecto clerico fieret coram Iudice incompetenti: & ita seruatur in Regno, & fuit decisum in Sacro Concilio, & probat *Vincẽt. de Franch. decis. 956.* in qua fuit reuocatũm decretũ magnę Cur. Vic. quæ iudicauerat, clericum, quoad districtionem personalẽ, esse remittendum ad iudicem Ecclesiasticum, & quoad bona, esse procedendũ in Curia sæculari.

5 Aliud est dubium, pone, quòd aliquis, dum esset clericus, obligauit se in instrumento habente executionem paratam, & postea efficiatur laicus, an possit dictum instrumentum liquidari contra ipsum in Curia Ecclesiastica? & videtur, quòd sic, ex notabili doctrina *Paul. de Castr. in l. 2. C. vbi de ratiocinijs agi oporteat.* vbi dicit per illum textũ, quòd clericus, qui fuit Notarius in Curia Episcopi, si efficiatur laicus, pro gestis tempore notariatus tenetur respondere coram Episcopo: sic etiã, qui desijt esse mercator, pro gestis tempore mercaturæ conuenitur coram iudice mercatorum & qui desijt esse scholaris, conueniendus est coram Rectore, pro gestis tempore, quo erat scholaris, sed prędicta procedunt in gestis concernentibus officium, vel artem, quam quis gerebat; non in alijs, vt dicit idem *Paul. in l. final. C. de iurisd. omn. iudic.* & sic potest distingui in clerico, quod pro gestis ratione officij, quòd gerebat occasione clericatus, possit liquidari in Curia Ecclesiastica instrumentum contra ipsum effectum laicum pro alijs non.

6

7 Item sciẽdum, quòd hodie Curia Archiep. Neap. non solet procedere ad liquidationem instrumenti census vitalitij pro capitali, ob non solutionem tertiarum, etiamsi census esset constitutus ad rationẽ quatuordecim pro centenario; sed tale pactum habetur pro iniquo.

Item notandum in fine dicti capituli, circa cẽsum vitalitiũ iustam fuisse Curiæ Episcop. resolutionem vt non procedat ad liquidationem census vitalitij pro capitali ob non solutas tertias: quandoquidem quatuordecim pro centenario est

est magnum pretium, nisi recipiens esset multum senex propter magnū periculum. In Hispania census vitalitius non excedit decem pro centenario. *Azeued. in regia constit. de cen sib.* posset tamen fieri liquidatio in pœnam, quando debitoris mora in soluendo tertias nimis frequens esset: sed tunc aduertendū, *iuxta Molin. de cōtractibus, tract. 2. disput. 389.* quo loco admonet, in emptione vitalitij locum non habere pactum de retrouendendo, saltē æquali pretio quàm fuit venditus quoniā quo plus est transactum de vita, ad quā fuit emptus, pluresque solutæ sunt pensiones, eo minus valet. Nisi ergo, inquit ipse, pactum esset, quod proportione aliqua prudentis arbitrio statuenda minueretur temporis progressu, quo census esset redimendus, iniquus esset talis contra-
9 ctus. Sed quæritur de illo, qui emit ab Ecclesia ad vitam, & superuixit tanto tempore, quod fructus ab eo percepti excedunt solutum pretiū, an sit amplius licitus talis contractus. *Dec. in l. fratris. C. de transact.* format hāc quæstionem, & concludit, quod sic, propter incertitudinē, *ex d. l. fratris.* allegat *Ostien. de reg. iur. in summa, §. in alijs etiam casibus, vers. de his qui emunt ab Ecclesijs. Oldrad. cons. 207. & alios.* sed declarat notabiliter, vt conclusio procedat, dummodo venditio fuerit iusta, & facta secundum probabilem, & verisimilem coniecturam vitæ, inspecta ætate, & qualitate personæ, tunc poterit iudex arbitrari contractum esse iustū. In tali casu dicit Decius multum facere, an persona sit solita fœnerari, vt notat *Oldrad. d. cons. 207. Bald. cons. 18. l. 1. & cons. 332. & l. 4. cons. 414.* Facit quod notatur per *Gloss. in l. cum allegans. C. de vsuris. Bartholom. Veronen. in tract. simulat. præsumpt. 22.*

*SVMMARIVM.*

1 *Capitula regni contra turbantes possessiones non procedunt nullo dato violento spolio.*

2 *Recurrens ad Curias sæculares in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus est excommunicatus, & priuatur omni iure, in petitorio, & possessorio.*

3 *Recursus ad Curiam sæcularem reddit clericum excōmunicatum, & incapacem fructuum beneficiorum.*

4 *Recursus ad Curiam sæcularem improbatur, etiam ad finē impediendi executionem mandati nulliter facti.*

5 *Recursus ad Curiam sæcularem præsumitur obtentus ab eo, cuius interest.*

## De Recurrentibus ad curias sæculares. Cap. XVI.

1 RECVRSVS in causis beneficialibus, & alijs Ecclesiasticis ad iudices laicos pro obtinendis inhibitionibus, & alijs impedimētis, est à iure reprobatus. *capitul. qualiter, & quando. de iudicijs.* & recurrens est ipso iure excommunicatus. *c. nouerit. c. graue. de sent. excomm. in bulla Cœnæ Domini. §. 16.* & committit sacrilegium. *Caiet. in summa, in verbo excommunicatio. c. 30. & seq.* & quod est notandum, cadit ab omni iure, tam in possessorio, quàm in petitorio, quod habet, seu prætendit in beneficio, iux. constitut.

nocētij IV. quæ incipit, *Officij noſtri.* & ita fuit iudicatum in Rot. Rom. contra Abb. Sellarol. vt teſtatur *Farin. conſ.68.nu.5.* nec excuſari poteſt traditis per *Couar. practic.q.c.33.nu.3.* nam etiam ſi iudex Eccleſiaſticus malè procedat, non poteſt iudex ſecularis ſupplere negligentiam Eccleſiaſtici, qui ipſo poteſtate, & auctoritate eſt maior, *vt declarant omnes Doctores in d.c.qualiter. & quando.* videlicet *Io. Andr. Abb. antiq. Col lect. Card. Anchar. Butr. Abb. Imol. Barba.* ſe d illius neglīgētiam Eccleſiaſticus ſupplet *c. Ex transmiſſa.c.licet.cū ſeq. de for. cōpet.* ſuperioritatē autē iuriſdictionis Eccleſiaſticę probant *c. ſolitæ. de maiorit. & obed. c. denique. 96. diſtinct. & Clem. Romani. de iureiur.* & ita fuit conſideratum, & reſolutum per Rot. *Rom. in vna Oſcenſ. coram Illuſtriſſimo Blanchetto* 10. *Aprilis* 1595. *& in alia Oſcen. canonicatus* 1. *Decembris* 1595. *coram D. Pegna.* fuit idem deciſum, ac dictum *bene fuiſſe declaratum excommunicatum quendam Paulum, ob recurſum ad tribunal ſæculare, qui obtinuerat inhibitionem iudici Eccleſiaſtico, ne appellatione pendente aliud innouaret*, ıc fuit dictum *non eſſe attendendam opioſam turbam Doctorum, quibus ille aulus defendebatur, aſſerentium licitos eſſe in quibuſdam caſibus recurſus d iudices ſæculares: quoniam ſacrorum anonum auctoritas illis omnibus præonderabat, per quam etiam excludeatur prætenſa antiquiſſima conſuetudo onnullarum Prouinciarum, de qua teabantur* Couar. pract. quæſt. c. 35. Nauar. in Manuali c. 27. n. 70. Menoch. de retinenda poſſeſſ. remed. 3. n. 365. *dicebatur enim talem conſuetudinem tanquam improbatam, ac ſacris Canonibus inimicam, quæ clericos iuriſdictioni laicorū ſupponit, non fuiſſe attendendam.* c. qualiter, & quando. vbi communiter Doctores, & Abb. n. 7. de iudicijs. Marian. Soc. in c. ſi quis clericus. n. 27. & in c. ſane. nu. 10. de foro compet. Rot. deciſ. 10. de conſuet. in antiquis.

Ex his etiam Rotæ deciſionibus, & alijs intendit *D. Farinac. in d. conſ.* 68. probare, incurriſſe ſupradictas pœnas quendam Ferdinandum, qui lite pendēte ſuper beneficio S. Petri coram Reuerēdiſs. Epiſcopo Caputaquenſi, ſiue illius Vicario delegato Apoſtolico, inter ipſum, & quendam D. Nicolaum, declinando Eccleſiaſticū expreſsè proteſtatus fuit de pendentia litis coram iudice ſæculari, ad quē habuerat recurſum. *Item in vna Leodiē. Canonicatus die* 11. *Martij* 1596. *coram eodem Illuſtriſſimo Blanchetto* fuit dictum, *ad probandum recurſum ad Curiam ſæcularem; Rotam pluries fidē adhibuiſſe iuribus minus formiter extractis propter difficultatem illa extrahendi ſeruatis ſeruandis: & excommunicatū ob recurſum non eſſe abſoluendum niſi prius conſtito de paritione.*
2 Item *in alia Vlyſponen. beneficij* 16. *Ianuarij* 1598. *coram D. Litta* fuit declaratum, *clericum, qui habuerat recurſum ad Curiam ſæcularē pro impedienda executione iuſtitiæ ordinarij, incidiſſe in excommunicationem bullæ in Cœna Domini; & fuiſſe effectum incapacem fructuum beneficij, & Capitulū non teneri ad aliquos fructus,* ad notata per Doctores communiter in c. paſtoralis. §. verum. de appellat. Puteus deciſ. 28. l. 1. & in alia *Brixien. clericatus die* 26. *Ianuarij.* 1598. *coram*

*coram Orano* fuit dictum, *recursum ad Curiam sacularem esse improbatum, e-*
3 *tiam ad finem impediendi executionem alicuius mandati nulliter relaxati*, ac fuit dictum, *recursum ad Curiam sacularem præsumi obtentum ab eo, de cuius interesse agitur* ad Bart. in l. fin. ff. de quæst ion.

— Recursus quando, quomodo, & ad quem finem sit à iure permissus, vide latissimè *Octau.Cacher. dub.* 30. *Cou.pract.quæst.c.*33.*nu.*3. *Guilicl.Bened.in rep.c.raynutius p.*2.*num.*39. *&* 40.*de testamen. Segura in direct. iudic. eccl p.*2.*c.*13.*nu.*50. *& seqq. Azeued. in ll.part.n.*1.*li.*1.*tit.*6.*l.*2.*per tot.* cum alijs quampluribus tam Theologis, quam iuris vtriusque peritis, de quibus difusissimè per *Ceual.de cogni. per viã violent.& Salgad. de potest. Regia.*

SVMMARIVM.

1 *Violantes immunitatem Ecclesiæ, an sint ipso facto excommunicati.*
2 *Immunitas Ecclesiastica an violetur, si extrahantur ab Ecclesia non rei delinquentes, sed alij in ea commorãtes.*
3 *Absolutio ab excommunicatione ob violatam immunitatem Ecclesia, cui reseruata.*
4 *Bulla Greg. XIV. de immunitate Ecclesiarum forma, an sit seruanda à iudice laico, vbi notorium est confugientem ad Ecclesiam commisisse delictũ exceptuatum in ea.*
5 *Confugiens ad Ecclesiam, si ab ea extrahatur, non seruata forma bulla Gregor. XIV. de immunit. Ecclesiarum, an iustificata captura ex sequentibus probationibus, sit amplius Ecclesia restituendus.*
6 *Confugiens ad Ecclesiam, si non à iudice, vel eius familia, sed ab alijs extrahatur, puta à consanguineis offensi, an si de manu ipsorum à familia iudicis sacularis capiatur extra Ecclesiam, sit etiam Ecclesiæ restituendus.*
7 *Confugientem ad Ecclesiam, si iudex non carcerauit, nec extraxit, nec extrahi fecit; sed solum extractum ab eius familia, sine eius ordine, Ecclesiæ non restituit, vel mori fecit, an sit excommunicatus; & quid si mandauit extrahi.*
8 *Confugiens ad Ecclesiam, extractus per familiam sæcularem, an sit de necessitate restituendus eidem Ecclesię, vel satis sit si restituatur Episcopo.*
9 *Extrahens commorantes in Ecclesia, ad finem componendi pacem, & euitandi scandala an incurrat excommunicationem latam contra violantes immunitatem Ecclesiæ.*
10 *Palatium Episcopi an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
11 *Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiæ.*
12 *Sacerdotes quicunque vigore facultatum non possunt absoluere violantes immunitatem Ecclesiæ propter extractionem.*

De immunitate Ecclesiarum magis practicabilia. Cap. XVII.

1 ANNO 1597. plures Capitanei cum suis satellitib. ingressi sunt monasterium S. Petri ad Aram ciuitatis Neap. pro inueniendo quodam deportato, qui aufugerat ab Insula, quem non inuenientes, per vim à dicto monasterio extraxerunt quẽdam puerum tanquam conscium in quo loco moraretur dictus deportatus, & carceratum duxerunt ad carceres

ceres Curiæ ſæcularis, vt deponeret, vbi idem reperitur. Fuerunt omnes per Curiam Archiep. declarati excõmunicati, ob violatam immunitatem Eccleſiæ, propter extractionem dicti pueri, ex quo in bulla Greg. XIV. *de immunit. Eccleſ.* imponuntur ipſo facto pœnæ, quæ à iure ſunt ſtatutæ cõtra violantes immunitatem, & libertatem Eccleſiæ, & de iure violantes immunitatem debent excommunicari, *cap. miror. c. ſi quis contumax. c. quiſquam.* 17. q. 4. & quamuis bulla loquatur ſolum de extrahentibus reos, ibi (laicus reis) tamen diſpoſitio pœnalis extenditur ex identitate, & maioritate rationis, quando, ſi nõ fieret extenſio, ſequeretur abſurdũ, & eſſet abſurdum, quod rei non poſſent extrahi, & alij ſic. *Imol. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. Franch. in c. 1. de temporibus ordinationum. in 6.* Itẽ quando duo caſus æquiparantur in l. antiqua, lex noua loquẽs in vno, habet locum in altero. *Bart. in l. quod vero. ff. de legibus. Franch. & Imol. vbi ſup. & in c. definiuit.* 18. q. 4. neque cõ-
2 fugientes, neq; commorantes in Eccleſia poſſunt extrahi. Præterea quãdo conſtitutio pœnalis continet fauorem Eccleſiarum, fit extenſio ex identitate rationis, *iuxta Gloſ. notabilem in c. ſciant. de elect. in 6. Franch. in d. cap. 1.*

3 Sed fuit dubitatum, à quo prædicti Capitanei, & ſatellites eſſent abſoluendi; & videbatur, quòd à ſummo Pontifice, poſtquam bulla prædicta refert ſe ad excommunicationem latam contra violantes libertatẽ Eccleſiaſticam, quæ eſt in bulla Cœnæ Domini, cuius abſolutio reſeruatur Papæ, & relatum dicitur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *Bart. in l... ff. ſi familia furtum feciſſ. & in l. 1. ff. de arbitris.* contrariũ fuit reſolutum, quòd abſolutio ſpe-
4 ctaret ad ordinarium; ex quo nõ reperitur expreſsè reſeruatus Papæ, *iuxta regulam cap. nuper. de ſenten. excomm.* & quando qualitas relata requirit ſpecialem mentionem, prout eſt abſolutio, quæ debet expreſsè reſeruari Papæ. *d. c. nuper.* non includitur in diſpoſitione referente, *textus notabilis in c. penult. de iureiur. Gamb. de auctoritate legati in exordio, nu.* 35. Præterea in bulla Cœnæ Domini ex communicantur ſolum ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam; nec omnes violantes libertatem Eccleſiæ ſunt excommunicati in bulla Cœnę, *vt patet in c. vnico, de his, quæ vi, metuſque cauſa in 6.* & ſic omnes fuerunt publicè abſoluti ante fores Eccleſiæ Metropolitanæ à D. Vicario Neapol. Anno ſequenti 1598.
5 quidam aſſaſſinus interfecit quandam perſonam in via publica ciuitatis Neap. & poſtea confugit ad Eccleſiam Parochialem S. Marię Aduocatæ, à qua fuit per vim extractũ à conſanguineis occiſi, & aliquibus ſatellitibus Curiæ ſæcularis, & eodẽ die coram iudice ſæculari confeſſus fuit commiſiſſe dictum homicidium per aſſaſſinium; fuerunt per Curiam Archiep. citatiomnes iudices Mag. Cur. Vic. Aduocatus, & Procurator Fiſcalis, ac etiam carcerarij, quatenus deberent reſtituere dictum extractum Eccleſiæ prædictæ, vel procurare eius reſtitutionem, & non impedire reſpectiuè, ad finem; quòd ſi conſtiterit Curiæ Archiepiſc. à dicto delinquente fuiſſe commiſſum delictum,

ctum, exceptum in bulla prædicta, posset eidem Curiæ sæculari consignari: qui non aliter parere curauerunt: sed post breue tempus ipsum laqueo suspendi fecerunt, & sic per Curiam Archiepisc. fuerunt declarati excommunicati omnes prædicti Iudices, Fiscales, carcerarij, satellites, & consanguinei occisi, qui extraxerant dictũ iuuenem à dicta Ecclesia. Et fuit per Curiam Archiep. resolutũ, quòd etiam si notoriè constet confugiẽtem ad Ecclesiam commisisse delictum, exceptũ in dicta bulla, adhuc est seruanda forma bullæ, quòd Episcopus debeat prius cognoscere, si confugiens commisit delictum exceptuatum, & postea consignare Curiæ sæculari: siquidẽ licet notoriũ regulariter releuet ab onere probandi. *c. vestra de cohabit. cler. & mulier. l. 1. ff. ex quibus causis maiores*: tamen non releuat quando probatio requiritur pro forma. *Sarnẽsis in regula de publicandis resignation. qu. 9. Paris. de resignat. benef. lib. 11. qu. 6. nu.* 81. qui testatur de communi, cõcludens, hac ratione publicationem resignationis beneficij esse faciendam, licet notoria sit resignatio, & hoc hodie patet in dicta bulla, in qua etiam quòd confugientes com miserint delicta excepta in bulla, si Episcopus denegat licentiam extrahendi, potest Curia sæcularis ipsos extrahere, & deducere ad carceres Episcopi, vt ab eo cognoscatur, si delicta commissa sint excepta in bulla, & sic quamuis aliundè appareat, est seruanda forma bullæ. Item fuit resolutum in Curià, quòd si confugiens ad Ecclesiam fuit extractus, nõ seruata forma bullæ, & ex sequẽtibus probationibus appareat commisisse delictum, exceptũ in bulla: nempe per confessionem extracti; nihilominus est facienda restitutio Ecclesię, quia Ecclesia spoliata ante omnia est restituenda, *c. conquerente. & c. item cum quis. de restit. spoliat. & ita tenet Remig. de immunit. Eccles. q. fin. Suarez in sua praxi, 1. p. to. 1. c. 3. §. 3. n. 16.* Item fuit dictum, dato, & non concesso; quod dicebatur à consanguineis occisi, ipsos solũ sine satellitibus extraxisse dictum assassinum; sed satellites in via publica extra Ecclesiam de eorũ manu extractum accepisse, & ad carceres Curiæ sæcularis duxisse, adhuc dictus extractus erat Ecclesiæ restituendus. Facit primo, quòd cõfugiens ad Ecclesiã à nulla persona, siue publica, siue priuata extrahi põt; iura enim generaliter loquũtur, & generaliter sunt intelligenda, *l. 1. §. general. ff. de legat. præstandis.* hoc patet *in c. reum. in c. definiuit. 17. qu. 4. & in l. 2. C. de his, qui ad Ecclesiã confugiũt.* quo præsupposito dicendũ est, quòd Ecclesia, quę fuit spoliata, pro restitutione hominis ab ea extracti competit interdictum de libero homine exhibendo, *vt dicit Bar. in d. l. 2. Abb. in c. inter alia n. 26. de immuni. Ecclesiar.* quod interdictum licet sit personale est tamen in rem scriptum, sicut cetera interdicta, *l. 1. §. pen. ff. de interdictis.* & si datur contra quoscunque detinentes, quãuis non extraxerint. Præterea faciunt adducta per *Bar. in q. 6.* incipiente, *Lapus*, vbi pluribus iuribus, & rationibus probat, quòd carceratus in alieno territorio, vel in Ecclesia, prout in casu nostro, non potest pro alia iusta causa ad instan-

tiam cuiuscumque recōmendari in carceribus,nec detineri.*sequitur Bal. in l.fin.de iurisd.omn.iud.& in consf.90. vol.5.Paris. cons.101.vol.3.Brun. de cess.bonor.11 q.4.princ.Ant.Gomes.l. var.resol.tit. de captura reor.n.4.* non .n.potest negari quin talis extractus non sit sua liberate priuatus,ad quā ante omnia est restituendus,*iuxt.prædictos;* est enim persona affecta, quæ ad quemcumque transit cum vitio, *arg.l.si obducta.C.de furtis,* §.*furt. instit.de vsucap.*& in bulla prædicta videtur expressum in illis verbis *(extrahunt,capiunt,& incarcerant.)* scilicet extractum, vt omnia verba operentur effectum. *iuxt. c.Pastor.de appell.vbi Ant. Abb.Præpos.Franch.& alij.*
7 Item fuit dictum in prædicto,& in alio casu,quòd iudex, qui nō carcerauit,nec extraxit, nec extrahi fecit, sed solū extractum ab eius familia sine eius ordine, Ecclesiæ non restituit,vel mori fecit; & tātò magis, si mandauit extrahi, incurrit in excōmunicationem, contentam in dicta bulla Greg.XIIII.quamuis in ea non fiat mentio de mandante,vel nō restituente,aut mori faciente extractum: siquidem si non comprehenderetur,de facili dispositio dictę bullæ redderetur elusoria; nam,vt plurimū extractio solet fieri ab hominibus simplicibus,& ignaris,credētibus sacrificium offerre Deo in extrahendo delinquētem; & si iudices non restituerent, in vanum fuisset promulgata bulla: ergo est faciēda extensio ad mādantes, vel non restituentes, ne dispositio reddatur elusoria,etiam si agatur de censuris, *c.si sentent.§.fin. & c. si ciuitas.de sent.excom.in 6.vbi Franch.& Probus,Glossa notabilis in c. quamquam.de vsur.in 6. Imol. notabiliter in l.si verò.§. de viro. ff.solut. matrim.* Secundò,quia bulla excommunicat attētantes aliquid, præter,vel contra formam ipsius bullæ, quæ cum velit confugientes ad Ecclesias debere gaudere immunitate, nisi fuerit seruata forma bullæ, iudex non restituens videtur nō prę ter, sed contra bullā facere,& attentare, maximè, qui mori facit extractū,cum reducat illū ad terminū, vt nō possit amplius gaudere immunitate. Dicitur.n. quis committere in legem non solū, qui cōtra eius verba facit; sed etiā qui contra mentē legis *l.non dubium. vbi Bart. & alij.C.de legibus.*& quoad mandantem extrahi non potest negari, quin saltem attētet pręter formā bullę.& sic incurrit in censuras. Præterea sunt ponderāda verba dictæ bullæ, ibi *( quauis dignitate præfulgeant )* quę non possunt verificari in extrahentibus qui sunt personæ viles; sed necessariò sunt intelligenda in iudicibus, mandantibus extrahi, vel non restituentibus.
8 Anno sequenti fuit extractus per Curiam sæcularem ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Refugij quidam iuuenis, qui in eadem Ecclesia furatus fuerat è cāpsa cum plumbo, & visco quandā pecuniæ quātitatē, qui fuit postea restitutus Vic.Neapolitano, & fuit dictum satis esse, quòd restitutio extracti ab Ecclesia fiat eidem Ecclesiæ, vel Episcopo, qui repræsentat Ecclesiam,*c.scire debes.7.q.1. Bonif. in Clem. attendentes. §. hoc autem. num. 17. de statu monach.* Vide *in dict.capit. scire debes.*dicitur,quòd Episcopus dicitur esse in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo. idē habetur

*in*

*in c.1.de restitut.in integr. in 6.vbi Gemin. Franch. & alij*, & offensa facta Episcopo, dicitur facta Ecclesiæ. *Clem. 1.de fore compet.vbi Card. & Bonif.* & qui seruit Episcopo dicitur seruire Ecclesiæ, *c.de catero.de cleric.nō resid. & in c.nouit.de iudicijs.* ibi (*dic Ecclesiæ*, idest *Episcopo*) facit tex.notab. *in c.si quis contumax.17.q.4.* vbi pro offensa facta Ecclesiæ, ob violatam immunitatem, propter extractionem, pecuniaria pęna ibi posita debet solui Episcopo, & ibi Archid.notat, ex cuius dictis dicit *Ioan. Andr. in c. quamquam, de cens. in 6.* quod, quando iniuria fit Ecclesiæ, seu eius loco, sufficit, quòd satisfactio fiat Episcopo, inferens, quod restitutio facienda *iuxta dictum c. quamquam.* Ecclesijs propter exactionem pedagiorum, satis est si fiat Episcopo. Ex his dicit *Marian. Soc. in tractatu de visitation. lib. 11.in fin.* quod restitutio facienda à visitatoribus, ex quo indebitam procurationem, aut munera extorserunt contra formam, *c. 2.de censibus.in 6.* sufficit, si fiat Episcopo, qui repræsentat Ecclesiam. non obstat textus *in c.minor.17.quæstio.4.* quia Eccl. ibi potest intelligi de Episc.

9 Item resolutum fuit in Curia Archiep. quod extrahens commorantem in Ecclesia, ad finem componēdi pacem, & euitandi scandala, incurrit in excommunicationem, contentam contra violantes immunitatē ecclesiæ; quia bulla prædicta prohibet fieri extractionem, pro quauis pace, & causa: & sic fuit restitutus ecclesiæ Montis Dei quidam nobilis Neapolitanus, qui prouocauerat ad singulare certamen alium nobilem, & donec veniret tempus statutū certaminis se contulerat ad dictam ecclesiam, ne à Curia sæculari impediretur; quę ad finem componendi pacem, ipsum extraxit; quia poterat alio modo obuiare scandalis, apponēdo custodes, vel adeundo Episcopū,

10 qui prouideret. Item anno 1601. quidam carceratus, qui è manu familiarium cor fugit ad Palatium Archiep. Neap. fuit liber dimissus, tanquam gaudens immunitate ecclesię. *iuxta cap. id constituimus. 17.qu.4. & communem, de qua testatur Couar. lib. 2.variar. resolut.cap.20.* Eodem anno 1601. fuit restitutus domui furni Seminarij Neapol. quidam homicida, qui ad eam confugerat, & propriè ad furnum se contulerat, ingrediens per ianuam magnam dictę domus, quæ est à parte viæ publicæ, & non à parte Seminarij, quia non poterat negari, quin dicta domus esset Seminarij, & sic loci pij: quamuis per illam portam pueri nō ingrediā-

11 tur. Præterea notandum, quod secūdum magis communem opinionem Doctorum, clerici gaudent immunitate ecclesiastica, de qua communi opinione testantur *Couar.lib.2.varia. resol.cap.20. Clar.§.fin.qu.30.Prosp. Farin. de carceribus, & carceratis, q. 26.nu.7.* contrariam tamen opinionem tenet *Abb.in c. inter alia. de immunit.Ecclesiar.* & eam probat pluribus rationibus, præsertim, quòd si benè perpendatur canones, semper in eis fit mentio de laicis, *c. reum. c. constituimus.17.q.4. & in d.cap.inter alia.* & hanc Abbatis opinionem esse vsu receptam, testatur *Diaz in praxi c.115.Clar. Farin. vbi sup. Nauar. in manual.c.25.nu.22.* & ista opinio est etiam

etiam vſu recepta in Curia Archiep. Neap. quæ opinio eſt intelligenda, vt à iudice eccleſiaſt. poſſit extrahi clericus, ad finem ipſum puniendi, non à iudice ſæculari, qui nec clericum in minoribus poſſet extrahere, vt notat *Nauar. vbi ſupr.* Item hodie videtur clarè approbari opinio Abbat. in dicta bulla Gregorij XIV. in qua fit mentio ſolum de laicis, ibi *( vt laicis, &c.)* quæ bulla reducit omnes canones antiquos ad vnam formam, vt ex eius verbis apparet.

12 Sed quia dictum eſt, quòd Epiſcopus poteſt abſoluere extrahẽtes reos confugientes ad eccleſias: aliqui tenent contrarium ex decreto Clemẽtis VIII. incipiente, Sacra Congreg. anno 1601. quo reuocantur licentię, & facultates conceſſæ quibuſuis ſacerdotibus, tam ſæcularibus, quàm regularibus abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ, & ordinarijs reſeruatis, poſtea dictum decretum fuit moderatum, ac declaratum, vt prædicti non poſſint abſoluere à quibuſdam caſibus, inter quos ponitur violatio immunitatis eccleſiæ, iuxta terminos conſtitut. Greg. XIV. ex quo dicebat ſummo Pontifici hanc abſolutionem reſeruatam: nihilominus tenendum ad Epiſcopum pertinere abſolutionẽ, vt dictum eſt: nec obſtat dictum decretum, quoniam loquitur de confeſſarijs, qui prętextu facultatum abſoluebat, & non de ordinarijs, quinimmo in dicto decreto, & moderatione reſeruatur poteſtas ordinariorum, vt indicant verba clara: quare non debet fieri extenſio, cum limitate procedat, quoad ſacerdotes inferiores, non quoad ordinarios. *ex uulgata regula l. in agris. ff. de acquir. rer. dom.* Salua ſemper Sedis Apoſtolicæ determinatione. Pręterea in dicto decreto reuocantur licentiæ abſoluendi etiam à reſeruatis ordinarijs, poſteà in moderatione non declarat caſum immunitatis eſſe reſeruatum Sedi Apoſtolicæ: quinimmo excipit etiam iniectionem manuũ in clericos, quæ non ſemper eſt reſeruata Papę, vt clarum eſt. Ergo non poteſt inferri, hũc caſum eſſe reſeruatum Papæ. Vera eſt igitur ratio allegata, *pro qua facit, ca. fin. de immunit. eccleſ. in 6.* vbi excõmunicatio contra violantes libertatẽ eccleſ. non eſt reſeruata Papæ.

Et quia alia annotauimus de immunit. eccleſiarum, quæ maximam dubitationem in iudicio Eccleſiaſtico attulerunt, non abs re eſſe putaui, hic inſerere bullam Gregorij XIV. cuius tenor ſequitur.

*GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Hac perpetua valitura conſtitutione omnia, & quacumque priuilegia, indulta, & gratias, tam per Sixtum Quintum ac Pium Quintum quàm alios quoſcumque prædeceſſores noſtros, aut noſmetipſos, Sedemve Apoſtolicam, eiusq; Legatos ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, domibus regularibus, & ſæcularibus, locis ve ſacris, aut religioſis, aliâſq. in caſibus à iure permiſſis hominibus certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorũ criminũ reis, aut fraudulentis decoctoribus etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſarijs, &c. ſeu aliàs quomodolibet conceſſa, &c. approbata, & innouata, ac vſu recepta, litteraſq; Apoſtolicas ſub plumbo, &c. ſeu alias quomodo-*

*modocumque desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, &c. sublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & religiosa confugientibus, si fuerunt publici latrones, viarumque grassatores, qui itinere frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumvè cœmeterijs committere non verentur. Aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut lesæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis, rei immunitas Ecclesiæ non suffragetur. Sed vniuersis, & singulis venerabilibus Patriarchis, &c. cæterisque Ecclesiarum, & monasteriorum Prælatis sæcularibus, vel regularibus districtè præcipiendo mandamus, vt laicos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra, seu religiosa respectiuè confugientes, & in ea se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod iudicio suo commisisse videbuntur, quando à Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus ministris, & officialibus Curiæ sæcularis absque irregularitatis nota, aut alicuius censuræ Ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari curent, & faciant. Ne autem Curia sæcularis prædicta, & ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim (vt præfertur) attributa, & per præsentes reuocata, abutantur: volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia sæcularis, eiusque iudices, & officiales ab Ecclesijs, monasterijs, locisque sacris prædictis laicum aliquem (vt præfertur) delinquentem in nullo ex casibus supradictis, sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & ad alios Episcopis inferiores, & si alias ordinarij, aut diœcesis tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiast. requisitæ illos in delictis superius expressis, culpabiles tradere, aut capturæ, & carcerationi interuenire, & assistere recusauerint, tuncque reuerentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum scandalo, & tumultu extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, postquam (vt præfertur) ab Ecclesijs, locisve sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiastic. reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere; ac opportuna custodia, data illis (si opus fuerit) per Curiam sæcularem, detineri debeant, nec exinde extrahi, Curiaque sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognitio primum per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint, tumque demum de mandato Episcopi per iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari quacunque appellatione postposita consignentur. De crimine verò hæresis cognitio ad forum Ecclesiasti-* cum

*cum tota pertineat, neque in ea Curia sæcularis se quoquo modo intromittat: sicuti etiam prohibemus, ne Ecclesiasticas personas, sæculares, aut cuiusuis ordinis, vel militiæ etiam S. Ioann. Hierosolym. regulares quoquo modo, etiam vigore prædictorum Priuilegiorum, Indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illasve ab Ecclesijs, monasterijs, domibus, locisque sacris, aut religiosis, & in casibus in hac constitutione expressis extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiastic. pertinentibus, aliàs, quam de iure, & per priuilegia eiusdem ordinis, aut militijs concessa permittitur quomodolibet præsumant. Quod si quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus præmissorum, aut alio quocumque prætextu quidquam præter, aut contra huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiæ violatores per sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ. Sicque per quoscumque Iudices, &c. Sublata eis, &c. Nec non irritam, &c. Non obstantibus præmissis etiam Sixti, & Pij V. quàm aliorum litteris Apostolicis &c. quibusuis personis, quibusuis grauioribus, & vrgentioribus causis, &c. concessæ fuerint tam illorum intuitu, &c. quàm etiam & cæt. motu proprio &c. ac per modum statuti, & legis perpetuæ, & in vim contractus, & fratrum nostrorum consilio, sub quibuscumque tenoribus, & cæt. derogatoriarum derogatorijs, &c. nec non irritantibus & cæt. quæ omnia, & singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo aduersentur; & cæt. omnino ac perpetuo tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis constitutionis quoad superius descripta dumtaxat reducimus: & volumus cuique de cætero suffragan, &c. publicata die 28. Maij 1591.*

*SVMMARIVM.*

1 *Denunciare, vel accusare quilibet tenetur hæreticos, maleficos, & committentes alia delicta, quæ tendunt in perniciem Reipublicæ.*

2 *Denunciatio hæreticorum, Necromanticorum, & maleficorum, an sit facienda in scriptis, vel sufficiat oretenus denunciare non expresso nomine denunciantis.*

3 *Denunciator in causa fidei habetur pro teste; neque proceditur per occultas cedulas.*

4 *Denunciari an debeant mulieres, quæ simplicitate maleficia confitentur.*

5 *Denunciari an debeant hæretici occulti.*

6 *Denunciatio hæreticorum, & maleficorum, an debeat fieri si sunt emendati.*

7 *Denunciationem hæreticorum, & maleficorum an debeat præcedere fraterna correctio.*

8 *Denunciatio hæreticorum, & maleficorum, an debeat fieri cum periculo vitæ.*

9 De-

9 *Denunciare parentes hæreticos an teneantur filij.*
10 *Denunciari an debeant leuiter de hæresi suspecti.*
11 *Suspecti de hæresi, vel apostasia vehementer qui dicantur, & ibi plures numerantur.*
12 *Imagines verberantes, vel deturpãtes, à quo iudice sint puniendi.*
13 *Denunciari quando debeant detinentes libros hæreticorum.*
14 *Denunciari an debeant detinentes pentacula.*
15 *Denunciari an debeat mulier, quæ habet famam maleficæ, sed non operatur, nisi simplices superstitiones.*
16 *Malefica an dici possit, quæ semel maleficium fecit.*
17 *Denunciari an debeat hæreticus, qui accedit ad confessionem, animo peruertendi confessarium, & inducendi illum ad hæresim, & quid si vult abstinere ab hæresi, sed non reuelare complices.*
18 *Meretricum tributum, siue gabella improbatur.*

De denunciatione hæreticorum, & maleficorum latissimè.
Cap. XVIII.

FREQVENS est in Curia Archiepisc. Neap. materia denunciationis hęreticorum, vel suspectorum de hæresi, strigarum, maleficorum, vel maleficarum mulierum, quam
1 sub breuitate transcurram. Et in primis se offert, communis DD. conclusio, quòd quilibet tenetur accusare, vel denunciare iudici omnes committentes delicta, tendentia in perniciem Reipublicæ, vt sunt hæretici, rebelles, Necromantici, malefici, assassini, proditores ciuitatis, aggressores itinerum, & similes; & talis denunciatio nõ debet esse fraterna, quæ tendit ad correctionem fratris; sed iudicialis, quę tendit ad vindictam publicam, & parum differt ab accusatione. Naturali enim ratione quęlibet persona, cum sit pars Reipublicæ, tenetur quasi pars toti, ei succurrere, vbi viderit illam contagione infici, vel sceleribus corrumpi, adeundo publicam potestatem; vt metu pęnarum homines benè viuant, & bonum commune non perturbetur. *ita S. Thom. 2.2.q.33.artic. 7. & q.68.art.1. & ibi Salon. Vannes, Petr. de Aragonia, Sot. de iustitia, & iure lib.5. qu.5. art.1. & de ratione tegendi, memb.2.q.6.* qui dicunt D.Th. sub nomine accusationis, comprehendere denunciationem iudicialem. *Nauar. in Manual. c.18. num.58. Simanc. de Catholicis instit. tit.40. Royas de hæreticis, in singulari fidei tertio, Pegna in direct. inquisit. super cap. qui alios. de haret.* De denunciatione verò hęreticorum facienda habetur etiam in Bulla Greg. IX. incipiente. *Excommunicamus*, & Bulla Innocen. IV. incipiente, *Nouerit*, & Bulla Nicolai III. incipiente *Nouerit*, in quibus pręcipitur, excommunicari non denunciantes hæreticos, vel de hæresi suspectos, quæ Bullę sunt positæ in fine directorij inquisitorum.
2 Sed primum dubium est, quòd sæpè accidit in Archiep. an talis denũciatio hæreticorum, & maleficorum sit facienda in scriptis, cum expressione nominis denunciantis, & subscriptione eiusdem, & non denuncians sic, an sit absoluendus à Confessarijs, & an sufficiat eã oretenus

iudici facere, ſine expreſſione, & ſubſcriptione proprij nominis etiã quòd denunciatio non redigatur in ſcriptis. Praxis Curię Archie. Neap. eſt, quod tales denũciationes nõ recipiũtur, niſi denũciator cũ iuramẽto examinetur, cũ expreſſione, & ſub ſcriptione ſui nominis, tãquã quilibet teſtis. Quæ praxis licet aliquib. fuerit viſa dura; iuſtiſſimis tñ rationib. fulcitur. Primò, quia accuſatio debet fieri in ſcriptis. *2.q.8.c.accuſatorũ.* propter pœnam talionis à iure impoſitam; & etiã illa præcipua ratione, quod cum iudex ſit medius conſtitutus inter actorem, & reum, cuius memoria lubrica eſt, nec valet cuncta verba vtriuſque partis memoria tenere vſque ad ſententiã diffinitiuã, neceſſarium eſt ſcripturæ adminiculum. *Ita S.Tho.d.qu.68. art.2. vbi Caiet. Bannes, Petr. de Aragon ia, Salon;* quæ ratio militat in denunciatione iudiciali, tendente ad vindictam publicam, qualis debet eſſe iſta, vt ſupra dixi, in qua ſit iudicium cum Fiſco: ergo etiam iſta in ſcriptis fieri debet. *& ita tenet doctiſs. Sotus de iuſt. & iure, d.q.5.art.1.*

3 Secundò facit, quòd in cauſis Sanctæ Fidei denunciator habetur pro teſte, *communis in cap. in omni negotio. de teſtibus.* & teſtium depoſitiones ſunt ſcribendæ, vt probent *cap. quoniam contra. de probat.* & qualitas perſonę, teſtis dictum, ac modus deponendi conſideranda ſunt, *l.3.ff.de teſtib.* quæ ſine ſcriptura non facilè fiunt. Tertiò, quia ſi nomen denunciantis nõ probatur, non poſſet ſuccurri damno Reipublicæ; ſiquidem iura damnãt procedi ad inquiſitionem per occultas cedulas, *c. inquiſitio ni. de accuſ. & hanc opinionẽ tenet etiã Lęlius Zeccha de caſibus reſeruatis, caſu 2. colligitur ex Eymerico in 3. directorij inquiſitorum, de ſecũdo modo procedendi in cauſa fidei, per denunciationẽ, vbi ponit modũ redigendi in ſcriptis per Notarium denunciationem, & interrogandi denunciantem cum interrogatorijs, iniuncto ei ſilentio:* & prædicta intellige, quòd ſcilicet non ſit obligatus denuncians in ſcriptis denũciare, quia poterit verbo denunciare: ſed debet pati, quòd denunciatio redigatur in ſcriptis, exprimat nomen ſuum, & cum iuramento ſuper ea deponat, *vt docet Eymer. vbi ſup.* Nec prædictis videntur obſtare bullæ ſupradictæ, dũ dicunt denunciationem poſſe fieri confeſſario: ſiquidem non ſimpliciter id concedunt, ſed ita vt ad Prælati notitiam perueniat, quem non prohibent (ſi opus fuerit) denunciatorem cogere ad examen, nec dicunt denunciatorem ad id non teneri, aut ſatisfeciſſe, quamuis nomen ſuum nõ prodat, & ſcribi ſinat, & cum iuramento non deponat. Debent tamen cõfeſſarij hortari pœnitentes, quòd libenter denuncient tales perſonas cũ magno eorum merito, vtilitate Reipublicæ, & animarum ſalute, ac etiam certos facere, quòd eorum nomina nunquam inquiſitis de fide manifeſtabuntur, *iuxta c. ſtatuta. §. iubemus. de hæreticis in 6.* Prout anno 1600. fecerunt confratres ſocietatis S. Mariæ Succurre miſeris, huius Ciuit. cum quodam Mauritio de Rinaldo de Terra Stili, qui cũ fuiſſet ductus ad ſupplicium pro tẽtata rebellione, nec antea (quamuis accerrimè tortus) voluiſſet reuelare cõ-

plices,

plices, eorum hortatu eos propalauit, cum maxima Reipub. vtilitate.

4 Secundum dubium an sint denunciandæ mulieres, & personæ, quæ ex simplicitate maleficia, & sortilegia conficiunt, quæ sapiunt hæresim, vel apostasiam manifeste, cũ ignorent prohibitionem iuris. Veritas est, quòd tales personæ non sunt denunciandæ, nisi prius fuerint monitæ; & si post monitionem nõ se correxerint, sunt denunciandæ. *Ita fuit resolutum à nonnullis doctissimis viris,* propter earum ignorantiam, & simplicitatem, quæ excusat à dolo. *Glos. communiter recepta, in l. plagij. C. ad l. Flauiam, de Plagiarijs. l. igitur. ff. de liberali causa*; & potest esse, quod tales puellæ, & aliæ simplices mulieres prædicta conficiant absq; peccato mortali, quia ea didicerunt à consanguineis credentibus esse res optimas, ideo error esset eas in iudicium deferre ante monitionem.

5 Tertium dubium, an hæretici, & malefici occulti sint denunciandi, si eorum delicta probari non possint; quidquid dixerit *Io. Andr. in c. nouit de iud.* quando delicta tendũt in perniciem publicam, vt sunt prædicta, est omninò facienda denunciatio iudicialis, quamuis delictum probari nequeat, quia superior vigilabit; & potest esse, quòd contra prædictas personas adsint aliæ denunciationes, ex quibus de facili posset deueniri ad torturam, & ad alia iuris remedia, & succurri damno Reipublicæ, omni meliori modo quo potest, ad quod quilibet tenetur *S. Tho. 2. 2. qu. 33. art. 7. Royas latissimè in d. singulari fidei 3. Caietan. Vannes, Petr. de Aragonia, Salon super* D. *Tho. 2. 2. q. 68. art. 1. Sot. d. lib. 5. art. 1.*

6 Quartum dubium, an dictę personæ sint denunciandæ, si sint emendatę? Respondetur, quod, si pro certissimo habeatur esse emendatas, nõ sunt denunciandæ: ita colligitur *ex D. Tho. d. art. 7. & tenet Sot. d. art. 1. d. q. 5. Royas vbi sup. num. 32.* vbi dicit, quòd cum hominis iudicium sępè fallatur, & difficilè sit cognoscere correctionem talium personarum, quę pluries fingunt se esse correctas, tutius, & rectius est denunciare, & licet alias emendatio probetur per confessionem sacramentalem, *iuxta latè tradita per Felin. in c. testimonium. de testib.* tamen in hęreticis, maleficis, & alijs prædictis non est semper tuta ista experiẽtia; sed arbitrio boni viri remitti debet; qui considerata qualitate personæ id iudicabit. Posset etiam præsumi emendatio, si consequuti fuissent Iubileum, aut accessissent ad Vrbẽ pro cõsequutione indulgentiarum Anni Sancti, aut alio modo verè ostenderent signa emendationis.

Declara, nisi hæreticus emẽdatus dogmatizando nocuisset Reipublicæ, quia est denunciandus. vt illi satisfaciat, *Loccatus in opere Iudiciali q. 1. qui ita intelligendus est.*

7 Quintum dubium, an sit præmittenda correctio fraterna in denunciatione talium personarum? Respondetur, non esse præmittendam, nisi fortè quis esset certissimus, qđ sua admonitione sequeretur emendatio. *Ita S. Tho. d. art. 7. Sot. d. art. 1. Royas dicto singulari 3.* vbi loquendo de hæretico, censet tutius esse absq. monitione denũciare, & dicunt *Alphons. de Castro lib. 2. de iusta hæreticorum*

rũ punitione, c.2. Iacob. Simanc. de Catholi. instit. tit. 19. & Royas de singulari 3. nullam legem reperiri, quæ iubeat, hæreticũ prius corrigi, & postea Iudicibus denunciari; nam Euãgelium Matthæi xviij. dicit: Si peccauerit in te frater tuus: hæreticus autem nõ est frater, sed extraneus, & non peccet in te, sed in Deum, vt per plura probat Alph. vbi sup. si tamẽ alia conclusio secundum Alph. loc. cit. quod si quis sciat, aliquẽ lapsum esse in hæresim, sed nescit, an sit pertinax, tenetur illum corripere, priusquam iudici denunciet: nã oportet esse certũ denũciatorem de crimine illius, qui detinẽdus, vel accusãdus est; nisi esset suspicio violenta: ait. n. Sapiens Ecclesiast. 11. Priusquam interroges, ne vituperes eum. Sed hæc correctio, & monitio non diu prorogãda, ne fortè damnũ eueniat Reipublicæ, vt si verè hæreticus esse.

8 Sextum dubiũ, an debeat fieri talis denunciatio cum periculo vitæ? Cõclusio sit negatiua; nisi hæreticus dogmatizaret in magnam Reipubl. perniciem, vel malefica multum noceret Reip. animas seducẽdo, & corpora offendendo, vt si occidat pueros, & similia faciat: tunc succedit illud, quòd quilibet pro patria tenetur ponere vitam, vt dicit Sotus de iustit. & iure lib. 5. q. 1. art. 6. & 7. & ita intelligendus est Royas, qui non distinguit in d. sing. 3.

9 Septimũ dubium, an filij teneãtur denunciare parentes hæreticos? & quod teneantur denunciare, dicunt Alph. de Castro d. li. 2. in c. fin. Palatius Rubeus in c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. n. 7. Royas d. sing. 3. nã si licet pro defensione Reipublicæ occidere parentes, l. minimè. ff. de relig. & sumpt. funer. tãto magis denunciare. Contrariã opinionem tenet Tostatus, relatus à Simãca d. li. tit. 29. n. 44. qui eã sequitur, plura adducens, quòd filius nõ teneatur denunciare parentes, nisi in duob. casibus. Primus, qñ hæresis patris tendit in perniciẽ publicã, vt si alios doceret. Secũdus, qñ interrogatur filius à iudice; & hæc, videtur veritas: sed hoc secũdo casu filij nõ sunt cogendi ad deponendũ contra parentes, quãdo alij testes haberi possũt, cũ sint personæ priuilegiatæ, quæ in subsidium cogi debẽt, vt dicunt Ostien. Io. And. Ant. & alij cõmuniter c. i. de testib. cogendis. notat etiã Nau in c. inter verba. 11. q. 3. coroll. 66. n. 827. licet alia per ipsũ dicta non placeant: sed opinio Simanc. & ita in facti contingentia practicauimus in hoc secundo casu, quòd nõ coegimus filiũ, ad deponẽdum contra patrẽ in causa hæresis; cum alij testes haberi potuissent.

10 Octauũ dubiũ, an de hæresi suspecti denunciari debeãt, si leuiter, vel vehemẽter suspecti sint? Veritas est, quod suspecti de hæresi vehemẽter, vel violenter tantũ, vt dicit Alph. de Castro d. c. 25. vnde leuiter de hæresi suspecti non sunt denũciandi; est. n. leuis suspicio, quæ oritur ex his, quæ raro cõtingunt, & ex leuibus coniecturis, vt dicit Alber. de agnoscẽdis assert. q. 34. nu. 36. Eymericus in 2. parte directorij q. 46. Simanc. tit. 50. n. 23. & leuis suspicio non rationabilis, sed temeraria dicitur. D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 2. Sot. lib. 3. de iust. & iure, q. 4. art. 3. Simãc. d. tit. 50. n. 28. Iacob. Menoch. l. 1. de præsump. q. 7. n. 59. Immo periculosum est iudici, ob leuem hæresis suspi-

suspicionē honestum hominem de fide interrogare, *vt dicit Simanc. in d. tit. 50. nu. 28. Pegna super dicta quæst. 46. directorij.*

11 Nonum dubium, qui dicantur de hæresi, vel apostasia suspecti vehemēter? Respōdetur, quod dicuntur, qui talia agunt, vel dicunt, ex quib. oritur argumentū concludens frequenter, & vt plurimū talia facientes, vel dicentes esse hęreticos. *Simanc. d. tit. 50 Eymer. d. 2. par. q. 56.* & regulariter tales sunt cōtumaces in causa fidei, *c. cum contumacia. de haretic. in 6.* & tanto magis excōmunicati in causa fidei quocumq. modo, *iux. Eymer. in d. q. 56.* Impeditores Sancti Officij. *c. vt inquisit. de hæret. in 6.* Cōtrahentes binas nuptias *Pegna super d. qu. 56.* Comedentes carnes diebus prohibitis ab Ecclesia sine necessitate, quamuis aliquādo id à voracitate prodire possit absque vllo mētis errore. *Pegna super qu. 55. d. 2. partis directorij.* Admiscęntes sacramenta, vel sacramētalia in sortilegijs. *Alph. de Castro d. lib. c. 15.* quoniā, nisi crederent, sacramenta, aut sacramentalia habere virtutē ad operationem maleficiorum, illa non adhiberent. Sequitur *Pegna super q. 42. d. 2. partis directorij.* Item illa sortilegia sapiunt hæresim manifestè, in quibus sortilegi, & diuinatores rebus sacris abutuntur, per dæmonū inuocationem. *Barbat. consil. 55. vol. 1. quem sequitur Lucerna Inquisitorū* verbo *diuinatio*, concludens eam diuinationem, quæ fit cum candela, vel aqua benedicta, ad sciendum furta, vel alia occulta, sapere hæresim manifestè. refert, & sequitur *Pegna super d. qu. 42.* vbi idē censet, quando admiscentur verba sacra in sortilegijs, vt Euangelium, Symbolum Fidei, Pater noster, Aue Maria, Psalmus aliquis Dauidicus, aut verba sacræ Scripturæ, seu aliæ sanctę orationes. Item eti\u0101 illa crimina sapiunt hæresim manifestè, quæ præseferūt aliquid quod est hæresis manifesta, vt baptizare imagines, præsefert, quòd illę sunt capaces sacramenti Baptismi: Preces nefarijs dæmonibus fundere, aut illis sacrificare, Idolis genuflectere, & similia, quæ sapiunt manifestā hæresim, & idololatriam, *vt pulchrè per Pegn. in d. q. 42. Simanc. tit. 30. n. 15.* Item blasphemātes Deum hęreticaliter pluries, & frequenter in ludo, & extra ludum, & ad leuem turbationis motū, sunt suspecti de hæresi vehementer. *Eymer. in d. q. 41.* Dicuntur autē blasphemiæ hæreticales, quę sunt cōtra articulos fidei (nempe Renego Dio, non credo à Dio, & similes;) Itē inuocare dæmones ad ea, quæ nō possunt facere sua potestate naturali; vt ad sciēdum futura, sapit hæresim manifestè: secus si ad ea, quæ virtute naturali facere possunt, vt ad tentandū mulieres ad impudicitiā; nisi ista inuocatio fieret deprecatiuè; quia tūc saperet hæresim manifestè, *iuxt. tradita per Eymer. in d. par. 2. q. 43. & ibi Pegna.* Item vehementer suspecti de hæresi, vel apostasia à fide, facientes pactū cum dæmone, fabricantes, aut fabricari procurantes anulum speculum, vel phialam, aut rem quamcumq. aliam magice, ad dęmones inibi alligandos, & ab illis responsa petunt, aut exilium postulant; dæmonibus immolant, aut eos adorant, qui sunt ipso facto excommunicati *per extrauag. Ioannis*

*XXII. relatam in direct. d. q. 43.* Idem ex prædictis censeo de illis mulieribus, quę vident in speculo, & dãt respõsa alijs, vt fuit resolutũ in Curia Archiep. Item verberãtes Imaginẽ Dei, & Sanctorũ, vel in eas immunditias, aut lapides proijcientes, sunt regulariter suspecti vehementer de hæresi circa venerationem imaginũ, *Alphons. de Castro de iusta hæret. punit. c. 15.* & hæc magis frequentia retulisse sufficiat: alia ponit *Eymer. in d. quæst. 36. quem vide.*

12 Quæritur, à quo iudice sint puniendi percutiẽtes, abradentes, aut deturpantes imagines Sanctorum? & hunc casum esse misti fori tenent *Hippol. in Pract. crim. §. & quia. n. 25. Simanc. de Cath. instit. tit. 35. Clarus §. fin. q. 68. & alij,* nihilominus contrariũ fuisse seruatũ in supremo regio Consilio Hispaniarum cum quodã nouiter conuerso, qui imaginem B. Mariæ Virg. lapide fregerat (nã fuit remissus processus vna cũ delinquẽte ad Inquisitores) tradit *Azeuedus lib. 10. Regiarum constit. Hispan. tit. 1. l. 3.* fuerat enim iste à tribunali inferiori ob talem causam cõdemnatus ad amputationem manus dexteræ, & vltimum supplicium, & vt corpus in frusta diuideretur: & cum appellasset ad supremũ Regium Consiliũ, fuit remissus ad Inquisitores, à quibus postea fuit absolutus. & dictam remissionem ad iudicẽ Ecclesiast. iustissimè fuisse factã probat *Azeued. loc. cit.* considerat enim, facto sicut dicto voluntatẽ declarari. *L. reprehendenda. & ibi DD. C. de instit. & substit.* nihil. n. refert voluntatem factis, vel verbis declarari, *vt per Specul. de succeff. ab intest. §. 4.* fractione tñ alicuius sanctæ Imaginis nonne patet, inquirit ipse, frangentem malitiosè, & irreuerenter velle fateri imaginum vsum non esse necessarium, neq. seruandũ? sed si dicto tale quid assereretur, nõne hæresis esset, *ex Conc. Niceno. & Trid.* ergo & hæresis erit facto hęc perpetrari, licet expresse verbis nõ declararetur. Si itaq. hæc vera sũt, nulli alij quã Inquisitoribus, & iudici Ecclesiastico cognitio cõpetit. Itẽ quia Græci appellauerunt hæreticos fractores imaginũ, multo magis his tẽporibus debemus iudicare vehemẽter suspectos de illa hæresi olim dãnata *iuxta Simanc. in Enchirid. violatæ religionis. tit. 10. de effractorib. imaginũ.* Igitur per Inquisitores puniendi sunt; neq. obstat quod pœna mortis non puniantur, prout per iudices sæculares punirentur, quia satis est, quod sufficienter puniantur alijs pœnis, nempe fustigationis, triremium, carcerum, infamiæ, exilij, & alijs, quas ius Canonicum admittit, & hæc nota.

13 Decimum dubium ex præcedenti descẽdens; an retinentes libros prohibitos hæreticorũ sint denunciandi, & ex bulla Pij IV. incip. *Dominici Gregis.* cõtra tales procedi possit tãquam contra suspectos de hæresi? Et sit conclusio, quod non oẽs detinentes libros prohibitos possunt dici suspecti, sed quos iustus iudex arbitrabitur, & ita intelligẽda est dicta bulla: nulla. n. suspicio cadit, si retinens esset homo probatæ vitæ, sicut de furto subtracta reperta penes hominẽ bonæ famæ, dicunt *Bald. Imol. in l. fin. ff. de hæred. instit.* si nescit legere, si eos cũ hæreditate, vel mercib. accepit occlusos, si incõsiderate legerit: si quam-

si quãprimùm sciuerit præsẽtauerit Episcopo, si sollicitè quæsiuit absolutionẽ, si parũ legerit, si reprehendenti statim obtemperauerit. Idem quãdo libri scripti ab hęreticis nihil contra fidem continent, sed quæ ad Grãmaticam, Medicinam, aut alias profanas artes spectant. hæc equidẽ arbitrio boni Christiani nullã, aut saltem leuem suspicionem præseferunt: è contra si aduertens, aut sciẽs legeret, si totũ, aut pluries, si reprehensus non facilè, aut nõ statim obediuit monenti, si sciens retineat absque facultate, si non quæsiuerit absolutionẽ, si omnes passim legat, & sine delectu, si reprehẽsus tuetur factum, si inquirat vnde habere possit, aut curet sibi asportari, si contendat non esse præsentandos, aut comburẽdos, si absolutionem spernat; hæc enim sunt signa animi contumacis, & vehementem continent suspicionem hæresis, *vt notabiliter dicunt Simanc. vbi sup. tit. 38. nu. 23. Menoch. de arbitrijs. casu 374. Pegna latissimè in direct. inquisit. super cap. fraternitatis. de hæret. fol. 93. Mascard. de probat. concl. 861.* & ex his apparet, quando sint denunciandi, prout sunt suspecti vehementer, vel leuiter.

14 Sed quid dicendum de detinentibus scienter pentacula, quibus Necromantici vti solent? & sit conclusio eos esse denunciandos, nam suspicio vehemẽs est, quod ipsis vtantur, vt experientia frequenter compertum est. Et anno 1599. fuit rescriptũ à Sacra Generali Inquisitione Vrbis, quod loqueretur super intentione, siue credulitate, & vsu quidã doctor bonæ famæ, qui scienter penes se retinuerat pentaculum, & cum fuisset tortus, & non confessus, abiurauit de leui pro retentione.

15 Vndecimũ dubium, an sit denunciãda illa mulier, quæ habet malum nomen maleficę, ad quã plures concurrunt pro maleficijs, & superstitionibus, non tamen apparet, quod fecerit aliquid sapiens hæresim manifestè, sed simplices superstitiones, nempe præcantationes pro curãdis infirmitatibus, & similia. Cõcludendũ est, quod sic, si pluries, & passim ad quorumcumq. instantiam id faciat, non enim potest negari, dictam mulierem nocere Reipublicæ, alias decipiendo, & præstando malũ exẽplum credẽdi talibus superstitionibus: & clara est regula, quòd omnia delicta, quæ tendunt in perniciẽ publicam, sunt denuncianda, *iuxta suprad.* Præterea, dictæ mulieres, vt plurimum solẽt facere actiones sapientes hæresim, vel apostasiam manifestè, & fingũt dicere orationes, & nolũt ab alijs videri, & in dubio tutior via est eligenda, *cap. iuuenis. de sponsf.* maximè fauore fidei, & Reipublicæ.

16 Duodecimum dubium, an possit dici malefica (vulgo fattucchiara) & sit denuncianda, quę semel maleficium malitiosè, & ex certa scientia fecerit, & nõ pluries? Videtur, quòd sufficit, si semel id fecerit, quia quãdo delictũ nominatur ab effectu resultante ex actu, non sufficit semel actum fieri, & meretrix, quæ dicitur à merendo libidinis stipẽdia, requiritur quòd cum plurib. peccauerit; sed qñ denominatur ab actu, vt homicida, calũniator, tunc sufficit semel actum fieri, *iuxta not. doctr. Ripę in c. 1. de iudicijs, n. 96.* sic malefica dicitur à maleficio, quod facit. In cõ-

trarium verò videtur esse cõis vsus loquendi, qui non hẽt pro malefica, nisi exercentẽ hãc artem, & ad quã hoĩes concurrunt pro maleficijs, & superstitionibus; & cõis vsus loquẽdi præfertur propriæ significationi vocabuli. *Bart. Bald. in l. non dubium. C. de legib. Imol. in l. si vero. §. de virô. ff. solut. matri. Fel. latè in proœmio Gregoria.* Quapropter arbitror non esse denũciandã mulierẽ, quę semel maleficiũ fecit, aut superstitionẽ; nisi sapere hæresim manifestè, & simplicitas, aut alia iusta cã nõ excusaret.

17 Decimumtertiũ dubium, an sit denunciãdus hęreticus, qui accedit ad confessionem, animo non cõfitendi peccata, sed peruertẽdi confessariũ, & inducendi ad hęresim? Conclusio sit affirmatiua, q̃ est denunciandus; nã talis confessio non est sacramẽtalis, sed modus occultè dogmatizandi. *Sot. de ratione tegẽdi, memb. 3. q. 4. Siluest. in verbo, confessio. 3. qu. 3. & 4. Graff. in decis. casuum conscien. lib. 1. c. 23. n. 78.* Sed quid, si quis confitetur se esse hæreticũ, sed non vult abstinere; vel vult abstinere, sed nõ denunciare alios hæreticos? *Arch. in c. sacerdos de pœnit. dist. 6.* dicit, q̃ potest denunciari alicui, qui possit prodesse, & non obesse; vel tutius est dicere Prælato, vigila super gregẽ tuũ; sed mihi placet opinio, quando nõ vult abstinere, quod Cõfessarius ipsũ denunciet Inquisitori; nã confessio nõ est, quæ nõ fit sub spe veniæ *ex dictis per Sot. Siluest. & Graff. vbi sup.* Secũdo verò casu, quando non vult reuelare cõplices, placet opinio Archid. vt non fiat denunciatio Inquisitori, siquidẽ non militat eadẽ ratio verè nõ cõfitendi, licet nõ possit cõsequi absolutionem, & prædicta vera esse censeo, *quidquid dicat Roy. d. sing. 3.*

Decimumquartũ dubium, qualis debet esse ista denunciatio, facienda iuxta dictam constitutionem? Conclusio sit, quod debet esse iudicialis, & non fraterna, & debet scribi *iuxt. tradita sup. in princ.*

Decimumquintũ dubiũ, quomodo debeat scire denũciator, vt cogatur tales personas denunciare, si de visu, vel auditu, aut fama? In hoc dubio recurre ad notata *sup. in c. 2. in fine*, vbi dixi, qñ quis dicatur scire in materia monitoriorum, vt teneatur reuelare; quia seruãda sunt in denũciatione hæreticorũ, & maleficorũ.

18 Obiter quæro de dubio, quod aliquas ꝑsonas nõ leuis auctoritatis in considerationeadduxit, an licitũ sit tributũ, siue gabella, q̃ singulis annis in aliquib. locis à meretricibus exigi solet, & anteq̃ ad resolutionẽ descendã, quęritur vnde habuit ortũ tale tributum, & qua ratione fuerit inductũ. Dicendũ quod primus, qui nouũ vectigal ex lupanarib. exigendũ statuit, fuit Caligula, vt in ipsius vita Trãquillus, & alij prodiderunt. Circa causã tributi *Octauia. Vestr. in Praxi l. 2. c. 14.* dicit fortè id processisse ex antiqua cõuentione inter iudicẽ, & meretrices ipsas, q̃ nõ habẽtes à lege actionẽ, qua possũt ꝓ mercede suæ artis ob turpẽ causã agere, iudicẽ sibi hoc annuo cẽsu conduxerũt, q̃ deficiẽte actione, quasi in subsidiũ suũ impartiretur officiũ; quare inquit ipse, videmus oẽs meretrices ad hũc iudicẽ cõfluere, q̃ officio suo meretricias mercedes pro qualitate mulieris arbitratur, & passim de illis iure sibi ꝓscripto ius dicit. hic erat Iudex

dex Curiæ Sabelliorum in Vrbe, cui soluebatur tale tributum. Deueniẽdo igitur ad resolutionem, dicendũ, nonposse negari huiusmodi lucrum, & tributum esse detestabile, & præseferre magnum scandalũ apud Christianos, vt ex lucro meretricio, tanquam ex negotiatione licita aliquid exigatur: & huiusmodi lucrum *Nicephor. lib. 16. c. 20. Histor. Ecclesiast.* Vectigal, & portorium impurũ, detestabile, absurdum appellat, & laudibus effert Anastasium Imperatorem, qui illud omnino sustulit, quãuis Platina in vita Pontiani tribuat *Alexand.* refert, & sequitur *Nauar. in Manual. c. 27. n. 195.* quo loco asserit esse peccatũ mortale quærere lucrũ, vel tributum ex meretrice, & fœda meretricum opera, & lucro: & Pius V. illud, tamquã abominabile in Vrbe Romana sustulit. Facit ad propositum textus sacræ Scripturæ. *Deuter. 23.* in quo Deus prohibet sibi fieri oblationem ex lucro meretricio, ibi: Nõ offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis, illa verba, nec pretiũ canis, posuit ad maiorẽ declarationẽ detestationis, fornicationis, & lucri meretricij. Narrat enim Iosephus Hebręus, aliquos dominos canum, quos habebant pro venatione, vel custodia domus, fuisse solitos locare illos ad coeundum cum fœminis canibus, vt catulos procrearent. huius lucri oblationem prohibuit Deus ad exemplum, vt multo minus quęreretur lucrum ex coitu fornicario. Hæc planè illis contingebant in figura, vt ait Apostolus, quare, quod Imperatoribus, & Pontificibus tanquã abominabile sublatum fuit, deberet certè in alijs locis prohiberi. Non obstat ratio considerata à Vestrio, quia diuinat, & dato quod esset vera apud Christianos, non careret scandalo, conducere iudicem, qui compellat ad soluendum mercedem meretricibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Deputata ad certos pios vsus non possunt deputari ad alios sine auctoritate Papæ, etiam cum auctoritate Legati à latere, & melius, vel de consensu hæredis.*

2 *Deputata ad pios vsus quando possint in alios conuerti per Episcopum ob impedimentum facti, vel iuris.*

3 *Legata ad pias causas, si sint pro non scriptis, vel caduca, an debeantur.*

4 *Deputata ad certos pios vsus, quando per Episcopum conuertentur in alios ob impedimentum, an sit necessarius aliorum consensus, & quorum.*

5 *Relictum pro anniuersario an possit impendi in aliud pro vna vice.*

6 *Missarum numerus quando in synodo refrenari possit per Episcopum, & quod Concil. Trident. non procedat in Missis impositis in fundatione beneficiorum.*

Deputata ad certos pios vsus, an & quando possint in alios conuerti. Cap. XIX.

1 ACCIDIT sæpè, quòd testatores faciunt legata ad pios vsus, quæ non possunt deseruiri pro vsibus destinatis; & aliquando Ecclesiæ pro earum necessitate, vel vtilitate vellent vti legatis ad alios vsus quam destinatos: quæsi-

tum fuit pluries in Curia Archiepis. Neap. an auctoritate Episcopi id fieri possit: & quia hæc materia est valde vtilis, & frequens, quantum è doctoribus colligere potui, in hoc caput redegi. Sit itaque cōclusio, quòd destinata, siue relicta à fidelibus ad certos pios vsus, non possunt in alios
1 conuerti, sine auctoritate Papæ, *text. clarus in Clem. quia contingit. de relig. domib.* Amplia, vt nec fieri possit cōmutatio à Legato de latere. *Cardin. Imol. Bonif. in d. Clem.* Amplia etiam, si commutatio fieret in melius, *iuxta veriorem opinionem. Lap. Imol. Bonif. in d. Clem. Abb. in c. tua nobis. nu. 4. de testam.* quia voluntas testatoris pro lege seruanda est, *c. vltima voluntas. 13. q. 2.* Amplia etiam, si accedat consensus hæredis; quia non agitur de vtilitate ipsius, cui possit renunciare: sed de seruanda volūtate defuncti. *Card. Imol. Bonif. vbi supra. Felin. in cap. cum accessissent. nu. 19. de constit.*

2 Declara primò, quando res legata non potest deseruire pro vsu destinato, impedimento iuris, vel facti, quia tunc potest fieri commutatio in alios pios vsus, auctoritate Episcopi. *Ita Card. Imol. Bonif. & alij in d. Clem. Innoc. Imol. Abb. in c. nos quidem. per illum tex. de testam. Felin. in d. cap. cum accessissent, Rocch. de Curte, de iurepatronat.* in verbo, *pro eo, nu. 31. Petr. de Vbal. de Canonica Episcopali in 7. cap. principali. Soc. de oblat. lib. 9. q. penult. Mandos. de signatura gratiæ de commutat. vltim. volunt.* Circa quæ impedimenta notandum, quod si impedimentum facti est temporale; & speratur remotio impedimenti, vt, si testator legauit pro succursu Terrę Sāctæ, nec potest iri propter impedimentum facti, debet expectari tempus commodum, *vt in c. non est. cap. quod super his. de voto. Ita Petr. de Vbald. vbi supra.* Quòd verò ad impedimentum iuris, idem Petrus distinguit, quòd, si legatum est factum Ecclesiæ ad vsus honestos, quod de iure adimpleri non potest, tunc fit commutatio: aut ad vsus inhonestos, vt si relinquatur, vt in ea fiant ludi theatrales, qui prohibentur, *cap. cum decorem. de vita, & honest. cleric.* tunc legatum est inutile, & non fit commutatio, *l. filius, ff. de condit. institut. Bart. in l. 1. ff. eod. tit.* Dicitur etiam quid impossibile, quando requiritur dispensatio Principis; quia voluntas Principis habetur pro impossibili. *l. apud Iulianum. §. si. ff. de legat. 1. Imol. in d. c. nos quidem.*

3 Sed hic quæritur, quid si legatum ad pias causas sit pro non scripto, vel caducum, an adhuc debeatur? & veritas est, quòd si principaliter sit relictum pro anima, nempe, pro maritādis aliquibus puellis pauperibus, tūc debetur; secus, si contemplatione personæ, vel collegij; tunc enim non debetur. *Ita Bart. in l. pater. §. Tusculanus. ff. de legat. 3. Abb. & Imol. in c. nos quidem. Anchar. in d. Clem. quia contingit. Tiraquell. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio 38.* & sic per Episcopum potest fieri commutatio in alios pios vsus.

Sed fuit dubitatum, an Episcopus possit hanc commutationem solus facere? & iuxta DD. requiritur consensus hæredis, *ex d. cap. nos quidem ibi tecum. vbi Abb. Petr. de Vbald. & Rocch. vbi sup.* si tamen hæres nollet consentire, posset solus Episcopus. *Fel. in cap. cum accessissent, de constitut.*

quem

*quem ita intelligit Rocch. vbi supra.* Dicit tamen Petr. de Vbald. quod etiam requiritur consensus Ecclesiæ, cui legatur, *ex leg. legatum. ff. de vsufruct. leg. & l. legatum, ff. de administr. rerum ad ciuitatem pertinentium.* Et si nec Ecclesia, nec hęres vellet consentire, Episcopus solus id exequetur, *ex Bart. in d. l. legatum. ff. de vsufruct.*
4 *legat. per l. 1. C. de nupt.* Si hæres contradicat, & Ecclesia consentiat Episcopo commutare volenti, præualebit consensus Ecclesiæ ad tuendam voluntatem defuncti, *d. l. legatum, ff. de admini str. rer. ad ciuit. Ita Petr. vbi supra.* Quando verò dubitaretur, an spiritualitas esset licita necne? recurrendum esset ad Pa pam, *arg. c. ad venerabilem. de elect.*

5 Declara secundò, vt possit fieri commutatio in alium vsum per Episcopum ad tempus, & non perpetuò, & ex aliqua causa. *Ita Marian. Soc. d. libell. 9. per tex. in l. 1. C. de expens. iud. lib. 10.* Vbi dicitur, quòd legatum factum Ciuitati ad certos vsus, non potest perpetuò deputari ad alios, nisi de licentia Principis; sed potest cum licentia Pręsidis ad tempus deputari. Idem videtur tenere *Ant. de Butr. in c. fin. de testam.* sequitur *Fel. in d. cap. cum accessissent.* dicens, quòd legatũ pro anniuersario, potest pro vna vice in aliud expendi, & postea redire ad
6 solitum. Idem tenet *Guliel. de Benedict. in c. Raynutius. de testam. in verbo, reliquit, nu. 19.* & per ista fuit resolutum in Curia Archiepis. quòd redditus cuiusdam Capellæ, deputati pro Missis celebrandis, poterant pro vna vice conuerti in emptionem, paramentorum pro d. celebratione.

Declara tertiò, vt possit fieri commutatio, accedente voluntate offerentis. *Card. Imol. in d. Clem. Fel. Soc. Guliel. vbi supra.*

Declara quartò, in relictis fratribus minoribus S. Francisci, quæ ex priuilegio possunt commutari in alios vsus; sine tamen scandalo hæredum, vt in compendio priuilegiorũm Mendicantium, in verbo, commutatio.

¶ Porrò Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati possunt reuidere commutationes vltimarum voluntatum an fuerint subreptitie impetratæ. *Concil. Trid. sess. 22. de ref. c. 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentia iniusta à Papa in dispensatione matrimoniali incæstuoso viro, quòd operam suam conferat fabricæ Ecclesię, an possit à delegato commutari in aliud pium opus, si vir sit persona nobilis, vel delicata.*
2 *Episcopus, quando possit diminuire pęnitentiam iniunctam à Papa.*
3 *Incæstuosi, qui impetrauerunt dispensationem à Papa, an possint peracta pœnitentia publica contrahere matrimonium; præstita sola cautione per virum, de conferendo operam suam fabricæ Ecclesiæ.*
4 *Dispensatio matrimonialis cõcessa à Papa propter angustiam loci, an sit mandanda exequutioni, si mulier in loco vicino suæ patriæ sui parem inuenire posset.*
5 *Dispensatio est latè interpretanda, quatenus verba sonant.*
6 *Dispensatio matrimonialis ob incompetentiam dotis, qualiter sit intelligenda, & quid si pater habet plures filias, an censeatur posse dotare vnam,*

*si non potest commodè omnes dotare, sed vnam tantum.*

7 *Dispensatione à Papa obtenta super impedimento occulto post contractum matrimonium, an necessarius sit nouus consensus alterius coniugis, ignorantis impedimentum, & an forma Conc. Trid. de nouo requiratur.*

8 *Impedimentum duplex cognationis habens tenetur vtrunque in dispensatione exprimere.*

9 *Dispensatio matrimonialis in quarto, & quinto gradu non requiritur, & quid seruetur.*

10 *Delegatus cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore, neque esculenta, & poculenta, neque pro studendo processui, nec pro accessu, & quid pro transumptu, & quid in Notario.*

11 *Raptus quomodo probetur in materia dispensationis matrimonialis.*

12 *Consanguinitas an probetur per solam confessionem impetrantium dispensationem.*

13 *Dispensatio matrimonialis non est facienda si adest scandalum, quamuis omnia sint probata.*

14 *Consuetudo potest inducere, quod in quinto gradu matrimonium sit nullum quando oritur scandalum.*

15 *Episcopus non cognoscit de subreptione dispensationis matrimonialis facta cum causæ cognitione, nisi subreptio sit notoria.*

16 *Episcopus, coram quo mouetur lis super nullitate matrimonij an possit cognoscere de subreptione dispensationis matrimonialis iam facta à delegato.*

17 *Episcopus cui commissa est dispensatio matrimonialis, si malitiosè differat dispensare, & interim nascatur filius legitimus, an succedat filius.*

## De dispensationibus matrimonialibus magis practicabilia. Cap. XX.

1 FRequentissima est in Curia Archiepiscop. Neapol. materia dispensationum matrimonialium, de qua multa à Doctoribus, signanter ab *Henriquez de matrim. cap. 3.* Ego verò aliqua magis ad praxim accedentia hic inserere volui.

2 Et primò fuit dubitatum in Curia Neap. an possit delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, commutare pœnitentiam iniuncta viro incæstuoso, quòd operam suam conferat fabricæ Ecclesiæ, si sit persona nobilis, vel delicata? Et quamuis Episcopus possit ex causa commutare pœnitentiam iniunctam à Papa, *iuxta Glos. in cap. tempora. 26. q. 6. Fel. Dec. & alios in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudicijs.* id procedit in foro conscientiæ, non exteriori, *iuxta Dec. in d. §. de adulterijs. nu. 31.* tanto minus in delegato, qui tenetur

2 seruare formam commissionis. Nihilominus fuit dictum posse hanc commutationem fieri à delegato, siquidem dispensatio non astringit se ad fabricam tantum, vt indicant illa verba, vel alteri pio loco, quæ fuissent posita in genitiuo, non in datiuo, & re delata ad Vrbem, fuit ann. 1601. rescriptum Curiæ Archiepiscop. posse fieri dictam commutationem. Item fuit rescriptum, quod incæstuosi, qui impetrauerunt

3 dispensationem, non poterant contrahere matrimonium peracta pœnitentia publica, solum præstita cautione per virum de conferendo

operam

operam suam fabricæ Ecclesiæ, sed omnia expleri debent, & postea concedi licentia contrahendi. Fuit etiam per Curiam considerata illa dictio, *tunc*, solita poni in dispensatione, quę denotat extremitatem temporis, *l. 4. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* & illa dictio, *demum*.

4 Aliud est dubium, si dispẽsatio est concessa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in alio loco insigni, vicino suæ patriæ, virum suę conditionis parem inuenire posset? Videtur, quòd nõ, per tex. *in l. hoc modo. ff. de condit. & demonstr.* vbi censetur permissum quid fieri in loco prohibito, dummodo alibi commodè fieri non possit, & non aliter, & dispensatio est strictè interpretanda, *c. 1. & 2. de filijs presb. in 6.* Contrarium fuit seruatum in Curia Archiep. Neap. cum in dispensatione nõ ponatur dicta cõditio: & licet sit strictè interpretanda regulariter; tamen

5 est latè interpretanda, quatenus verba sonant, & natura verborum requirit. *Dec. in d. §. de adulterijs, n. 169.* & etiam priuilegia simpliciter loquentia, sunt simpliciter intelligenda, vt non recedatur à vi verborum, text. *notab. vbi Anto. in c. ad audientiam. de decimis*; & potestas dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda, quando nemini nocet. *c. fin. vbi omnes. de simo.* & si Papa hoc voluisset, expressisset, & contra eum, qui legem dicere potuit, larga est facienda interpretatio, *reg. contra eum. de reg. iur. in 6. Cald. cons. 1. de affin. & consangu.* Non obstat tex. *in l. hoc modo.* quia ibi erat facta prohibitio quid faciẽdi in certo loco, in isto vero casu permis-

6 sio. Circa dispẽsationem impetratam propter incompetẽtiam dotis est notandum, quod sufficit defectus dotis ad contrahendum cum illo, qui mulierem petit, & non cum quolibet sibi pari, *vt probat Nauar. in cap. 22. n. 88.* Nec habetur ratio, quod puella speret magnam hæreditatem, quæ sibi de necessitate non debetur, etiam si sit materna. *Nauar. cons. 19. de rescript.* Sed quid si pater habens plures filias posset commode dotare vnã, sed habita ratione dotis aliarum filiarũ, non posset vnam dotare, an dispensatio sit subreptitia, si exprimat dotis incõpetẽtiam? Dicendũ est, quod nõ nam illud dicitur fieri nõ posse, quod commode fieri non potest, *leg. nepos Proculo, ff. de verb sign. c. faciat. 22. q. 2.* Non obstat dicta per *Affl. in decis. 179. circa l. fi. C. de dotis promis.* quia est diuersa ratio; nam potest prima filia dotari de bonis paternis, secunda de maternis. Notandum prætcrea, quod dispensatio impetrata ab vno coniugum, valet quoad alium etiam

7 ignorantem; cum dispensatio extendatur ad connexa, & inseparabilia. *Gloss. in c. si quis in clero. 7. quæst. 2.* & obtenta dispensatione super impedimẽto occulto, quod altera pars ignorabat, est necessarius nouus consensus amborum, etiam partis ignorantis, ad contrahendum de nouo; & ex stylo ponitur, de nouo præstito consensu. *Nauar. in consil. 14. de sponsal.* Est tamen subreptitia dispensatio, in qua narratum fuit oratores ignorasse impedimentum, si alter coniugum ipsum sciebat, neque talis dispensatio prodest alteri propter indiuisibilitatem, *Nauar. in consil. 16. de consang. & affinit.* & quando matrimonium fuit contra

ctum in facie ecclesia coram Parocho, & testibus, si detegatur impedimentum occultum obtenta dispensatione, potest de nouo contrahi sine Parocho, & testibus; notificata tamẽ alteri coniugi nullitate matrimonij, *ex declaratione Pij V. Nauar. in c. 22. n. 70. Ledesma de matrimonio, q. 45. in fin. Henriquez de matrimonio, cap. 3. §. 6.* & tunc sufficit reualidari consensum matrimonij inter eos aliquo signo expresso, vel saltem per copulam habitã maritali effectu; nec est opus noua licentia Episcopi. Quando verò timetur scandalum, si mulier notificaret impedimẽtum occultum fornicariæ coniunctionis, satis est, si ipsa dissimulando persuadeat viro, dũ beneuolus apparet, vt velit ex tũc ipsam habere pro vxore, sicut ex nunc ipsa pro marito illum acceptat, vel dicat marito se scrupulis angi de cõsensu legitimi matrimonij, & rogat maritum, vt de nouo renouet cõsensum. *Nauar. d. n. 70. & Henriq. d. §. 6.*

8 Item notãdum, quòd habens duplex impedimentum affinitatis, & cõsanguinitatis, debet vtrumque exprimere, alias dispensatio est subreptitia. *Mandos. de litter. gratia de dispensat. matrim.* Idem, quando concurrunt impedimenta publicæ honestatis, & affinitatis, *iuxta glos. communiter receptam in arbore affinitatis*, quidquid dicat *Glos. in c. non debet. de consangu. & affinit.* quæ est intelligenda, quando saltem tacitè fit mentio de impedimento publicæ honestatis. *Abb. Præpos. in d. c. non debet Nauar. consil. 7. de consang. & affinit.* Valet tamen dispensatio quoad impedimentum expressum, sed non potest habere effectum nisi obtineatur super alio; sicut potest quis absolui ab vna excõmunicatione, alia remanente valida, *iuxta Glos. in c. ex parte, de offi. ord.* Itẽ

9 notandum, quòd electio semel facta de viro discreto, cui à Pœnitentiaria commissa est dispensatio, non potest mutari; cum dicatur in Breui, Discreto per latorem præsentium eligendo, & iurisdictio delegata de persona in personam, etiam de consensu partiũ, prorogari non potest, *c. p. & g. de offi. delegat. Nauar. consil. 8. de consangu. & affinit.*

10 Præterea notãdum, quod in quarto, & quinto gradu consanguinitatis, vel affinitatis non requiritur dispensatio, quia computatio fit à remotiori gradu, *cap. fin. de consang. & affinit.* sed ad tollẽdas murmurationes ignorantium iura, solet Curia Archiep. ad instantiam cõtrahere volentium declarare nullum inter eos adesse impedimentum, quin contrahere possint; quando verò impetratur dispensatio ab Vrbe in 3. & 4. vel 2. & 4. gradu, sufficit exprimere remotiorem gradum; sed debent posteà obtineri litteræ declaratoriæ propinquioris gradus, *ex bulla Pij V.* incipiente, *Sanctissimus.*

11 Ad hæc notandum est circa informationem raptus; quod rapta dicitur puella etiam volens, dummodo inuitis parentibus, vel tutoribus, *l. 1. C. de raptu virginum*, & raptus sine violentia esse non potest; qui autem per munera data, aut promissa persuadet puellæ, vt domũ exeat, & ad ipsum veniat, dicitur violentiam inferre. *Nauar. consil. 1. de rapt. ex Ang. in Authent. de leno.* Dum dicit eum, qui allexit vxorem alterius ad adulterandum, muneribus, vel promissis, dici

dici posse adulteratum fuisse illã inuitam. Idem arbitror, si dolosè puellam ad se nolentem accedere per vicinam quis vocari fecerit in domo ipsius vicinæ, in qua ipse manens absconditus, stuprauerit eam, quæ aliàs non accessisset ad dictam domum, si sciuisset stupratorem ibi manere, vt raptus committatur, non tamen cõsideratur raptus sine stupro secuto. *Ang. in l. 1. C. de rapt. Clarus in §. raptus. Mandos. de dispensatione matrimoniali.* Nec consideratur in virgine vltrò sequente, & adeunte virum, amore illius capta, licet stuprata fuerit, nisi persuasa muneribus datis, vel promissis, vt supra dixi. Nec si fuerit stuprata: sed non ducta de loco ad locum. *Doct. in d. l. 1.* neque si esset ducta per vim de vna camera ad aliam, causa commodioris fornicationis. *Mascard. in verb. raptus*, Nec de iure canonico consideratur in virgine desponsata, quæ causa contrahendi matrimonium inuitis parentibus accessit ad virum, licet ab eo stuprata fuerit, *c. fin. de raptor.* sciendum etiam, quod in dubio mulier præsumitur rapta ab homine, nisi esset meretrix, vt latè *per Mascard. vbi sup.* Circa consanguinitatis gradum probandum, solet dubitari, an probetur per solam confessionem impetrantium dispensationem, & videtur, quod sic;
12 siquidem confessio facta in iudicio, plenè probat. *l. 1. C. de confessis, l. generaliter, C. de non num. pecun.* Contrariũ seruatur in Curiæ Neap. ex regula, quod alleganti incumbit onus probandi. *l. ei, qui dicit. ff. de probat.* faciunt notata *per Afflict. in decis.* 377. & per *Brunum, de cess. bonor. qu.* 26. & tradita supra *in c. 4. num.* 18. faciunt etiam illa verba dispensationis. *Diligenter te informes*; quæ non ponerentur, si assertioni impetrantium standum esset.

Quod verò ad probandam cõsanguinitatem per testes de auditu, requiruntur duodecim requisita in dictis testibus, quæ enumerantur *in ca. licet ex quadam. de probat. & latius per Farinac. de testib. q. 69. num.* 103. est
13 tamen aduertendum, quòd quamuis omnia probata fuerint, si adest scandalum, dispensatio fieri non debet ex regula, *c. nihil. de præscript. vbi latè Felin.* quinimmo Episcopus debet impedire matrimonium contrahendum semper, quando est timor futuri scãdali. *Abb. notabiliter in cap. cum in tua de sponsal. per illum textum. Felin. in d. c. nihil.*

14 Et in tantum hoc est verum, vt ratione scandali debeat impediri matrimonium, quod glos. singularis, quam extollit *Abb. in c. super eo in uerbo, consuetudo. de cognatione spirituali,* voluit censeri validum impedimentum ad contrahendum matrimoniũ intra quintum gradum ex consuetudine, quando oriretur scandalum in aliquo loco: & si contraheretur, matrimonium esset nullum.

Vlterius notandum, quod si fuit facta dispẽsatio matrimonialis à delegato, & posteà accusetur matrimonium coram Episcopo, potest ipse Episcopus cognoscere de subreptione dictę dispensationis, vt si fuit expressum vnum pro alio: & ita fuit iudicatum in Curia Neap. ex *Abb. in c. cum venissent. de iudicijs.*

15 Idem dicit *Bald. cons. 97. volum. 2.* aduerte, quòd contra determinationem Curiæ Archiep. facit, quòd cum delega-

delegatus nomine Summi Pontificis dispensauerit cum causæ cognitione, non potest ordinarius se intromittere, nisi subreptio fuerit euidens, ex confessione partis, vel tenore bullæ, *c.2.de confirmat.vtil. vel inutil. Abb. in c.1.eod.tit. Hieron. Gabriel. notabiliter hanc materiam declarans. consil.* 182. quare intelligenda est Praxis, vt cognoscat Episcopus de subreptione dispensationis matrimonialis, quando præsentatur ei dispensatio, & ipse debet adhibere causæ cognitionem, secus quando alius commissarius dispensauerit nomine Pontificis cum causæ cognitione, nisi euidens, & notoria fuerit subreptio, *ex d.capit.2.de confirmatione.*

16 Vltimò notandum, quòd magna diligentia debet vti delegatus, cui cõmissa est dispensatio, *propter angustiã loci, aut incompetentiam dotis*; quia vt plurimum dictæ dispensationes solẽt esse subreptitiæ; & propterea solet aliquando Curia se informare ex officio, & non examinare testes à parte productos, maximè, quando personæ, quæ intendunt contrahere, sunt infimæ qualitatis, & locus nõ est valde angustus, nempe Casale Afragolæ, aut oppidum Turris Octauæ.

Notandum etiam, quòd quando impetratur dispensatio à Papa, dummodo augeatur dos, non admittitur in Curia Archiep. vir ad constituendum dotem simpliciter super omnibus bonis suis; sed in specie debet ostendere, si habet bona, vt sit consultum vxori in casu eius mortis, ne de nouo indigeat tali dispensatione.

Notandum præterea circa hoc caput dispensationis matrimonialis,
1 quod si ex dispositione testatoris nõ possunt aliqui succedere, nisi fuerint nati ex legitimo matrimonio, & quidam consanguinei de facto contraxerunt matrimonium, & postea impetrauerunt dispensationem à Papa directam Episcopo, qui cum eis dispẽsaret: si Episcopus malitiosè adhibuit moram, in dispensando, & interim filius natus est, qui natus esset legitimus, si Episcopus dispensasset, an talis filius succedat? *Gregorius Lopez super l.2.part.2.tit.15. Glos. 9.* tenet, quod sic, cum dispensatio debita fuerit, *argum.text.in l.intestato.§.1.ff.de suis.& legitimis. & l. Herennius. ff. de statu hominum*. Sed hodie Papa solet in dispositione dicere, prolem legitimantes; sed nota doctrinam, quia poterit deseruire in aliquo casu.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter affines transuersales in primo gradu non est prohibitũ iure naturali, nec diuino, sed tantum positiuo, super quo Papa dispensat.*

2 *In lege Moysis vna fœmina non potest nubere duobus fratribus, nisi frater sine liberis decedat.*

3 *Vnus tamen vir poterat ducere duas sorores, excepto casu dum prima scilicet vxor viuebat.*

4 *Ius Canonicum prohibet contrahi inter affines vsque ad quartum gradum.*

5 *Æqualis videtur prohibitio, & impedimentum primi gradus affinitatis, & secundi consanguinitatis.*

6 *Papa ex ordinaria potestate dispensat in primo gradu affinitatis, etiam quod hoc possit trahi in exemplum.*

7 *Papa non consueuit dispensare in gradibus*

*bus prohibitis.* Leuit. 18.

8 *Papa consueuit dispẽsare in primo gradu affinitatis tàm ante, quàm post Concilium Trid.*

9 *Pœnitentiaria solet dispensare in primo gradu affinitatis, tàm ex copula licita, quàm illicita.* & n. 13.

10 *Natura producit sanguinis vnitatem per copulam licitam, & illicitam.*

11 *Affinitas producitur ex eo, quod per sanguinis mixtionem duo fiunt vna caro.*

12 *Copula matrimonialis includit impedimentum publicæ honestatis.*

14 *Subditus non potest ex iustitia dispensationem petere, sed debet misericordiam, & clementiam Superioris implorare.*

15 *Causa sufficiens ad dispensationem est scandalum, & diffamatio.*

16 *Bonum pacis, euitatio inimicitiarum.*

17 *Causa, & misericordia Pontificis.*

18 *Prærogatiua meritorum supplicantiũ.*

19 *Incompetentia dotis.*

*Interest Reipublicæ, vt mulieres habeant dotem competentem.*

20 *Angustia loci.*

21 *Consuetudo alias obseruata.*

22 *Opinio grauissimorum virorum quod causæ propositæ sunt sufficientes saltim simul vnitæ.*

23 *Causæ supradictæ videntur sufficientes ad dissoluendum matrimonium ratum, non consummatum.*

24 *Item ad obtinẽdam dispensationem in primo, & secundo gradu consanguinitatis.*

25 *Gradus primus cõsanguinitatis est prohibitus lege Mosaica.*

26 *In Conciliaribus decretis semper excipitur Potestas Papæ.*

27 *Concil. Trid. sess. 24. cap. de reformat. matrim. declaratur. n. 29. & 30.*

28 *Rigor Canonum relaxari potest ex causa, ac etiam ex causa inter plebeios dispensari.*

31 *Matrimonum præcedere debent tres denunciationes; & quibus in casibus omitti possint.*

32 *Denunciationes matrimonium præcedentes fieri non possunt diebus ferialibus.*

33 *Denuncians impedimẽtum matrimonij debet iurare.*

34 *Quomodo probetur mors viri pro muliere, ad effectum transeundi ad secundas nuptias.*

## An Papa possit dispensare, vt quis cõtrahat cum sorore vxoris defunctæ.

Beatissime Pater, dispensandum videtur cum D. Titio nobili Barchinonen. vt ducat in vxorem nobilem Titiam sororẽ primæ vxoris eiusdem iam defunctæ.

1 Nam de potestate Sanctitatis Vestræ dubitari nõ potest absque fidei errore cum ab omnibus Theologis, & Canonistis præsertim his temporibus sit cõmuniter receptum matrimonium inter affines transuersales in primo gradu non esse prohibitum iure naturali, nec diuino, sed tantum positiuo, super quò Papa dispensat *Caiet. ad D. Thom. 2. 2. qu. 154. art. 9. ad 5. Sotus in 4. dist. 41. q. vnic. art. 3. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 27. Nauarr. in Man. ca. 22. nu. 84. Couar. super 4. Decret. par. 2. cap. 6. §. 10. num. 7. Petrus Ledesma de matr. q. 55. art. 7. Loazes innumeros referens in tract. de matrim. Regis Angliæ dub. 1, num. 94. & dub. 2. in 2. fundamento partis affirmantis nu. 30. & in respons.* ad

*ad* 1. *nu*. 15. & habetur expresse *in c. fin. de diuortijs*, vbi omnes Scribentes.

2 Quod eo magis in hoc casu dicẽdum est. Nam licet in lege Moysis prohibitum esset generaliter ne vna fœmina nuberet duobus fratribus, *Leuit*. 18. *& c*. 20. excepto vno casu, videlicet quando frater sine liberis decesserat *Deut*. 25.

3 Tamen in eadem lege Moysis non erat prohibitũ, sed generaliter permissum vnum virũ ducere duas sorores excepto vno casu, videlicet dũ prima vxor viuebat, vt habetur expresse *Leuit*. 18. *c. num*. 18. vbi dicitur: Sororem vxoris tuæ in pellicatum non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Et ità hunc locum intellexerũt *Nicol. de Lyra, Abulen. & Vatablus ibidem; Caiet. in tract. de matrim.* cum relicta fratris, & *Bellarmin. lib*. 1. *de matrim. cap*. 27. *col*. 1303. *Hieronymus ab Oleastro cap*. 13. *fol*. 170. *Sotus in* 4. *distin*. 41. *q. vnica art*. 3. §. *in cuius cõfirmationem*. *Loazes vbi supra dub*. 1. *nu*. 68. *in fine*. Quod etiam hactenus obseruarunt Hebræi, qui indistinctè ducunt in vxorem sororem primæ demortuæ.

4 Quare in hoc casu tota prohibitio pẽdet ex dispositione Iuris Pontificij prohibentis matrimonium cõtrahi inter affines vsque ad quartũ gradũ *c. non debet de consang. & affin.* cum alijs vulgatis.

5 Immo, & satis probabiliter dicunt Doct. æqualem esse prohibitionem, & impedimentum primi gradus affinitatis, & secundi consanguinitatis, *Petr. Ledesma de matrim. d. qu*. 55. *art*. 7. §. *his non obstantibus*.

Et ratio est. Primò, quia si comparetur excessus gradus, vel gradum cum excessu propinquitatis, & coniunctionis sanguinis ad affinitatem, benè compensatur excessus maioris gradus affinitatis primi gradus cum excessu maioris coniunctionis sanguinis secundi gradus consanguinitatis.

Secũdò, quia affinitas primi gradus contrahitur mediante consanguinitate etiã primi gradus; & ideò non est tantæ potentiæ, nec æqualiter, impedit, vt consanguinitas primi gradus, nec tantum peccat incæstuosus in isto primo gradu cum sorore vxoris, quam in primo consanguinitatis, videlicet cum propria sorore, *Caiet. d. quæst*. 154. *d. art*. 9.

Tertiò, quia moraliter loquendo ex secundo gradu consanguinitatis sequitur maior, vel æqualis familiaritas, & securitas habitationis, quã sequatur ex primo affinitatis & ideo moraliter loquendo possunt æquiparari hæc impedimenta, quia ratio propter quã Ecclesia apposuit matrimonio impedimentum affinitatis est propagatio amicitiæ familiaritatis, & societatis, *ca*. 1. 35. *q*. 1. *& D. Thom. vbi supra*.

6 Neque hoc impedimentum est tãtæ difficultatis, vt ad illud tollendũ ex iusta causa in casibus particularibus, requiratur vsus potestatis extraordinariæ, & absolutæ Pontificis, sed potestas ordinaria sufficit, *Hieronym. Paul. in pract. Cancel. tit. de not. super dispensat. matrim.*

Et ratio est, tũ quia in huiusmodi dispensatione sufficit clausula generalis, & ordinaria non obstantibus etiam derogatiua Canonum,

etiam

etiam Concil. Trident. contrariorum.

7 Tum quia Doctores exaggerantes gradus, in quibus Sedes Apostolica non consueuit dispensare, nisi de potestate absoluta ad summum extendunt illos ad gradus prohibitos, *Leuit*.18. vbi non prohibetur affinitas primi gradus vxoris mortuę vt dixi. Tum quia non est tàm tata hæc dispensatio, vt sunt illæ, quæ

8 potentiam absolutam requirunt: siquidem multæ similes, & etiam difficiliores dispēsationes reperiūtur factæ diuersis temporibus, & tā post Concil. Trid. quàm antea.

Nam plures à diuersis Pontificibus cōcessas esse refert *Magister Sent. in* 4. *dist*. 41. §. *effectus autem*. & quotidie concedi, refert *Ang. l. fin. C. de incast. nupt.* prout illum refert *Loaz. d. dub. num*. 38. qui & quinque ex illis refert *ead. dub.* 2. *in secundo fundamento partis affirmatiua nu*. 36. & 37. & alias etiam refert *Bar. Spina in tract. de potest. Papa super coniug. in gradibus prohibitis, num*. 11. & alias, *Caiet*. 2. 2. *q*. 154. *art*. 9. Et ab Alexandro Sexto vnam concessam refert *Sot. in* 4. *dist*. 41. *d. q. vnica, art*. 3. & à Paulo Tertio reperiuntur sex concessæ in indice registri, & signāter concessa Petro de Aluarado, vt duceret in vxorem Franciscam de la Cueua sororem Beatricis, etiam de la Cueua primæ vxoris demortuæ. Et Bernardino Cotinyo, vt duceret in vxorem Ioannam de Menesses, sororem etiam de Menesses vxoris suę premortuę. & à Iulio Tertio vna concessa Castanyo Vello, & Briolāge Dorrego sororis Beatricis Dorrego vxoris d. Vello. Et ab eodem Iulio Tertio alia concessa Gaspari de Spinosa, & Speransæ Espelleta. & à Gregorio XIII. reperiūtur etiā concessæ aliæ sex *in lib*. 2. *matr*. & à Clemente VIII. vna concessa Comiti de Salinas, & alia cōcessa Marcello Barzaca loci sanctæ Seuerinę, & alię quamplurimę ab alijs Pontificibus.

9 Tum quia Pœnitentiaria vtendo potestate ordinaria Pontificis solet quotidie dispensare in primo gradu affinitatis ex copula illicita, etiam si nullum scandalū timeatur, *Nauar. cons*. 1. *de consang. & affinit. in fin.* At verò per copulam illicitam ęqualiter contrahitur affinitas, atque contrahitur ex licita, & matrimoniali, *Siluest. in verb. matrim*. 8. *numero* 15. *Couar. in* 4. *lib. Decretal*. 2. *part. c*. 6. §. 7. *num*. 2.

10 Et ratio hęc est, quia materia eodem modo producit sanguinis vnitatem per copulam illicitam, ac per copulam licitam. *Hostien. in summa tit. de consang*. §. & *vnde dicatur, n*. 13. & *tit. de affin*. §. *quid sit affin. num*. 1. *Prosdor. de Comitibus in arbore consang. & affin. n*. 17. Ex eo autem quod

11 per sanguinis mixtionem duo fiunt vna caro, producitur affinitas, *cap. fraternitatis*. 35. *quæst*. 10. cum alijs vulgatis.

12 Nec obstat, quod copula matrimonialis includat aliud impedimētum ratione Sacramenti, nam hoc est impedimentum iustitię publicę honestatis tantum, *Abb. c. sponsam de sponsal. numer*. 2. *Angel. verb. matrim. in* 14. *impedimento numero* 1. *Nauar. cons*. 4. *de consang. & affin.* & fuit alias resolutum in sacra Congregatione Concil. Trid. Hoc autem impedi-

pedimentum tollitur quotidie per ordinariam potestatem Pontificis vti ab Ecclesia tantum introductũ.

13 Immo & Pœnitentiaria non solum consueuit dispensare in primo affinitatis ex copula illicita, sed etiam copula licita, quando impedimentum est occultum; *Rebuff. in reg. de dispens. in gradu prohibito, glos. 7. n. 6.* & exemplum potest esse, vt si quis ante Concil. Trid. clandestinè contraxisset cum aliqua, cuius sororem vellet publicè ducere, post Concil. Trident. prima demortua.

14 Quamobrem tota difficultas reducitur ad sufficientiam causarum, nam legitimis causis cõcurrentibus dispensatio videtur quasi debita à superiore, licet non possit subditus ex iustitia illam petere, sed clementiam, & misericordiam Superioris implorare, *gloss. in c. vt constitueretur. verb. detrahendum. & c. domino sancto. ver. necesse. 50. dist. & c. exigunt. vers. causæ. 1. q. 7. Abb. in c. consilium. nu. 4. de obseruat. ieiunij. Rebuff. vbi sup. n. 3. Stafileus de litter. gratiæ, & iustitiæ, fol. 139. p. 2. Gambar. de offic. legati lib. 10. nu. 167.*

15 Et proculdubio in hoc casu reperiuntur sufficientes, & vrgẽtes causæ, nam de iure sufficiens causa dispensandi super impedimentis consanguinitatis, & affinitatis, est necessitas vitandi scandala, *c. quia circa, de consang. & affin.* vbi *Abb. nu. 2. & cap. 2. de dispens. impub. Archid. c. tali 1. q. 7. Roman. cons. 307. nu. 4. Felin. in c. 2. n. 3. vers. 54. de præscript. & cons. 26. num. 2. Summa Angelica. ver. Papa, §. 2. circa finem. Staphileus vbi sup. Mandos. in pract. Signatura gratiæ de dispens. matrim.* At hæc causa militat in hoc casu; nam propter affinitatẽ, & spem matrimonij d. Agnes egit familiarius cum d. Alexandro, qui illius domum frequentauit, & cum illa remotis arbitris sępius cõuersatus fuit, & in eadem mensa comedit: ex quo fama etiam publica, quamuis falsa, suborta est copulam inter illos subsecutã: & ideo si mediante Apostolica dispensatione matrimoniũ non fieret, d. Agnes diffamata, & innupta remaneret, & cum maximo scandalo, & infamia.

16 Secũda causa sufficiens de iure est bonum pacis, & euitatio inimicitiarum, & effusionis sanguinis humani *c. 2. & ibi Abb. num. 4. de disp. impub. Præposit. c. de illo 32. dist. Abb. c. quia circa nu. 2. de consang. & affin. Staphileus, & Mãdus. vbi sup. Loazes vbi sup. dubit. 3. nu. 19.* Quæ causa hic etiam concurrit; nam consanguinei oratricis sunt nobiles, & potentes: & verisimile est, quod nisi contumelia recepta mediante matrimonio, Sedis Apostolicæ auctoritate contrahendo, emendetur, eandem oratricem interficient, & inter eos, eorũque integras familias grauia dissidia, inimicitiæ, odia, & etiam bandositates, vt vocant, euenire possent: præsertim stante consuetudine nobilium illius Prouinciæ, qui ad vindictas, & bandositates exercendas nimis prompti, & parati sunt, & inter se quasi intestina, & ciuilia bella frequentius gerunt, nõ obstante potentia iustitię temporalis, quoniam illa est legibus patriæ coarctata, & limitata; & ideo dictas seditiones, & bandositates cõprimere non potest. Et de hoc periculo fidem fecerunt Episcopi Barchin.

chin. & Vicen. dictorum oratorum Ordinarij, vti de præmissis benè informati. Et fuit etiam auctum hoc periculum; quia Dux N. Barchinonem pertransiens, attestatus fuit se adeo expeditionem huius dispensationis benè dispositam reliquisse vt breui, dubio procul sperari posset. Quod à consanguineis dictę oratricis propter excellentiam tanti Principis facilè creditum fuit; & ideo si dispensatio non obtineretur, possent credere, vel culpa, vel dolo d. Titij impeditam fuisset.

17 Tertia causa est pietas, & misericordia Pontificis, §.*nisi rigor*, 1.*q*.7. *c.ipsa pietas* 23.*q*. 4. Quæ etiã in hoc casu concurrit. Quia oratrix est nobilis pauper, & orator magnis laboribus, impensis, periculis, & incommodis personaliter ad Vrbẽ accessit, & in ea per quadriennium commoratus fuit, instãter pro huiusmodi dispensatione obtinenda fel. rec. Clementis VIII. supplicando, non sine spe illam obtinẽdi, cùm à principio, & sæpius fauorabilem inclinationem illius cognouerit, de illaque benè sperandum præfatus Dux pluries affirmauit.

18 Quarta causa pro dispensatione obtinenda est prerogatiua meritorũ supplicanrium pro dispensatione, *c.tali*, 1.*q*.7. *Abb.in c.de multa. n.* 7. *de præben. Gambar.de auctor. Legati*, *lib.* 10.*nu.* 176. *Loar. vbi supra*, *dubit.* 3.*num.*1.*Dec.c.etsi Clerici*. §.*de adulterijs*, *numero* 24. Quæ etiam causa in hoc casu concurrit; Nam pro dispensatione obtinenda supplicat Catholica Maiestas testans d. Titium esse de se, & de Republica Cathaloniæ benemeritum; supplicant etiam instantissimè Dux, & Ducissa N. N. quorum merita sunt Sanctitati Vestræ benè cognita.

19 Vltima causa est incompetentia dotis; nam Reipublicæ interest mulieres, præsertim nobiles, dotem competentem habere, *l.*1.*solut.matrim. Nauar.c.*15.*de consang.& affin. n.* 1. Et hæc causa concurrit in hoc casu, quia d. Titia dotem minus cõpetentem habet, quæ competenter augebitur à d. Titio.

20 Sexta causa est angustia loci, vt patet ex quotidiano vsu Datariæ: quæ etiam concurrit; nam d. Titia, est oriunda ex Ciuitate Minorissæ Vicen. Dioc. in qua virum paris cõditionis reperire non posset.

21 Septima causa est cõsuetudo alias obseruata in similibus dispensationibus, *Abb.& Gemin.* relati per *Pigpos.in cap.consequens.* 11. *dist.num.*6. *Mandos. vbi sup. ver. alia causa*. Quæ causa etiam in hoc casu concurrit, quia, vt dictum est, consueuerunt Pontif. Romani in hoc gradu dispensare. Accedat etiam pro cau-

22 sa opinio multorum, eorumq. grauissimorum, & in tegerrimorũ Doctorum existimantiũ prædictas causas esse sufficientes ad dispensationẽ præfatam concedendam: qua ratione vtitur in simili casu *Nauarr. cons.* 1.*& 3.num. 7.de his quæ vi &c.*

Et licet vnaquæq. ex dictis causis non esset ad dispensandum in casu, de quo agitur; tamen ex multis insufficientibus causis potest vna sufficiens fieri, *Nauarr. cons.* 3. *de spons. num.* 4. *& cons.*3.*de his, quæ vi, nu.*7. *&* 8. *& cons.*11.*de simon.nu.*3.

23 Et quidem istæ causæ sufficerẽt ad dissoluendum matrimonium ratum

F non

non consummatum, *Caiet. lib. 1. opusc. c. 7. Nauar. cons. 3. de spons. nu. 2.* At verò nõ est difficilior dispensatio in primo gradu affinitatis proposito, quam sit dissolutio matrimonij rati non consummati.

24 Sufficerent etiam dictæ causæ, & quælibet earum ad obtinendam dispensationem in primo, & secundo gradu cõsanguinitatis in linea Collateralium, vt docet quotidianus vsus Datariæ: ergo ad dispensationem de qua agitur, sufficient. quæ

25 multo facilior apparet, nã ille gradus consanguinitatis erat prohibitus lege Mosaica, *capitul. 18. Leuit. glos. c. Pittacium 30. q. 3. vers. sorores*, & ideo multò fortius prohibetur ab Ecclesia, quam iste affinitatis, qui d. lege Mosayca prohibitus non erat, *c. littera, de restit. spoliat.* & per consequens in eo difficilior est dispẽsatio, *Rom. cons. 327. Loar. d. dubit. 2. ad secundum, nu. 5.*

Quamobrem in hoc casu cõcurrunt plurimæ virtutes, quæ Sanctitatem Vestram ad petitam gratiam concedendam, mouere debent, nimirũ misericordia subueniens grauissimæ necessitati dictorum oratorum, & charitas vetans graue, & publicum scãdalum, inimicitias, & nocumenta plurimorum; gratitudo quędam erga Maiestatem Catholicam, & Ducem, & Ducissam N. N. & benignitas erga humilem, & cõstantem subditum; nec non iustitia distributiua, cùm gratia non concedatur nisi præcedentibus legitimis causis, & laboribus per oratorem passis, multisque expensis factis.

26 Nec obstat nouissima prohibitio *Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 5.* vbi dicitur: In secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Nam respondeo primò, in conciliaribus decretis sẽper excipi potestatem Papæ, *c. significasti, de election.* & in specie decreta Tridentini fuerunt supposita reformationi, & confirmationi Sedis Apostolicæ, vt in fine dicti Conc. legitur.

27 Secundò, idem *Trid. sess. 25. c. 18. de reform.* generaliter declarauit, quod rigor Canonũ relaxari potest si vrgens, iustaque ratio, & maior quãdoq; vtilitas hoc postulet, prout in hoc casu postulat ex dictis.

28 Tertiò; experiẽtia docuit non posse obseruari rigorẽ dicti decreti nisi cum magnis, & grauibus scandalis, & incommoditate fidelium; & idcirco illo nõ obstante Sedes Apostolica consueuit frequentissimè dispensare in secundo consanguinitatis non solum inter nobiles, sed etiã inter plebeios, & infimos quoscũq; iustis causis concurrentibus, in eodem decreto minimè expressis. Non obstat si dicatur dispensationẽ huiusmodi futuram scandalosam in illis partibus; nã dicti Episcopi Barchinonen. & Vicen. testati fuerunt ab omnibus desiderari hanc dispẽsationem, & illam, vt remedium ad vetanda scãdala, quæ oriri possunt, proposuerunt.

29 Nec obstat dicere dari occasionẽ ad similes dispensationes petendas. Nam hoc satis sublatum videtur cũ difficultate p quindecim annos hactenus facta ĩ hac dispẽsatione obtinẽda: rarissimi. n. erunt, qui tot incõmodis, laboribus, & sũptib. audeãt similes dispensationes procurare.

Quod

Quod si pro aliquo tempore cōcedenda videatur hæc dispensatio, certè quam primum illam concedere expedit; sunt enim elapsi quindecim anni ex quo de hoc matrimonio tractari cœptum fuit.

Ita sentio de suprapofita causa, scilicet, quòd licitè expediri possit à Sanctiss. D. N.

*F. Ioannes Rada.*

Idem sentio *Fr. Didacus Aluarez Regens Mineruæ.*

Multa ex his, quæ in his tribus præcedentibus folijs deducta sunt, vigent in fauorem dispensationis, quæ petitur à Titio, & Titia, & sic censeo licitè posse S. D. N. eorum supplicationi annuere.

*F. Ludouicus Ystella.*

Prædictarum causarum probabilitati, ac pietati subscribo.

*F. Thomas Gonzales Mag.*

Multa ex his, quæ in hoc discursu afferuntur, satis ostendunt S. D. N. posse licitè in eo matrimonio dispensare.

*F. Thom. Maluenda Mag.*

Dispensatio, quæ hic petitur, cadit sub potestate Papæ etiam ordinaria; & rationes sufficientes videntur subesse, ob quas concedatur.

*Ita censeo Petrus Lombardus Archiepisc. Armacanus.*

Cadere sub potestatem ordinariam, etiam Sedis Apostolicæ, dispensationem, quam prædicti oratores postulant, & esse sufficientes rationes productas in hoc scripto, vt Sanctiss. D. N. Paulus V. misericorditer illorum precibus annuat, & cum illis dispenset ad legitimè contrahendum, sentio, saluo tamen meliori iudicio.

*F. Greg. Nuñius Coronel Doctor Theol.*

Certum mihi est posse Summum Pontificem de potestate sua ordinaria super eiusmodi impedimento dispensare: & vt in præsenti casu dispenset, causæ satis vrgentes adesse videntur.

*Ita censeo ego Fr. Ioan. Antonius Bouius Sacr. Theol. Doct.*

Visis causis ad hanc dispensationem allegatis, iudico D. N. Sanctiss. PP. non solum posse, verum (meo videri) tenere, quia constat mihi de veritate dictæ causæ, qui per totam Cathaloniam deambulaui visitans Prouinciam illam, vnde noui conditiones gentium ibi commorātium. quare non solum timenda sunt pericula, quæ ibi connumerantur, sed teneri euentura, & sic cùm causæ aliæ quamplurimæ cum hac vrgentissima, concurrant, poterit optimè cum prædicto dispensare, & conuenit.

*In Ara Cæli Fr. Franciscus de Nezzeca.*

Rationes superiores propositas, tam iuris pro defensione potestatis Pontificiæ, ad concedendam postulatam dispensationem, quam facti ad illam impetrandam à consueta bonitate Sanctiss. D. N. Pauli V. valde rationabiles esse testor.

*Ego Fr. Iacobus Lebossu Doct. Theol. ex facultate Parisien.*

Cum expediat, vt Sanctiss. vtatur potestate ordinaria sibi à Domino tradita, quando iudicio prudētum, & immediatorum Prælatorum causæ huiusmodi concurrunt, in quibus ędificatio, & salus animarum id postulant, existimo præsentem casum esse vnum ex his.

*Barthol. Perez de Niceros.*

De poteſtate Pontificis in ſimili diſpenſatione non poteſt dubitari ſubſiſtente cauſa. In hoc autem caſu videntur cauſæ ſufficientes, cum debeat nedum licite concedi, ſaluo &c.

*Benedictus Iuſtinianus.*

Cauſæ videntur iuſtæ, quas Doctorum iudicium probat, & diſpenſatio honeſta, quā paterna Sanctiſſimi pietas ſuadet, quamque oratorum neceſſitas quodammodo exigit, ſaluo &c.

*In Collegio Romano Societatis Ieſu Kal. Septembris 1605.*
*Io. Baptiſta Villalpandus.*

In hoc caſu videntur concurrere ſufficientes cauſæ, ob quas debeat huiuſmodi diſpenſatio cōcedi; cum tot ſcandala, quæ inter tot, & adeo nobiles familias certo timentur, cauſa ſit publica, quæ poſſit, & debeat Sanctiſſimum mouere ad hanc diſpenſationem cōcedendam, quam ex publica cauſa concedendam eſſe Patres Concilij Trid. dixerunt.

*Ferdinandus de la Baſtida.*
*Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 5. de refor. matrim.*

30 Inter magnos Principes. Quinam ſint magni Principes, de quib. Concilium ſenſit: an Comes, qui non recognoſcit ſuperiorem præter Papā, aut Imperatorem, quoad propoſitū cenſeatur magnus Princeps. Item an Concilium requirat, vt etiam inter magnos Principes adſit cauſa publica, vel potius dictio (&) reſolluatur in alternatiuam: & an extra magnos Principes cōſiderari poſſit cauſa publica, quę iuſtificet diſpenſationem in ſecundo gradu, vt puta ad ſedandas inimicitias in Ciuitate cùm Reipublicæ interſit pacem inter ciues conſeruari *l. congruit. de offic. Præſid.* Cæterum ſuperſedendo quæſtionibus, ſicut in caſu præciſo exceptionis, diſpenſatio videtur quodammodo debita, ita relinquitur iudicio Papæ, vt attenta perſonarum, cauſarumq. qualitate prout magis, minusvè accedūt ad magnos Principes, & publicas cauſas, annuere, vel abnuere valeat diſpenſationibus. Sic Congregatio cenſuit diſpenſandum in ſecundo gradu inter primates, ad componendam ciuitatem Hiſpalen. quæ alias diuiſa foret in ſeditionem, ob inceſtum commiſſum; ſi modo de tali periculo extaret publicum teſtimonium Regis.

*Felix Contel.*

¶ Quia matrimonium debent præcedere tres denunciationes, *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 1.* nonnulla circa huiuſmodi denūciationes, maximè circa illarum omiſſionem, quæ aliquando licita eſt, addenda putaui. Notandum eſt igitur, quod vbi dubitatur probabiliter matrimonium malitioſè impeditū iri, Epiſcopus poteſt arbitrio ſuo remittere etiam omnes, prout viderit magis expediri. *d. Conc. Trid. cap. 1. verſ. quod ſi quando.*

Veruntamen, quia Epiſcopus debet iudicium ſuum cum ratione regulare, ideo ab re eſſe non videtur ſi aliquæ hic cauſæ relatæ à Doct. referantur.

Prima igitur eſt ipſa à ſac. Conc. expreſſa.

Secunda deſumitur ex *Palud. in 4. diſt. 28. q. 2. art. 3. concl. 3. Henric.*

*Boteo*

*Botco de Synod.p.4.art.1.Nau. in Manual.c.22.num.70.* nimirum inæqualitas contrahentium, vt si senex iuuenem, nobilis ignobilis.

Tertia desumitur ex *Soto in 4.dist. 28.p.1.art.2. Io. Segura in direct.iud. Ecclesiast.p.2.c.16.nu.3.* videlicet vbi quis est constitutus in articulo mortis, & vult contrahere cum concubina.

Quarta desumitur ex *Segura d. c. 16. p.2. Caiet. tom.3.opusc.q.1. de vsu matr.* quando virgo est sub tutela iniqui tutoris, & dubitatur ne eam tradat impari.

Quinta ex eodem Segura loco citato, quando vir fœminam deflorauit, & damnum emissæ virginitatis reparare intendit contrahendo matrimonium, & periculum est in mora si matrimonium differatur.

Alij addebant ex *Palud. loco cit.* esse bonam causam omittendi denunciationes, timore parentum ne impediant. Sed placet *consil. 69. Menoch. & Gutierez lib. 1. can. quæst. cap 19.* qui bona ratione defendunt hanc nō esse iustam causam cum licitum sit patri consulere filio, & eo magis si ageretur de contrahendo cum aliqua inhonesta muliere, vel ignobili, quo casu tenetur filius audire patrem, & nisi obediat peccat mortaliter, secundum S. Bonauenturam relatum à *Nauar. qui idem tenet in Manual. c.14.nu.15.* Tandē apparet, quod non est ista iusta causa. quando tamen pater impediret sine iusta causa, aliter esset dicendum.

Aliam causam alij deducunt, nempe instantiam Aduentus, vel Quadragesimæ. Sed re vera sac. Cōgregatio ad instantiam bon. mem. Reuerēdiss. Petri Georgij Odescalchi Prælati integerrimæ vitæ, & spectati exempli, tunc Episcopi Alexandriæ, respondit talem instantiam Aduentus, & Quadragesimæ non esse iustam causam dispensandi super huiusmodi denunciationibus, ac proinde Conc. Prouin. Mediol... tit..... sanctissimè statuisse declarationem, quam vidi, & asseruatur in Curia Episcopali Alexandr.

32 Porrò denunciationes fieri nō debent dieb. ferialibus, sed potius sūt omittendæ: nam Concilium statuit, vt fiant tribus contiguis diebus festiuis. Vnde Episcopus non potest facere, vt fiant diebus ferialibus, quia facit contra Concil. & sic nulliter, *per c. cum inferior, c. quod super his. de maior. & obed.* si factis denunciationibus, aut alias, aliquis defert

33 impedimentum matrimonij, recipi non debet sine iuramento: si verò impedimentum est falsum, debet grauiter puniri ab Ordinario, *glos. & Doct. in c. cum inhibitio. de clandest. desp.* & tenetur ad interesse, si matrimonium non sequatur, *Segura d. c. 16. n.24. par.2. Franc. Marc. decis.52.*

Ad impediendum autem an sufficiat vnus testis, dicit *Ostien. in c. præterea el 2. de spons.* quod est in arbitrio iudicis, an dictum vnius impediat matrimonium, & maximè si sponsalia sint iurata.

Testis de auditu, vel sine iuramento, an impediat, *cap. 1. de consang. & affinit.*

Fama autem de impedimento sufficit ad impediendum, siue sponsalia sint iurata, siue non. *Doct. commun. in dict. cap. pratera. contra gloss. ibidem.*

Sed quia frequēs est casus viduarum, quæ transeunt ad secundas nuptias; notandum proinde est perquamattentè, quod nullatenus eis danda est licentia contrahendi, nisi constito de morte viri per certum nuncium, iuxta *cap. in præsentia. de spons. & ibi Abb.*

34 Probatur autem mors viri per librum defunctorum parochi: per testem de visu cum publica fama: & per alios de publica fama. & fama per se facit violentam præsumptionē quando vir erat senex, & diu absfuit, vel nauigauerat, & passus est naufragium, vel fuit in acie belli, nec redijt, *Abb. & alij in d. c. in præsentia, text. & glos. in c. quoniam frequenter, §. fin autem, vt lit. non contest.* vbi alia sunt exempla.

Cauti tamen sint Parochi ne procedant ad celebrationem matrimonij viduarum incōsulto Ordinario, quantumlibet haberent testes alioquin veridicos: quia si postmodum non viduam, sed coniugatam adhuc reperiri contingeret, posset Parochus puniri, nec excusaretur ex tali testimonium etiam duorum, prout sacra Congregatio supremæ Inquisit. excusatū non habuit quendam Parochum Alexandriæ, qui fretus testimonio cuiusdam I. C. & alterius quos fide dignos putauit, cōiunxit quandam è sua parochia, & paucos post menses redijt primus maritus. vnde fuit suspēsus ab exercitio curæ animarum.

*I. A. M.*

*SVMMARIVM.*

1 *Lite pendente super matrimonio, quando possit interdici carnale commercium.*

2 *Lite pēdente super matrimonio sunt præstanda vxori alimenta, & quando; & an repetantur: & si sint præstanda cum cautione.*

3 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit de restitutione dotis.*

4 *Matrimonium quando separatur quoad thorum, & habitationem ex culpa viri, debet restitui dos, & donatio propter nuptias.*

5 *Testes contra matrimonium debent esse omni exceptione maiores, & an talis qualitas, præsumatur.*

6 *Parentes quando sint idonei testes pro matrimonio filij.*

7 *Denunciator potest esse testis in causa matrimoniali, & quando.*

8 *Testes de auditu deponentes super consanguinitate, debent habere plura requisita.*

9 *Iuramentum suppletorium an possit deferri in causa matrimoniali.*

10 *Iuramentum suppletorium nō defertur, nisi fuerit plusquā semiplene probatum, ponuntur exempla.*

11 *Confessioni coniugum quando stetur impedimento matrimonij.*

12 *Sententia in causa matrimoniali an transeat in rem iudicatam.*

13 *Causæ afferuntur, ex quibus matrimonium separatur quoad habitationem.*

14 *Furor, & ebrietas quando sufficiant ad separandum matrimonium.*

15 *Separato matrimonio propter fornicationem, si coniux innocens adulteriū committat, an possit cogi redire ad coniugem.*

16 *Principales sunt examinandi in causa matrimoniali.*

17 *Fiscus auditur in causa matrimoniali in Curia*

*Curia Archiep. Neap. quando agitur de vinculo matrimonij.*

18 *Matrimonialis causa expeditur summariè.*

19 *Matrimonialis causa expeditur contra absentem; & quando.*

20 *Qui tempore denunciationum non accusauerunt matrimonium, quando admittantur ad accusandum.*

21 *Declaratio nullitatis matrimonij est petenda à Curia Archiepiscopali.*

22 *Causa separationis thori est ardua, & requirit probationes concludentes.*

23 *Lenocinium, & inductio ad peccatum, est iusta causa separationis thori.*

24 *Quærelæ plures, maximè in officio Sanctæ Inquisitionis, præbẽt iustam causam separationis thori.*

25 *Iuramentum suppletorium non defertur, nisi fuerit plusquam semiplene probatum. ponuntur exempla.*

## De causis matrimonialibus magis practicabilia. Cap. XXI.

PROPOSITAM matrimonij materiam persequendo, plurima in dies in iudicio Ecclesiastico occurrentia animaduertenda existimaui.

1 Primum, quod lite pendente super matrimonio, non debet interdici carnale cõmercium, *c. laudabilem, vt lite pendente*; dicit tamen ibi Ant. de Butr. quòd quando ex probationibus euidenter apparet matrimonium esse nullum, & nil remanet, nisi sententia ferenda, potest interdici carnale commercium, propter euidentiam peccati, quod vitari debet; *quem sequitur Imola. Et licet Barbat. in cons. 9. vol. 2.* conetur impugnare hanc opinionẽ D. Antonij, & contra eum asserat esse cõmunem; nihilominus in Curia Archiep. pluries vidi seruari opinionẽ D. Antonij; ad euitandum enim peccatum cessant omnes apices iuris. *Archid. in c. scriptum est. 6. qu. 3.* Quando verò pendente lite super matrimonio, contrahitur secundũ matrimonium, debet mulier sequestrari, & poni in aliquo loco, *ex c. tenor de sent. & re iudic. Lancellot. latè de attentatis, c. 4. limit. 17.* nisi matrimonium esset iam consummatũ, & vir esset in quasi possessione mulieris. *Put. decis. 356. de spons. Lancell. vbi sup.*

2 Secundò notandum, quòd lite pendente super matrimonio, sunt præstanda alimenta vxori à viro, & litis expensæ. *Afflict. decis. 10. Lancell. d. tract. c. 4. limit. 11.* quæ poterit decernere esse præstanda iudex Ecclesiasticus, *Afflict. decis. 152.* & debentur etiam appellatione pendente. *Afflict. d. dec. 152.* etiam si mulier non dederit dotem. *Io. Baptista Ferret. consil. 34. lib. 1.* nisi eam promiserit, & non soluerit. *Crescent. de iudic. decis. 8. ex notatis per Alexan. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solut. matrim.* vel quãdo mulier propria auctoritate diuertit à viro. *Lancell. vbi sup. qui ita firmat fuisse decisum in Rota.* aliàs debentur vxori, etiam si haberet vnde viuere posset. *Afflict. d. decis. 10. Ferret. d. cons.* qui ampliat procedere, quando pater mulieris esset diues, & maritus inops. *Lancell. vbi supr.* ex auctoritate Rotæ declarat, vt procedat quando dos mulieris esset certa: prædicta verò alimẽta non repetuntur. *Afflict. dict. decis.*

*cis.* 152. *Glos. communiter recepta in l. fin. C. de Carboniano edicto*; & propterea non esse præstanda cum cautione de restituendo, dicit *Ludouicus Molin. de primogenit. libro secundo capitulo* 16. *numero* 41. sed dicit sibi melius videri quod prætetur cautio de restituendo, quatenus de iure teneretur, prout tenet etiam *D. de Franchis decis.* 336. dicens in sacro Cōcilio fuisse solitum præstari cautionē de excomputando, vel restituendo, quatenus fuit prouisum per Sacrū Concilium; & ita vidi in Curia nostra Archiepiscopali.

3 Tertiò notandum, quòd iudex Ecclesiasticus, qui cognoscit de causa principali matrimonij, cognoscit de restitutione dotis, *c. de prudentia. de don. inter virum & vxor.* & ita seruatur in Curia Archiepisc. & potest cognoscere etiā post separatum matrimonium, *c. significauit. vbi Abb. eodem tit.* etiam si non fuit disputatum de matrimonio, *iuxta Innoc. & Abb. in d. cap. de prudentia.* Et nota, quod quando matrimonium separatur, quoad thorum, & habitationem ex culpa viri, debet restitui dos vxori, vna cum antefato *Abb. in ca. fin. de adult. D. de Franchis decis.* 244. *Thesaur. decis.* 130. & si vxor committit adulterium, perdit dotem, *capit. plerunque, de donat. inter vir. & vxorem.* nec vir tenetur eam alimentare. *Abb. in d. c. fin.*

4 Quartò notandū, quòd testes contra matrimonium debent esse omni exceptione maiores, *capit.* 1. *de consanguinit. & affinit.* & talis qualitas est articulanda, & probanda; nam licet quilibet præsumatur idoneus, non tamen præsumitur omni exceptione maior. *Bartol. in l.* 1. §. *si quis*

5 *neget. ff. quemadmodum testamenta aperian.* & hanc opinionem esse magis communem dicit *Alciat. de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 2. *nume.* 11. *Farinac. de testibus qu.* 62. *num.* 6. & *sequ.* si tamen talis probatio qualitatis fuerit omissa, potest recipi, etiā post publicatas attestationes, & etiam ex officio iudex potest se informare de ea. *Alciat. vbi supra*; possunt tamen mulieres esse testes,

6 etiam contra matrimonium, *cap. super eo. il* 2. *de testibus & ibi Abb.* Item parentes, dummodo paritas conditionis adsit, *d. capit. super eo.* & alij consanguinei, *cap. videtur. qui matrimon. accus. poß.* iudex autem arbitrabitur quanta sit eis fides adhibenda, iuxta qualitatem personæ, parem, vel dissimilem conditionem. *Couar. de sponsal.* 2. *parte capitul.* 18. *numero* 8.

7 Quintò notandum, quòd denunciator in causa matrimoniali potest esse testis. *Innocen. notabiliter in rubr. qui matr. accus. possunt.* quod intelligitur, quando aliquis priuatus bona intentione, & conscientia motus iudici impedimentum denunciauit, vt iudex ipse ex officio inquireret; tunc enim iste poterit esse testis de veritate; vel, si sumus in publico officiali, denunciante impedimentum. *Abb. in d. rubr. Farinac. de testibus quæst.* 60. *num.* 72. & testes de-

8 ponentes de auditu super consanguinitate debent habere duodecim requisita, quæ habentur *in capit. licet ex quadam. de testibus.* referuntur etiam à *Prosp. Farinac. vbi supra quæst.* 69. *nu.* 109. & dummodo deponant antiquis excedentibus memoriam homi-

hominum; alias non probant. *Soc. consil.47. lib.4. Farinac. vbi supra qui alios cumulat.*

9 Sextò notandum, quòd in causa matrimoniali, quamuis sit ardua, potest deferri iuramentum suppletorium, consideratis tamen circumstantijs. *Ostien. in capit. mulieri. de iureiurand.* qui ponit exemplum in muliere honesta, potente, & diuite; quæ petit aliquem in virum sibi inferiorem, vel æqualem, qui sæpius de stupro illam sollicitauerat, & probat per vnum testem omni exceptione maiorem, quòd iste eam desponsauit. *Abb. ibidem.* qui latius distinguit, & loquitur etiam contra matrimonium.

10 Sed huiusmodi iuramentum suppletorium iuxta notabilem *decis. Boer.85.* non facilè refert Rota, maximè in causis magni momenti, & nisi sit plusquam semiplene probatũ. Ponit exemplum Boerius, quando adsunt duo testes, quorum vnus nõ est integer, vel cum vno teste sine alia indicia, vel quando quis habet vnum testem, & pars aduersa subtraxit alium. *Ioan. Andr. in c. peruenit. de testib. cogend. Put. de iureiurand. decis. 1. & 43. & fuit dictum coram Card. Seraph. in vna bonor. Dobanæ Salus, 5. Martij 1582.*

11 Septimò notandum, quòd coniugum super impedimento ad dissoluendum matrimonium contractum regulariter non statur. *text. est in capit. super eo. de eo, qui cognouit consang. vxoris suæ.* vbi ambo cupiunt matrimonium dissolui; nisi cum eorum confessione concurrat fama. *Abb. in d. cap. super eo. qui testatur de communi;* si tamen alter coniugum, qui cupit matrimonium valere, fatetur impedimentum, tunc ei creditur, *secundum Abb. ibid.* sed id esse verum, quando fama concurrit, sentit *Aretin. consf.82. Barbat. consf.26. lib.4.* & iudicis arbitrio relinqui, qui animaduertet, an aliqua subsit coniectura, & suspicio fraudis, & collusionis, dicit *Menoch. de arbitr. casu 103.* vbi verò agitur de separatione thori, creditur confessioni vnius tantum contra se ipsum. *Abb. vbi supra.* creditur etiam confessioni ipsorum asserentium cõtraxisse sponsalia, & etiam ad dissoluendum illa nisi vnus tantum cõfiteretur impedimentum, tunc ei nõ creditur, præterquam si ipse vellet sponsalia valere. *Abb. vbi supra.* creditur quoque ipsis coniugibus, si ambo fateãtur matrimoniũ cõtraxisse; nisi talis confessio esset cõtra aliud matrimonium. *Abb. ibid. latè Menoch. vbi sup.*

12 Octauò notandum, quòd sententia in casu matrimoniali nunquam transit in rem iudicatã. *c. lator. c. cõsanguinei de re iud. c. fraternitatis. de frigidis, & maleficiat.* ad finem, vt docto de errore, non possit reuocari, adeundo eundem iudicem per viam querelæ; non tamen remedio appellationis: quia non fuit appellatum intra legitimum tempus, vel fuit bis appellatum, non potest amplius prætextu appellationis corrigi, aut emendari; sed solum per viam querelæ. *Gloss. not. in d. c. fraternitatis. vbi Abb. Felin. in d. c. lator. Couar. in 4. Decret. 2. par. c. 8.*

13 Nonò notandũ, quòd plures sunt causæ, ex quibus matrimonium separatur quoad thorum, & habitationem. Prima est sæuitia viri, si malè

malè tractet vxorem. *cap. litteras. vbi Abb. de restit. spoliat.* & non sufficit sæuitia prætetita, sed timor futuræ. Grauis verò coniectura est futuræ sæuitiæ, si inter eos sit orta lis super maiori parte bonorum. *Couar. d. 2. par. c. 7. §. 5.* Separatur etiam, quando maritus insidiatur vitæ vxoris, vt si tentauit eã veneno occidere. *Abb. in d. c. litteras. Præposit. in c. quæsiuit. de diuort. Thesaur. decis.* 130. & his casibus cogendus est maritus, extra propriam domum in loco honesto vxorem alere. *Bald. in l. 1. C. commun. de legat. Couar. vbi supra.* Si tamen maritus offert sufficientem cautionem, non fit separatio, *d. c. litteras;* nisi per cautionem, non posset esse cõsultum vxori, *vt per Gloss. ibi. & c. transmissa. eod. tit.*

14 Secunda causa est, furor, *iuxta communem, de qua testatur Alex. in l. si cũ dotem. §. si maritus. ff. solut. matrimon.* quod intelligi debet, quando est adeo vehemens, vt periculũ sit habitare cum coniuge furioso. *Couar. vbi sup. Thesaur. d. decis.* 130. Itẽ fuit iudicatũ in Curia Archiepisc. Neap. quando maritus solet inebriari, & ebrietas tendit in periculum vxoris.

Tertia causa est, si alter ex coniugibus efficiatur hæreticus *c. 2. de diuort.* nec cogitur cohabitare coniux, si ad Ecclesiæ gremium redeat. *Abb. in c. de illa. de diuort.* quando tamen fuit facta separatio iudicio Ecclesiæ. *Alphons. de Castro de iusta hæret. punit. lib. 2. c. 7. Couar. vbi supra.*

Quarta causa est, vitium Sodomiæ, iuxta veriorem opinionem, *Abb. in cap. maritis, de adult. qui testatur de magis communi, Couar. vbi supra.*

Quinta causa est, adulterium alterius coniugis, *ca. significasti. cap. ex litteris. capit. gaudemus. de diuort.* Est tamen necessarium iudicium Ecclesiæ, ad faciendam hanc separationem. *ex capit. plerunque. de donat. inter virum, & vxorem. capit. porrò. de diuort.* In quibus iuribus probatur, maritum propria auctoritate vxorem adulteram dimittere non posse; si tamen adulterium vxoris esset notorium, posset vir propria auctoritate expellere vxorem, & vxori non competit interdictum recuperandæ, *cap. significasti. de diuort. Couar. vbi supra.* Sed quando proponuntur causæ ignominiosæ,

15 deberet iudex secreto semotis arbitris ipsas audire propter aliorum scandalum euitandum.

Si tamen post factam separationem propter adulterium, coniux innocens fornicetur, cõmunis opinio est, vt matrimonium reintegretur, saltem ex officio iudicis, vt dicit *Abb. in capit. ex litteris. per illum text. de diuort. Felin. verò in capit. lator. de sent. & re iudic.* dicit communem opinionem esse, quòd etiam iure actionis possit peti reintegratio. *Ledesma de sacrament. matrim. super quæst. 61. D. Thom. ex mente D. Thom. in solut. ad 4.* dicit. de iuris rigore non posse coniugem post factam separationem à iudice cogi de nouo redire; nam quod semel definitum est, nulla debet iteratione retractari, *cap. quod bene. 6. q. 4.* Sed iudex ex officio id faciet, quando adest periculum incontinentiæ, & scandalum aliorum, & respondet *ad d. cap. ex litteris.* quod in d. textu fuerunt plura dicta, nempe, diuortium,

tium,& machinatio ad separandum prius matrimonium, temerarius transitus ad secundum; quare in pœnam coactus est redire ad primum; propterea Curia Archiepisc. Neapol. facit separationem arbitrio ipsius Curiæ. Et sequuta reconciliatione mulier recuperat dotem. *cap. plerumque. de donat. inter virum, & vxorem.*

16 Decimò notandum, quòd in Curia Archiep. Neap. semper in causa matrimoniali examinantur principales cum iuramento, & diligenter, ad eruendam veritatem. colligitur *ex capitul. tertio loco. de præsumpt.* & quando petitur declarari matrimonium nullum, non statim conceditur terminus ad probandum; sed prius ostenduntur articuli ad vidē-
17 dum, si subsistunt, quæ probari prætēduntur, ne oriatur inter cōiuges lis immortalis: & quando agitur de separatione quoad vinculū, auditur fiscus, qui stat pro matrimonio, non autem quando agitur de separatione quoad thorum.

18 Vndecimò notandum, quòd in causa matrimoniali proceditur lite non contestata, & summarie, *Clem. dispendiosam, de iudic.* & proceditur contra absentem, ratione periculi animæ, quando agitur de separatióne, quoad vinculum, *cap. quoniam frequenter. §. porrò. vt lite non contest.* sed non si agatur de separatione quoad thorum, *cap. 1. eod. tit.*

19 Nec fit conclusio in causa; & possunt post publicatas attestationes examinari testes super eisdem articulis, *cap. attestationes, vbi Praepos. de desponf. impub.*

20 Duodecimò notandum, quòd de iure, qui tempore proclamationum non denunciauit impedimenta matrimonij, non admittitur amplius ad accusandum; nisi denunciationes probabiliter ignorauerit, vel iuramento firmauerit, quòd postea didicerit ea, quæ obijcit, *c. cū in tua. qui matr. accus. possunt.* & quia Neapoli non solent frequenter homines in diebus festiuis audire diuina in Parochijs, & propter amplitudinem Ciuitatis, & multitudinem Parochiatum posset de facili esse ignorantia, non sunt passim repellendi denunciatores.

21 Decimotertiò notandum, quòd si ciuis petat declarari matrimoniū nullum, potest id petere in Curia Archiep. quamuis coniux sit alterius fori, cum nil petat ab alio, sed à iudice. *Abb. in c. ex parte. numer. 5. de restit. spoliat.* & adest ritus Curiæ Archiep. Neap. 13. super quo multa adducit Reuerendiss. D. Hieronymus Campanilis Episcopus Lacedoniensis.

22 Animaduertendum, quod causa separationis thori dicitur grauis, & ardua, & requirit probationes necessarias, & concludentes. *Paris. cons. 54. numer. 14. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 174. nu. 17. lib. 2. & fuit decisum in Rota Romana in vna Pap. matrimonij, die 27. Iulij 1594. coram Illustris. Pamphilio.*

23 Item annotandum, quod si periculum mortis spiritualis, quæ tanto est grauior corporali, quanto anima præstat corpori, nempe si coniux inducatur à coniuge ad peccatum mortale, & non potest ab inducendo retrahi: exempli gratia, in lenocinio mariti, qui vxorem ad

pec-

peccandum cum alijs inducit. *Ita fuit decisum in Rota Romana coram Illustrissimo Pamphilio, in vna separationis thori. 17. Maij 1593. ad l. si lenones. C. de Episcopali audient. Nauar. pulch. è in Manuali cap. 22. faciunt notata per summam Angelicam, in verbo, matrimonium. 4. Sil. in verbo diuortium. fuit aliàs resolutum in Rota in vna separationis thori, mense Martij 1574. coram Cardinali Seraphino.*

25 Item in vna Romana *separationis thori die 27. Ianuarij 1603. coram Illustris. Pamphilio* fuit facta separatio, quoad thorum, propter plures quærelas criminales, factas per maritum contra vxorem, etiam in officio sanctæ Inquisitionis, quæ probant odium capitale, & præbent iustam causam separationis, *iuxta §. mitiores. Auth. de nuptijs. DD. in cap. 1. de diuortijs.* & fuit condemnatus ad restitutionem dotis, *d. §. mitiores. cap. 1. vbi Abb. de donat. inter virum, & vxorem.* Sed prædicta intellige de querelis iniustis in officio S. Inquisitionis; quia si sunt iustę, maritus est laude dignus, cum quærat salutem vxoris, & non debet impediri denũciatio hæreticorum timore separationis matrimonij.

25 Ardua est quæstio, An ad probandum matrimonium requirantur testes omni exceptione maiores; vel saltem magis idonei, quàm aliàs requirerentur: & in Rota Romana *in vna Tullensis matrimonij, 14. Ianuarij 1568. coram Oradino* fuit dictum, quòd quando non agitur de impugnando aliud matrimonium, sufficiunt testes ordinarij, & est verior, & magis communis opinio, quia non est recedendum à regula, quod ad probationem cuiuscumque rei sufficiunt duo testes. *l. vbi numerus. ff. de testibus capit. In nomine Domini. de testibus.* & hanc opinionem, quod matrimonium non requirat testes omni exceptione maiores, tenuit *Abb. in capit. super eo, el secundo. in 3. notab. de testibus. Aret. consil. 13. numero 17. Alexand. consil. 146. numero 19. lib. 5. & consil. 143. numero 6. volumin. 2. Corn. consil. 17. num. 9. volumin. 1. Felin. in cap. licet causam. numero 18. de probat. Dec. consil. 163. & 342. Ruin. consil. 149. numero 32. volum. 1. & consil. 150. numer. 11. & numer. 16. eodem volumin. Marsil. in l. de minore. § plurium. numer. 16. de quæst. Paris. consil. 15. num. 12. lib. 2. & consil. 159. nu. 2. volum. 4. Soc. Iun. consil. 29. nu. 27. vol. 2. Ferret. cons. 48. vbi latè:* neque obstat, quod plures doctores sentiant contrarium, quod requirantur testes omni exceptione maiores, vt *Anton. Abb. Præpos. in cap. 1. de consanguinitate, & affinitat. Paris. consil. 53. num. 37. & consil. 54. volu. 4. Bertrand. consil. 122. versicul. item non est omittendum. volum. 1. Marsil. 128. numero 17. Soc. consil. 86. num. 6. consil. 88. numer. 8. volumin. 2. Grat. consil. 2. num. 7. & num. 34. volum. 2. Salycet. consil. 3. num. 7. Ferret. consil. 81. num. 3. Aym. consil. 169. nume. 2. Couar. lib. 4. Decret. part. 2. capitul. 8. quæst. 12. num. 7.* quia respondetur, quod aliqui ex ipsis sunt sibi contrarij, & prima opinio melioribus rationibus fulcitur. Secundò respondetur, quod prædicti Doctores loquuntur quando agitur de impugnando aliud matrimonium, vel dirimendum ipsum, vel saltem sunt intelligendi in hoc casu, quandoquidem

dem omnes ferè mouentur, per tex. *in c. 1. de consang. & affinit.* qui loquitur, quando agitur de dirimendo matrimonio, sed quando agitur de probando matrimonio, non ad impugnandum aliud, & non concurrunt aliæ coniecturę suscipionis, tunc sufficiunt testes ordinarij.

Et vltra regulam generalem.d.l. vbi numerus adducitur text. *in c.2. de clandest.despons.* vbi contrahentes matrimonium clandestinum, non compelluntur ad eius obseruationem, si legitima probatio non apparet, ergo legitima probatio sufficit, & probatio legitima dicitur, quæ à legibus, & canonibus requiritur. Secundò, quia huiusmodi species probationis faciendæ per testes omni exceptione maioris solét specialiter exprimi, vt in proposita materia est tex. *in d.cap.1.de consang. & facit.c.licet ex quadam.de testib.*

Matrimoniũ ad finem vocationis beneficij probatur per duos testes, quorum vnus deponat de veritate, & de fama, alter de fama tantum, quia sufficit ad faciendum plenam probationem. *Bald.in l. Gallus. §.ille casus ff. de lib. & posth. vbi Soc. num.* 13. vltra quod ad probandum vacationem sufficit fama, vt *per Mohed. decis.* 77. ita fuit dictum *in vna Calaguritana Thesaurariæ*, 10. *Ianuarij* 1578. *de Grassis*. & fuit obtentum coram Cantuccio *in vna Pampilonē. de Allo.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Declaratio excommunicationis, contenta in iure, vel in præcepto hominis, suspenditur per appellationem.*

2 *Excommunicatio, & alia censura, quando suspendatur per appellationem.*

3 *Absolutio ab excommunicatione non suspenditur per appellationem.*

4 *Absolutio ab excommunicatione facta, appellatione pendente, an sit nulla.*

5 *Excommunicatio non potest suspendi ad tempus.*

6 *Declaratio excommunicationis incursæ, an possit suspendi absque appellatione.*

7 *Interdictum, quando suspendi possit.*

8 *Appellari non potest ab excommunicatione relaxata ab fine ferendi testimonium, vel ab interdicto suspenso.*

De excommunicatione, an & quando suspendatur per appellationem. Cap. XXII.

FVIT dubitatum in Curia Archiepisc. Neap. si aliquis fuit declaratus ab Episcopo excommunicatus, ob contrauentionem præcepti sibi iniũcti sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ, & post declarationem appellet, aut suspendatur executio dictæ sententiæ declaratoriæ, ita vt non possint affigi
1 cedulones; vel affixi sint remouendi. Fuit resolutũ per appellationem suspendi executionem sententię declaratoriæ excommunicationis incursæ, contentæ non solum in iure, sed etiam in præcepto hominis. *Ita dicunt Dominic. Anchar. Franch. in c. is cui. de sent. excomm. in 6. Idem Franch. in cap. pastoralis. §. verum. nu.* 27. *de appel.* & cum ista materia suspensionis sentẽtiæ excommunicationis sit frequẽs, eam sub breuitate tran-
2 scurrere decreui. Sit itaq. regula, excommu-

communicationem, Interdictum, & ſuſpenſionem nõ ſuſpendi per appellationem, *d.§.verum.& d.c.is cui. & c. ad hæc quoniam.de appell.*

Declara primò in ſententia declaratoria, vt ſupra dixi, & omnes concludunt in prædictis locis; vbi ponunt rationem diuerſitatis, quare ſuſpenditur, declaratoria, & non ſententia excommunicationis, ſed ſi factum eſſet notorium: nec declaratoria ſuſpenditur, cum tunc non liceat appellare, *c.peruenit.de appell. Imol.Ant.Abb. Franch. Præpoſ. in d. §.verum.*

Declara ſecundò, vt excommunicatus poſt appellationem nõ poſſit denunciari, quando per denunciationem plus ligaretur. *exemplum in capitul. tua. de ſententia excommunicatione.* nam ratio, cur denunciatio non impediatur, pendente appellatione, eſt, quia amplius non ligat, ſed declarat; & declaratio nihil noui inducit, *l. hæredes palam.ff. de teſtam. Ita Ant. Imol.Franch.Præpoſ.in d.§.verum. Nauar.in c.cum contingat.de reſcript.remed. 6.num.7.* ex quo infert, quod poſt extrauagantem, *Ad euitanda*, quæ dicit, nullum vitandum, niſi denunciatum, non poteſt denunciari, qui excommunicatus eſt poſt appellationẽ; quia in plus ligatur, dum ab alijs vitatur. Sed ſalua auctoritate tanti viri, eius dictum non poteſt procedere; quia extrauagans non intendit in aliquo releuare excommunicatum, ſi non denunciatur; ergo nõ in plus ligatur, & D. Ant. auctor dictæ limitationis, & alij ſequaces habuerunt reſpectum ad excommunicatũ, ne magis ligaretur non ad alios.

Declara tertiò *ſecundum Bald. & Præpoſ. in dict. §. verum.* & iſta declaratio venit illatiuè ex præcedenti; quòd excommunicatus ob vnam cauſam, non poſſit ob illam cauſam amplius excommunicari; quia in plus ligaretur.

Declara quartò quando aliquis fuit excommunicatus ignoranter; nam appellatio à tali excommunicatione à die notitiæ impedit denũciationem, & ſuſpendit. *Ita Io. Andr. Oſtien. Imol. Franch. Præpoſ. in d. §. verum. Domin. Anch. Franc. in d. c. is cui.*

Declara quintò in delegato Papæ, qui ſi detulit appellationi, non poterit denunciare, *ca.cum appellationibus. de appell. in 6.* Si non detulit, tunc aut appellatio eſt recepta à ſuperiore, & non poterit denunciare; quia cenſetur ab eo reuocata iuriſdictio, *c.paſtoralis. §.præterea. de offic.deleg.* alias ante appellationẽ receptam à ſuperiore, poterit denũciare, & etiam mandare Ordinario, quod denunciet. *arg.c.ſignificauit.de offic.deleg.ita Innoc.Ant.Imol. Franch. Præpoſ.in d.§.verum, & ita intelligo procedere deciſ. Rotæ Acchill. de Graſſ.4.de ſent.excomm.*

Declara ſextò quando quis excommunicatur poſt appellationem legitimam, quia excommunicatio eſt nulla, *c.licet,de ſent. excomm.in 6.* niſi excommunicetur ab eo cui fuit commiſſa cauſa, appellatione remota, quia non eſt nulla. *Abb.Franch. in c.paſtoralis, in princ.*

Declara ſeptimò, quando quis excommunicatur, ſub conditione, vel in diem; quia appellatio interpoſita ante diem, vel conditionem

etiam

etiam post decem dies, suspendit excommunicationem, *cap. præterea. el 2. vbi omnes, de appell. Domin. Ant. Franch. in d. cap. is cui.* & nota, quòd post Conc. Trid. potest appellari ab excommunicatione, licet si interlocutoria; quia continet grauamen irreparabile, ex quo infamat, *c. infames. 6. q. 1.* & producit multos alios effectus præiudiciales, *de quibus Sil. & alios Summistas, in verb. excommunicatio, per Couar. in c. alma mater. de sent. excommun. Nauarr. in Manual. c. 27. numero 17.*

Declara octauò, vt non possit denunciari excommunicatus, si iudex ad quē, præcipiat, illum non denunciari, vel denunciari non excommunicatum; tunc non denunciabitur, nec audienda est pars; quia eius non interest, quod denuncietur excommunicatus, cum certum sit, quod non est cogendus ad satisfactionem, appellatione pendente. Si tū interuenit manifesta offensa audietur, cum in tali casu appellatio non teneat. *c. consuluit. c. peruenit. de appell. ita Ost. Imol. Ant. in d. cap. pastoralis.*

Declara nonò, in suspensione, & interdicto latis in pœnam per sententiā; quia suspēduntur per appellationem; secus, quando in contumaciam, *iuxta veriorem opinionem. Abb. in cap. sæpe. de appell. quem sequitur Præpos. in d. §. verum. nu. 16. Felin. in d. c. ad hæc. de appell. n. 18.* Sed an, sicut non suspenditur excommunicatio per appellationem, ita non suspēdatur absolutio ab excommunicatione? & veritas est, quòd neque suspenditur absolutio, vt par ius ligandi, & soluendi. *Ita Ant. Imol. Franch. in d. §. verum. Innoc. in c. ab excommunicato. de rescript.* Sed an absolutio ab excōmunicatione facta, appellatione pendente, sit nulla quemadmodum excommunicatio, & non esse nullam, dicit *Franch. in c. fronte. de appell.*

5 Præterea notandum, quòd excommunicationis sententia per iudicē, qui eam tulit, non potest suspendi ad tempus, *Io. And. Ant. Abb. Imol. Præpos. & communis, c. ad hæc quoniā. de appell.* sed requiritur formalis absolutio, *cap. nuper. c. cum desideres. de sent. excom.* solum enim excommunicatus, subsistente legitima causa, potest absolui ad tempus; & post tempus reincidit in eādem excommunicationem, *vt in cap. veniens. el 2. de testib. Franch. in d. c. ad hæc.*

6 Sed fuit dubitatū in Curia Archiepiscop. an sententia declaratoria excommunicationis incursæ, poterit suspendi ad tempus? & fuit dictum, quòd sic, & bis obseruatum, ex *Imol. & Franch. in c. dilectis filijs. de*

7 *appell.* interdictum verò, si est locale, potest ab eodem Episcopo, qui illud tulit, suspendi ad tempus; & interim, si durante supensione, appelletur, erit suspensum, quoad vsque durauerit appellatio. Interdictum autem personale suspendi non potest, nisi persona esset interdicta propter alterius delictum. *Ita Io. Andr. Imol. Abb. Franch. & alij in d. cap. ad hæc quoniam. qui assignant rationem.*

8 Notandum, quod quamuis appellatio, pendente conditione, vel die, impediat excommunicationē, tamen si sententia excommunicationis sit relaxata causa ferendi testimo-

ſtimonium, *iuxta cap. veniens. de teſtib.* ſi interim appelletur, non ſuſpẽditur effectus excommunicationis, quia iſta fuit quædam ſuſpenſio, nõ liberatio. *Bald. in cap. 2. de teſtib. cog.* Idem dicit *Bald. in l. 2. §. 1. ff. de verbor. obl.* de interdicto ſuſpẽſo. quod ſi appelletur, non tollitur effectus, quia ſuſpenſio fuit ad tempus per modum temporalis liberationis. *ſequitur Greg. Lopez. par. 1. tit. 9. l. 22.*

## SVMMARIVM.

1 *Cedulones an poſſint affigi cõtra excommunicatos, ſi comparent, & petunt abſolui.*

2 *Excommunicari an poſſit ille, cui excõmunicatio non eſt profutura.*

3 *Excommunicari non poteſt comparens ſatisfacere.*

4 *Excõmunicationis ſententia poteſt ferri pro fructibus non liquidatis.*

5 *Abſolutio ab excommunicatione ſtatim eſt facienda, & quando poſſit differri.*

6 *Percuſſor clerici quomodo debeat ſatisfacere clerico, antequam abſoluatur, & an in pecunia pro iniuria.*

7 *Æſtimatio iniuriæ illata clerico percuſſo à laico an debeat fieri coram iudice ſæculari, vel Eccleſiaſtico.*

8 *Laicus ſi petat veniam, & offera ſatiſfacere clerico percuſſo, qui non vult ei reconciliari an poſſit abſolui.*

9 *Percutiens clericum coram Sanctiſſimo Sacramento, eſt abſoluendus à Papa, & ibi alia exempla narratur.*

10 *Officialis laicus percutiens clericũ, etiã leuiter, eſt abſoluendus à Papa, etiã ſi ſit apparitor.*

11 *Officialis laicus quando cenſetur percutere clericum, vt priuatus, non vt magiſtratus.*

12 *Clerici ſi ad inuicem ſe percutiunt, an omnes ſint declarandi excommunicati, ſi vnus prius incepit.*

13 *Cedulones affixi contra declaratos excommunicatos, abſoluendos à Papa, quando remouendi.*

14 *Participantes cum excommunicatis, quando poſſint excommunicari excommunicatione maiori, ſine monitione nominatim facta.*

15 *Citatio perſonalis requiritur ad aliquẽ excommunicandum: quòd limitãtur pluribus modis.*

16 *Sententia cenſurarum, an tranſeat in rem iudicatam.*

17 *Appellari poſt decem dies à ſententia cenſurarum an poſſit.*

18 *Excommunicationem an incurrat ignorans ſtatutum, in facto damnato.*

19 *Declaratio excommunicationis eſt facienda parte citata, quod limitatur in aliquibus caſibus.*

20 *Excommunicatio, vel declaratio excommunicationis poſſunt fieri die feriata in honorem Dei.*

21 *Probationes imperfectæ coniunguntur, ad probandum cenſuras.*

22 *Citatus ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari excommunicatus, ſi non comparet: declaratur excõmunicatus in Curia Neap. propter cauſam principalem, ob quam citatus.*

23 *Sententia definitiua fertur contra contumacem, lite non conteſtata, vbi agitur de periculo animarum.*

24 *Excommunicatus eſt, qui aufert aliquid de manu clerici per vim, vel tenet eum per frænum equi: & alia exempla practicabilia.*

25 *Excommunicatus carceratus in Curia* Archiep.

*Archiep. non expeditur, nisi prius absoluatur.*

16 *Absolutionem ab excommunicatione petens, an fateatur se esse excommunicatum.*

De excommunicatione plura magis practicabilia. Cap. XXIII.

1 PRosequentes præmissam materiam excommunicationis, de qua licet plures adsint tractatus; nos tamen, quæ magis opportuna, ad praxim conducibilia, in dies occurrentia, & in iudicio Ecclesiastico versantibus necessaria sunt, in præsenti, & præcedēti capitulo elucidare nō omisimus. In Ciui. Neap. solent aliqui laici, præsertim magistri Ecclesiarum, dum eis aliquid præcipitur à Curia Archiep. spectās ad eius iurisdictionem, tentare omnes vias non obediendi Ecclesiæ: & quia magis timent affixionē cedulonum, quam ipsam excommunicationem, propter infamiam (nam excommunicati solent vocari hæretici, tales largo modo dicuntur. *Archid. & Gemin. in cap. 1. de hæret. in 6.*) antequam affigantur cedulones, comparent in Curia, petentes absolui. Fuit dubitatum, an adhuc cedulones contra eos affigi possent? Videbatur, quòd non; nam cedulones affiguntur, vt excōmunicatus videns se ab alijs vitari aspiciens cōfusionem suam, erubescat, & conuertatur. *c. 1. de except. in 6. Clemen. 1. de pœnis. & ibi notat Anchar. nu. 15.* qui finis in excommunicato conuerso, petente absolutionem, cessat. Præterea excommunicatus est statim absoluendus, propter mala, quæ affert excommunicatio. *Glos. communiter recepta in cap. qua fronte. de appellat.* & sic frustra affiguntur, si statim absolutio sequi debet. Contrarium fuit pluries seruatum in Curia Archiep. non passim, sed contra aliquos temerarios, contra quos fuerunt affixi, donec satisfecissent, & essent absoluti, vt ipsi magis confunderentur, abstinerent in futurum, & alij terrerentur. Pro qua obseruantia facit textus *in d. Clem. 1. §. & quia.* in qua mandatur publicari excommunicatos, donec satisfecerint, & ibi addit. Card. Zabarella, & absoluantur. Idem tenet *Abb. in capit. ea noscitur. per illum text. not. 2. de sentent. excommunicat.* dicens ad officium Prælatorum spectare denunciare excommunicatos, etiam nemine requirente, & eos vitari facere, donec satisfecerint, & fuerint absoluti. Item cedulones nō solum affiguntur, vt excommunicatus conuertatur; sed vt alij ipsum euitent, donec fuerit absolutus. *cap. cura. 11. quæst. 3. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 21. §. secundo.* Item excommunicatio dicitur medicinalis, non solum propter excommunicatum, vt conuertatur, sed vt alij de commu-
2 nitate terreātur, vt latè probat *Couar. in initio relect. cap. alma mater. de sentent. excommunic. lib. 6.* & propterea dicunt Doctores, quòd Episcopus potest excommunicare illum, cui excommunicationem non profuturam scit, vt alios terreat; nisi excommunicatus efficeretur deterior, *Abb. in cap. ab excommunicato. de rescript. Feln. in cap. ad Apostolicæ. de except.* & est communis Doct. sententia, quod Episcopus debet ab ex-

G com-

communicatione abstinere vbi videt illam villipensam ire, *Ioan. And. in cap. Romana, de sentent. excommun. in 6. Fel. d. c. ad Apostolica.* Sed in specie expedire Reipublicę publicare excommunicatos, dicit *Petr. de Anchar. vbi supra,* & expedit Reipublicæ aliorum delicta nota esse, *l. cum, qui nocentem. ff. de iniurijs.* Nec ex publicatione fit aliquod præiudicium excommunicato, cum declaratio nihil noui inducat. *cap. pastoralis. §. verum. de appellat. l. hæredes palam. ff. de testament.* & propterea etiam appellatione pendente fit denunciatio *d. §. verum* & talis affixio prodest Reipublicæ, ergo fieri debet, ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest fieri potest, & debet. *l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcend. Glos. in l. 2. ff. solut. matrim.* tanto magis, quod res per sententiam erat effecta notoria. *c. cum olim. de verbor. signific. Anton. in cap. vestra. de cohabit. clericorum, & mulier.* Præterea, si magis cõfundatur, potest quis absolui coram multitudine gentium; & tali causa differri absolutio. *Glos. in cap. si quis autem. 18. dist.* Idem erit affigere cedulones ad maiorem eius confusionem: & ex his patet responsio ad contraria.

3 Aduertendum tamen est istam cõclusionem de cedulonibus affigendis cõtra excommunicatos per sententiam comparentes, procedere, quando sententia fuit iam lata contra eos, & solum remanet affixio cedulonum, & opus est absolutione, vt possint affigi cedulones in casibus exemplaribus ad aliorũ terrorẽ, & remanere affixi, donec sequatur absolutio: verum in casibus leuibus, & quando sententia non est lata, non potest publicari excõmunicatus comparens paratus satisfacere. *Concordat decis. Rota Rom. Achill. de Graß. decis. 1. de sent. excomm.* in qua fuit dictum, quod licet sen-

4 tentia excõmunicationis possit ferri pro fructibus non liquidatis, vel alia incerta quãtitate, & nõ relaxetur, donec fuerit satisfactum publicè, *vt per Rot. in nou. 183.* tamen quia illa fundatur in cõtumacia, fuit iudicatũ comparentem offerẽtem separatum satisfacere, non posse publicari, immo iudicarunt domini, maximam iniuriam fuisse illatam publicando; intellige itaque ipsam conclusionem, quando est iam lata sententia excommunicationis, & opus est absolutione, & in casibus exemplaribus maximè, vbi agitur de violando iura Ecclesiæ: & cum personis, quæ solent paruipendere censuras, & magis timent affixionẽ cedulonum, quam censuras, nõ cum alijs obedientibus.

Non obstat, quòd excommunicatus est statim absoluendus; nam sequuta absolutione, remouebuntur cedulones.

5 Sed sunt aliqui casus; in quibus absolutio potest differri; etiã si præcedat satisfactio, puta, quando aliquis est absoluendus coram multitudine gentium, vt magis confundatur, si comiserit graue delictum, sicuti sacrilegium, vt diutius confundatur; aut, si multum deliquit, aliàs non debet differri absolutio. *d. c. qua fronte. Ita Gloss. not. in c. si quis autem. dist. 18.* inter quos potest cõnumerari contemptus Ecclesiæ.

6 Secũdò notandum, quòd percussor cle-

clerici, antequam absoluatur, debet satisfacere clerico. *c. parochianos. c. ea noscitur. c. quamuis. de sent. excommunic.* Sed dubiũ est, qualis debeat esse ista satisfactio. Sunt opiniones *in d. c. ea noscitur.* aliqui enim dicũt, quod satisfactio versatur circa dãna expensas, & interesse; sed quod clericus non debet petere æstimationẽ iniuriæ: alij dicunt, quòd non sufficit flectere genua iniuriato, & petere veniam; sed vltra damna, æstimabitur iniuria, & satisfiet clerico in pecunia: & hanc opinionem tenent *Ost. Ant.* & probatur *in c. olim. de iniur. & damn. & in d. c. ea noscitur. & c. quamuis.* dicit veriorẽ esse *Abb. in d. c. ea noscitur. Card. Imola in Clem. 1. de pœnis*, & iniuriatus dicit, quòd vellet potius tantum de suo perdidisse, quàm hanc iniuriam pati: & iudex postea taxabit secũdum qualitatem, & quantitatem iniuriæ, & personæ iniuriatæ. *c. quod fieri. 3. q. 3. Speculat. de iniur. §. 1. Card. vbi supra.*

7 Aliud est dubium, coram quo iudice fiet ista æstimatio iniuriæ, si coram sæculari, vel Episcopo? Respondetur, quòd aut agitur ad pœnam, ratione sacrilegij; & potest agi coram Ecclesiastico; aut ad satisfactionem iniuriarũ, & interesse; & tunc, aut per modum actionis, & coram iudice sæculari, quia actor sequitur forum rei, *cap. cum sit. de foro compet.* aut per modum exceptionis, puta, qa laicus petit se absolui, & clericus opponit de satisfactione; & tunc coram iudice Ecclesiastico, qui non absoluet, nisi satisfecerit. *d. c. parochianos. Ita Card. Imol. in d. Clem. 1. Colligitur ex Glos. in d. capit. parochianos.* & licet actio iniuriarum duret anno; tamen per vim exceptionis est perpetua: & quandocunque laicus petit absolui, clericus potest excipere. *Anton. in d. c. ea noscitur.*

8 Sed quid, si laicus petat veniam, & offerat satisfactionem, & clericus nolit ei reconciliari, an possit absolui? Videtur, quod satisfactio ita sit intelligenda, vt sequatur pax, *c. contingit. il primo. de sententia excommunicat.* Contrarium fuit seruatum in Curia Archiep. Neap. cum per laicum non steterit; immo clericus peccat, non ostendendo signa dilectionis particularis, & non gratè recipiendo petentem sibi veniam. *D. Thom. 2. 2. quæstione. 53. artic. 8.* & etiam hoc casu cõpelli ad ostendendum pacem, signis particularibus, aliàs excõmunicari, vel alio modo cõstringi posse, probat *Ludouic. Carbon. de pacificat. inimicorum. q. 26. habetur in cap. studendum. capit. dissidentes, cap. præcipimus. distin. 90. cap. 1. de treg. & pace. vbi Felin.*

9 Tertiò notandum, quòd remittitur arbitrio iudicis, & quæ dicatur grauis, vel leuis percussio clerici, qui ex circunstantijs personæ, loci, & scandali id arbitrari poterit, *cap. peruenit. de sent ent. excommunicat. vbi omnes, qui faciunt mentionem de quadam extrauag. Ioannis xxij. incipiente. Perlectis, quam refert Nauar. cap. 22. num. 91. adducens plura exempla, quæ ibi vide.*

In Curia verò Archiepisc. fuit iudicata grauis percussio facta cum baculo quinque, vel sex vicibus, licet non adfuerit sugillatio carnis, vel vulnus: Item fuit iudicata grauis percussio in personam confessa-

rij cuiusdam mulieris agonizantis, cuius guttur quidam laicus fortiter manibus comprimebat, ita vt si ab alio nõ fuisset impeditus, ipsum suffocasset; ratione personæ dicti confessarij, qui vltra integritatem vitæ erat superior in suo monasterio insigni, ratione scandali quod fuit magnum in Ciuitate; nam dictus confessarius accesserat ad domum dictę mulieris pro commendatione animæ, & percussor, qui erat consanguineus mulieris, prætendebat, mulierem cõsilio confessarij fecisse quoddam legatum pium, in prȩiudicium cõsanguineorum: locus etiam percussus erat in consideratione *iuxta l. vulneris. ff. de iniurijs.* est enim percussio gutturis nimis periculosa. Fuerunt etiam considerata verba finalia d. extrauagantis, ibi (*Admonentes, vt potius declares in dubio, percussionem esse grauem, & ab ea non posse absoluere, quàm declarando leuem, occasionem prabeas lædendi statum Ecclesiasticum*) & talis læsio considerabatur in illo casu; & sic absolutio fuit reseruata Papæ. Item fuit iudicata grauis percussio duorum clericorũ, qui inuicem pugnis se percusserũt, sine sanguinis effusione, vel sugillatione carnis, coram Sanctissimo Sacramento, quod Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinal. Gesualdus Archiepiscop. deferebat per Ciuitatem, in publica processione repositionis Sanctissimi Sacramenti, in Ecclesia Cathedrali Neapol. in qua fuerat habita oratio quadraginta horarum; & fuerunt grauiter puniti.

10 Quartò notandum, quòd officialis laicus percutiens clericum, etiam leuiter, non potest absolui, nisi à Papa.

Sed quomodo cognoscitur, quod officialis laicus percutit, vt priuata
11 persona, nõ vt iudex, ad hoc, vt pro leui percussione possit absolui ab Episcopo? dicendum, quod iudex dicitur quasi jus dicens, *capit. forus. §. iudex. de verbor. significat.* & propterea quando absque causæ cognitione infert iniuriam, non vt iudex, sed vt priuatus agere præsumitur. *Ita Dec. in l. vt vim. num. 28. ff. de iustit. & iur. Menoch. consil. 107. num. 21. & de recuperanda remed. 8. num. 8.* Si verò turbam arcendo irruentem, clericum non ex deliberatione, sed casu fortuito lædat, vel vim vi repellendo; tunc non est excommunicatus. *text. est in capit. si verò, el 1. de sentent. excommunic.* qui textus procedit etiã in apparitore, vt pro leui percussione sit absoluendus à Papa, *vt dicit ibi Glos.* in verbo *officialis*. & ita fuit seruatum in Curia Archiepisc. Neapol. Non enim tantã habent auctoritatẽ laici in Clericos; sed illis debent, & summum honorem, & reuerentiam exhibere, maximè sacerdotibus, à quibus credunt non solum in terra, verum etiam in cęlo ligari posse, & solui, *cap. quis dubitet. 96. distinct.* Quapropter perennibus laudibus est extollendus Illustrissimus, & Excellentissimus D. Franciscus de Castro huius Regni Prorex, qui sui genitoris vestigijs inhærens, numquam permisit secum loqui sacerdotes, nisi tecto capite. Plura exẽpla summæ reuerentiæ exhibitæ ab Imperatoribus, & Regibus, Episcopis, & Presbyteris, refert *Bozius de signis Ecclesiæ, signo 86.* concludens aduer-

aduersus hæreticos ex d. magna reuerentia, nos esse verè ex Ecclesia Dei, reliquos autem hæreticos; nam hęretici negant huiusmodi honores esse præstandos Episcopis, & Presbyteris. Plura etiam exempla contra hæreticos adducit Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. Bellarminus, ac nostra tẽpestate in Ecclesia Dei verè hæreticorum malleus, *de Romano Pontifice, lib. 1. c. 7.* ista namque nos ab hæreticis distinguunt. Quamobrem deplorandi sunt Principes sæculi (si qui sũt) qui minimè permittunt secum sacerdotes loqui, nisi capite detecto, & stantes, ipsis sedentibus; & in mensa sibi seruire, & hac de causa Curia Archiepisc. Neapol. non permittit, quòd sacerdotes sint secretarij Principum sęcularium, ne ab eis irreuerenter tractentur.

12 Quintò notandum, quòd si duo clerici inuicem se percutiunt; sed vnus prius incepit, & prouocauit, non sunt ambo declarandi excommunicati, sed solum, qui prouocauit, nisi alter excesserit modum in defendendo. Ratio est, quia prouocatus præsumitur repercutere causa defensionis. *Felin. latè in cap. significasti. de homicid. Marsil. consil. 137. num. 8. Clar. §. fin. q. 60. num. 14. & in specie id tenet Card. cons. 42.*

13 Quando verò quis est absoluẽdus à Papa, si post declarationem factã in Curia Archiepiscop. Neapol. petat humiliter remoueri cedulones, solet ei concedi terminus vnius, vel duorum mensium, ad procurãdum absolutionem; & interim remouentur cedulones, dummodo domi se contineat, & præstita cautione; quo termino elapso, si non præsentet absolutionem, de nouo affiguntur.

14 Sextò notandum, quòd participantes cum excommunicatis ab eodem Episcopo; non possunt excommunicari excommunicatione maiori sine trina monitione nominatim facta; secus si aliquis fuit declaratus excommunicatus à iure, vel ab alio Episcopo; quia tunc participantes poterunt excommunicari sine tali monitione speciali; *& ita procedunt. capit. statuimus. il primo; & il secondo. cap. constitutionem. de sentent. excommunic. in 6. vt dicunt Ioan. Andr. Dominicus, Franch. in d. cap. statuimus. il primo. Abb. in cap. peruenit. numero 4. de appell. qui ponit exemplum in declarato excommunicato à iure. Franch. ibidem. num. 8. & 9.*

15 Septimò notandum, quod ad excommunicandum requiritur citatio personalis. *Innocen. communiter receptus in cap. fin. de eo, qui mittitur in possessionem. Felin. in c. cum sit Romana. de appell. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. nono*, nisi excommunicandus dolo latitet, vel subterfugiat citationem personalem, vel alio modo absentia sit malitiosa, quę pręsumitur in clerico non residente, *iuxta supradictos*, vel, quando quis fuit semel citatus de persona. *Felin. Couar. vbi supra.* quia tunc sufficit citatio ad domum, vel per edictum; vel, quando monitio ad domum facta peruenit ad ipsius excommunicandi notitiam; quia citatio illegitima cum notitia subsequuta ligat, sicut citatio ab initio legitima. *Clem. causam. de elect. Felin. & Couarr. vbi supra. Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 9. Glos. 2. nu. 4.* vel quãdo quis fuit malè absolutus ab excõmunicatione, & tracte-

tur de reducendo eũ in excommucationem, tunc satis est, quod domicitetur, & moneatur. *Rota in nouis.399.Fel.& Couar.vbi sup.* vel secundum ritum Curiæ Archiepisc. Neap. 17. citatus bis domi, potest excommunicari: super quo idem quoque de iure posse procedere, firmat Dominus Hieronymus Campanilis.

16 Octauò notandum, quòd sententiæ cẽsurarum nũquam transeunt in rem iudicatam, ad finem, vt non possint retractari per pœnitentiam, & absolutionem, etiam post mille annos; & si excommunicatus efficeretur deterior, iudex ex officio inuitum absoluet. *Io.Andr.in c.1.de sent.excomm.in 6.* tamen quoad effectum quòd appellatio interposita post decem dies non sit admittenda, transeunt in rẽ iudicatam, ita quòd appellatio non operatur effectum deuolutiuum. *Glos.Io.Andr.Ant.Abb.Felin.& alij, in c.ad reprimendam.de offic.ordin. Franch. in cap.praterea.il secundo. de appell.Felin.in cap.lator.de sent.& re iud.*

Declaratur primò, vt possit post decem dies audiri excommunicatus per viam querelæ coram superiore; non tamen Archiepiscopo, qui non potest adiri per viam querelæ. *Abb. in capit. ad reprimendam. Ant. Abb. Imol. Felin.in d.c.lator.* Et dicit *Abb. antiq.in d.c.ad reprimendam.quem sequuntur Ant.& Imol.* quod excommunicatus, post decem dies potest requirere Episcopum, qui excommunicauit, vt reuocet excommunicationem tanquam iniustam; & si non reuocat, ab isto grauamine potest appellari.

17 Declaratur secundò, quando quis fuisset excommunicatus sub conditione, si tale quid fecerit; quia ante cõditionis euentum poterit appellare, etiam post decem dies, licet in alijs sententijs non censurarum non possit appellari ante euentum conditionis post decem dies. Ratio est, quia sententia censurarum non retrotrahitur, sicut aliæ sententiæ. *Ita communiter tenent Doctores in dicto capitulo preterea. vbi Franch. testatur de communi.*

18 Nonò notandum, quòd *secundum magis communem Doctorum opinionẽ, in capit.à nobis.il 1.de senten.excomm.* ignorantia pœnæ statuti non excusat in facto, alias damnato, puta furto, adulterio, & similibus; tamen excusat in sententia excommunicationis: quia in ea requiritur contẽptus, qui non cadit in ignorantem. *Abb.& alij in d. cap. à nobis. Henr.de Bottis, de synodo Episcopi. 3. conclus. 13. Couar.latè in c.alma mater.de sent. excomm.in 6.§.4.num.8.* proinde exteri non possunt declarari excommunicati in foro exteriori, nisi quãdo præsumitur scientia, nempe, post duos menses in constitutionibus Principum, & secundum arbitrium iudicis in statutis inferiorum, quoad absentes; sed quoad præsentes statim, *vt latè tradit Felin.in c.cognoscentes.nu.7.& 8. de constit.*

19 Decimò notandum, quod secundum cõmunem opinionem Doctorum declaratio excommunicationis debet fieri, parte citata ad dicendũ causam, quare non debeat declarari excommunicatus, alias est nulla. *Gloss.in Clem.præsenti. in verb.constiterit. de censibus. vbi Abb. Felin.latè in cap.*

*in c. Rodulphus. de rescript. Adest etiã ritus Curiæ Archiep. Neap. 3.*

Declaratur primò, nisi declaratio fiat superexcessu notorio. *capi. peruenit. il 1. de appell.* & dummodo certum sit, non posse competere aliquam iustam excusationem. *Felin. vbi supra*, & semper est tutius citare; quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt. *Imol. in c. extirpanda. de præbend.*

Declaratur secundò, quando dubitatur de fuga citandi; quia tunc potest declarari, omissa citatione. *Abb. in c. cum non ab homine. de iudic. Felin. latè, vbi supra.*

Declaratur tertiò, quando præsupponitur factum pro indubitato, & quis declaratur excommunicatus, vt magis innotescat; vel vt hodie euitetur ab alijs; quia non est opus citare. Rom. *cons.* 482. *incip. in casu præmisso. Felin. loc. citato, qui alios cumulat.*

20 Vndecimò notandum, quòd excommunicatio potest ferri die feriata in honorem Dei, *secundum Feder. de Sen. cons.* 11. *& Franch. March. decis. Delphin.* 690. pariter denunciatio excommunicationis potest fieri die feriata in honorem Dei. *Dominic. & Franc. in c. fœlicis. de pœnis. in 6.* & proinde fuit iustè declaratus excõmunicatus per Curiam Archiepisc. die feriata in honorẽ Dei quidam laicus, qui eodem die manus violẽtas iniecerat in cursorem dictæ Curiæ, clericum, exequentem suum officium.

21 Duodecimò notandum, quòd licet in criminalibus probationes imperfectæ non coniungantur, ad imponendam pœnam ordinariam delicti, *Glos. in c. veniens. de testib.* tamẽ ad imponendam pœnam censurarũ, seu ad probandam censuram coniunguntur: vnde fama cum argumentis sufficeret. *Ita Domin. & Frãch. in cap. 1. per illum textum, de vsuris, in 6.*

22 Decimòtertiò sciendum, quòd in Curia Archiep. quando aliquis incidit in aliquam censuram, nempe, ob violatam immunitatem Ecclesiæ, vel alias causas, capta informatione, citatur ad dicendum causam, quare non debeat declarari excõmunicatus ob prædictam causam: & si non comparet, non excõmunicatur tanquam contumax, sed cõtra eum proceditur ad definitiuã sententiam, & declaratur excommunicatus ex causa, ob quam fuit principaliter citatus. Quæ praxis aliquibus fuit visa dura, ex regula iuris, quòd contra absentes, & contumaces, ex testibus, lite non contestata, receptis, nõ potest procedi ad definitiuam, *toto tit. vt lite non contestata, cap. omnia. cap. absente. cap. absens. 3. quæst. 9.* in contrarium est ve-
23 ritas; nam vbi de periculo animarũ agitur, potest procedi ad definitiuam contra contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis, lite non contest. *text. est notabil. in capit. quoniam frequenter. §. porrò, vt lite non contest. Lap. sing. alleg.* 10. *Marian. Soc. in d. cap. quoniam frequenter. fallen.* 58. *iuncta fallent.* 8. *Præpos. in cap. de accusationibus. 3. quæst. 9.* & quando excessus est exemplaris, solet Curia Archiepisc. in prima citatione, siue monitorio, præfigere competentem terminum, ad dicendũ causam, quare non debeat declarari excommu-

nicatus; & quòd infra eundem terminum, vel alium competentem valeat citatus allegare, deducere, & probare, quidquid vult, potest, & intendit, quare declarari nõ debeat cum comminatione, quod dicto termino elapso, si nihil deduxerit, prima die iuridica cõpareat, ad videndum se declarari excommunicatũ, & pro excommunicato publicè denunciari, cedulones decerni, & affigi per loca solita, & consueta ciuitatis, ipso vlterius non monito, nec citato, nisi quatenus opus fuerit, & expediet, & ad valuas Ecclesiæ Metropolitanæ. Vbi &c. Datum &c. Et postea ipso non comparente, instãte Fisco, proceditur ad declarationem, & affixionem cedulonum.

24 Decimoquartò notandum, quod dicitur manus violentas inijcere in clericum, qui immediatè, vel mediante instrumẽto, inijcit ei, aut rei ipsum tangenti; vt si teneat clericum per vestes, vel per frænum equi, cui insidet clericus, vt abire non possit, quò velit, aut aufert à clerico aliquam rem violenter; aut si occidat equum subtus clericum; vel deturpet ei vestes, aut laniet in eius dorso, vel eum includat in aliquo loco, aut abscindat cingulum ephippij; aut adeò furiosè persequitur, vt cogat se dare præcipitem in flumen, vel aliud discrimen, ad se liberandum. *Innoc. & communis in ca. nuper. de senten. excommunic. Petr. de Ancb. in c. si clericos. eod. tit. in 6. Nauar. cap. 27. nu. 67.* Præterea sciendum, quòd excommunicati, carcerati in Curia Archiep. si petant expediri, non audiuntur, nisi prius petant absolutio-
25 nem, & absoluantur; quia excommunicatus, etiam iniustè, non est audiendus, antequam absoluatur, *c. per tuas. ubi Abb. de sent. excomm.* & propterea carcerati solent petere absolutionem ad cautelam, quatenùs sunt excommunicati, si quidem petens absolutionem, licet præsumatur excommunicatus, *iuxta Glos. & Ost. in c. venerabilem. de elect.* tamen
26 id procedit, quando petitur simpliciter absolutio; secus si ad cautelã; quia non ex hoc fatetur se esse excõmunicatum. *Abb. in d. c. venerabilẽ. Masc. in verb. absolut. concl. 13. & DD. in l. decem. ff. de verb. oblig. Rota apud Put. decis. 96. lib. 2.* & superius, c. 5. n. 2. hac in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura requiritur in sentẽtia excommunicationis, & in alijs censuris, & quid, si sit lata contra incertã personam.*

2 *Scriptura an requiratur in præcepto, de aliquid faciendo, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.*

3 *Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis nulla, vel, quæ nõ habuit effectum.*

4 *Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis, lata per statutum; & quid, si per mandatum generale.*

5 *Scriptura non requiritur in sentẽtia excõmunicationis, quando copia Notarij, vel alia necessaria ad scribendum haberi non possunt.*

6 *Pœna suspensionis, contenta in c. 1. de sententia excõmunicationis sexto, non comprehendit Episcopus, nec pœna c. sacro. extra eod. tit. & quid in Prælatis regularibus.*

De

De scriptura quando requiratur in sententia excommunicationis. Cap. XXIV.

CVM Dominus Vicarius Neap. quodã die festo interesset choro in Ecclesia Cathedrali, quidam laicus, magister cuiusdam Ecclesiæ voluit eidem Vicario ibi existenti consignare claues Ecclesiæ, & amplius in ea se non intromittere; quẽ Vicarius pluries monuit, vt pro tũc ipsas penes se retineret: quia nec tempus, nec locus id patiebantur: sed absoluto officio, benignè ipsum audiret. Et cum dictus laicus adhuc impudenter, & temerariè voluisset cõsignare claues in dicto loco, Dominus Vicarius fecit ei præceptum, vt sub pœna excommunicationis latæ sententię, pro tunc dictas claues penes se retineret; qui laicus, relictis ibi clauibus, discessit, dicens: ego sum subditus Regi, cũ maximo scandalo Canonicorum, & aliorum circumstantium qui fuit postea per Curiam Archiepiscopalem declaratus excommunicatus, carceratus, ad plures pœnas condemnatus, & publicè absolutus, in Missa cõuentuali, in die Dominico, in eadem Ec-
1 clesia Metropolitana & loco in quo prębuerat scandalum. Fuit tamen dubitatum, an Vicarius propter excommunicationẽ latam sine scriptis esset suspensus, *iuxta ca. 1. de sent. excomm. in 6.* qui textus procedit etiã in alijs censuris, & siue excommunicatio feratur in certam personã, siue in incertam, *secundum tutiorem opinionem. Io. And. Dominici, & Franch. in d. ca. 1. Marian. Soc. cap. sacro. de sent. excomm. & in c. perpendimus. eod. tit. Vgolin. de censur. tab. 8. c. 21. §. 1.* licet contrarium teneant *ibi Io. Monach. Archid. & Lap. alleg.* 73. quando fertur in incertam personam, & *d. c. 1.* procedit, siue adsit dolus, siue non; sed sufficit, quòd stultè, fatuè, vel ex negligentia feratur, sine scriptis; nam id temerarie fieri dicitur, *iuxta glos. in d. c. 1. in verbo, temerarius. quam communiter Doctores sequuntur.* Sed dubium erat, quoniam *text. in d. cap. loquitur. de sent. excomm.*
2 & tanquam pænalis, non videbatur extendendus ad præceptum de aliquid faciendo, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, quod non videtur sententia excommunicationis. In contrarium tamen est veritas, quia nõ potest negari, quin in præcepto contineatur sententia excommunicationis; & ita communiter videntur concludere DD. *in d. c. 1.* dum ponunt exemplum de superiore regulari, qui fecit præceptũ sub pęna excommunicationis latæ sententię subdito suo. Sed dubitant
3 DD. quid si sententia, contenta in præcepto, non habuit effectum, quia subditus paruit; vel aliàs sententia lata non habuit effectum, quia lata post appellationem? *Lap. alleg.* 73. tenet non esse locum pęnæ *d. cap. 1.* quando excommunicatio non habuit effectum; quem videtur sequi, *Dominic. in d. cap. 1.* sed contrariam opinionem tanquam magis tutiorẽ, tenent *Io. Andr. & Franch. in d. cap.*
4 *1.* Non autem habet locum pęna *d. c. 1.* quando excommunicatio fertur per statutum vt dicunt *Io. Andr. Geminian. Anch. Fel. Franch. in c. Romana. §. caueant. eod. tit. in 6.* Et idem esse in mandato generali, quod habet vim

vim ſtatuti, tenet *Lap. in d. alleg.* 73. Poteſt poni exemplum, quando Vicarius Neap. præciperet ſine ſcriptura, vt omnes clerici accedãt ad proceſſionem, ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ipſo facto incurrenda. Idem cenſet *Lap. d. alleg.* quando excommunicatio fertur à Prælato, non tanquam iudice, ſed tanquam parte, pro defenſione iurium, *iuxt. notat. per Innocent. in c. venerabili. de cenſib. & in cap. ſacro.*
5 *de ſent. excomm.* Nec etiam habet locum pœna prædicta; quando copia Notarij, vel alia neceſſaria ad ſcribendum haberi non poſſunt, & periculum eſt in mora, *vt dicit Gloſ. communiter recepta in d. c.* 1. *in verb. temerarius.* Et hac ratione fuit excuſatus Vicarius prædictus à pœna ſuſpenſionis.

Declaratur etiam text. *in d. c.* 1.
6 vt talis pœna ſuſpenſionis non comprehendat Epiſcopos, quia non fit expreſſa mentio de illis. *iuxta capit. quia periculoſum, de ſent. excomm. in 6. vt dicit Ioan. Monac. in d. c.* 1. Nec etiã procedit in Prælatis regularibus, ſecundum *Lap. in d. alleg.* 73. Sed contrarium tenent *in d. ca.* 1. *Io. Monach. Io. Andr. Oſt. Petr. de Anch. Domin. & Franch.*

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutus in foro conſcientiæ ab excõmunicatione, an debeat inquietari in foro exteriori.*

De abſoluto in foro conſcientiæ, an debeat moleſtari in foro exteriori. Cap. XXV.

FVIT pluries dictum, & obſeruatũ in Curia Archiep. Neap. quod ſi in iudicio appareat aliquem eſſe excommunicatum; ſed conſtet iudici in conſcientia, talem excommunicatum obtinuiſſe abſolutionẽ in foro conſcientiæ antequã negotiũ deduceretur in iudicium, licet talis excommunicatus abſolutus, in foro conſcientiæ tantum poſſit accuſari, declarari, & puniri in iudicio *iuxta gloſſam communiter receptam in c. de his. de accuſat. & tradita per Couar. in c. alma mater. de ſent. excomm. in 6. §.* 12. *n.* 16. honeſtius tamen, & benignius facit iudex, ſi ipſum non inquireret, nec declararet excõmunicatum in foro exteriori, niſi pars eſſet in iudicio, quæ inſtaret; ſed, ſi pars non adeſſet, non tenetur iudex illum declarare excommunicatum ex officio iudicis nobili, quòd verſatur circa publicam vtilitatem; quia illa non eſt in conſideratione, poſtquam quis eſt abſolutus, & in peccato non perſeuerat. *Idem tenet Nauar. in conſ.* 51. *de ſent. excom. Idem Henriq. in ſumma, de irregul. c.* 20. & ita vidi pluries ſeruatum, vt dixi cũ Eccleſiaſticis, qui poſt excommunicationem, & abſolutionem obtentam in conſcientia celebrauerunt ad euitandam irregularitatem, ſuper qua in hoc caſu ſolus Papa diſpenſat *Nauar. c.* 27. *n.* 241.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus, perſiſtens in excommunica-*

municatione per annum, hab. tur pro confeßo, & conuicto de delicto, pro quo contumax fuit excommunicatus.

2 Testes an sint repetendi ad instantiam excommunicati per annum.

3 Excommunicatus perseuerãs vltra annum in excõmunicatione, potest priuari beneficijs.

4 Contumax potest excommunicari, sine alia citatione.

5 Excõmunicatus vltra annũ si admittatur ad defensiones, an recuperet beneficia.

6 Condemnari ab Episcopo an possit contumax ad pœnam delicti.

7 Laicus excommunicatus vltra annum priuatur iurepatronatus.

## De excommunicato insordescente vltra annum. Cap. XXVI.

1 EXcommunicatus, qui per annũ perseuerauerit in excõmunicatione, habetur pro confesso, & cõuicto de delicto principali, ꝑ quo fuit citatus, & non comparens excommunicatus; ita quod non amplius audiendus, *ex c. rursus, & quicumq. 11. q. 3.* Abb. Ant. Ripa, qui testatur de communi *in c. 1. de iudic.* vbi dicũt Fiscum, & partem esse releuatos ab onere probandi delictum; posse tamẽ inquisitum alijs probationibus suam innocentiam demonstrare, *secundum Ripam. & Butr. in d. cap. 1. & Menoc.* latè in tract. *de arbitrar. centur. 6. casu 416.* Ex his fuit dictum in Curia Archiep. non fuisse necessariã quandam repetitionem testium, factam ad instantiam excommunicati, qui perseuerauerat in excommunicatione per annum; siquidem repetitio testium fit ad probandam intentionem Fisci, vt earum est, & Fiscus est in probatis, vt supra dixi.

Notandum etiam in praxi, quòd excommunicatus pro quacunque causa siue ciuili, siue criminali, habetur pro conuicto, & confesso, si perseuerauerit in excommunicatione per annum; ita quod, si propter delictum debeat priuari beneficio, priuabitur, si venit priuandus ipso iure, erit ipso iure priuatus, vel alia pœna delicti imponetur; si verò nõ est determinata pœna, imponetur arbitraria; si verò perseuerauerit vl-
3 tra annum, etiam in causa ciuili, potest priuari beneficijs. *Ita Abb. not. in d. c. 1. nu. 25. Menoc.* latissimè, *vbi sup. qui alios adducit,* & dicit arbitrio iudicis remitti, quantum temporis expectari debeat post annum antequam deueniatur ad priuationem; *Abb. verò, vbi sup.* videtur sentire de triennio. Fuit etiam in eadem cau-
4 sa dictum, contumacem posse excõmunicari, sine alia citatione, vt dicunt *Innoc. Ant. Abb. in d. cap. de iudicijs. per illum textum.* quãuis in Cur. Archiep. de benignitate etiam contumaces soleant citari ad dicendum causam, quare non debeant excommunicari, & ad videndum se excõmunicari, & pro excommunicatis denunciari.

Quæritur, si clericus excommu-
5 nicatus post annum admittatur ad defensiones, an recuperet beneficia, tertio collata. *Glos. in c. rursus. 11. qu. 3.* dicit, quod licet audiatur de crimine quantum ad hoc, vt ostendat suam innocentiam; non tamen auditur, quoad hoc, vt recuperet bona,

bona, *per l. 2. ff. de requir. reis.* pariter clericus propter contumaciam priuatus beneficio poſt annum ex Bulla Pij IV. & Pij V. ſi poſt dictum annum ex gratia admittatur ad comparendum, non recuperat beneficia tertio collata, nec bona confiſcata, *vt probat Proſp. Farin. conſ.* 14. Sed aduerte circa bullas prædictas, quia ſunt locales, & procedunt in Statu Eccleſiaſtico, vt poſſit fieri condemnatio in cõtumaciam, ſed extra Statum Eccleſiaſticum attenditur ius commune, & ideo *Innoc. in c. qualiter, & quando, il 2. de accuſat.* enu-
6 merat aliquas pęnas canonicas; poſtea dicit, quod ad prædictas pænas contra abſentem contumacem procedi poteſt, ſed non ad depoſitionem, & alias pęnas, quæ ſunt vſque ad relegationem. *alleg. l. abſentem. ff. de pœnis. c. decernimus. 3. q. 9.* & Neapoli non eſt allegata cõſuetudo per Farinac. procedendi contra contumacem ad depoſitionem, *ſequitur Bernar. Diaz in Praxi. c. 152. qui ponit aliud modum condemnandi clericum abſentem de crimine per citationem ad faciendam purgationem canonicam, ſed iſte modus non eſt in vſu.*

Notandum præterea, quod *cap. rurſus. & capit. quicunque.* 11. *quæſt.* 3. procedunt, qñ agitur de crimine criminaliter, vel ciuiliter, & non in cauſa mere ciuili, *ita dicit Gloſ. notab. in cap. contingit. de dol. & contumac. in verbo, nõ poteſt.* quam extollit *Abb. in c. 1. num. 27. de iudic.*

7 Notandum vlterius, quod laicus inſordeſcẽs vltra annum in excommunicatione poteſt priuari iurepatronatus, & alijs iuribus, quæ obtinet ab Eccleſia, ſicut clericus beneficio. *capitulo finalis de pœnis, vbi Abb.*

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi nõ debent eſſe prompti ad carcerandum clericos.*
2 *Carcer infamat.*
3 *Carcerans iniuſtè clericum eſt excommunicatus.*
4 *Carcerantur aliquando clerici in Curia Archiep. Neap.*
5 *Cap. ſi clericos, de ſententia excommunicationis in 6. non eſt in vſu, quoad cautionem de ſtando iuri.*
6 *Habilitatio clericorum carceratorum quando facienda, vel non.*
7 *Recommendatio in carceribus quando facienda: & quid ſeruetur Neapol. Epiſcopus poteſt mandare iudici laico, vt arreſtet carceratum in ſuis carceribus pro cauſa pendente coram ipſo Epiſcopo. ibid.*
8 *Carcerare clericos, quando poſſunt laici.*
9 *Clericus carceratus, ſi diſceſſit à Palatio, vel alio loco pro carcere ſibi aſſignato, & poſtea intra breue tempus reuertatur, an teneatur ad pœnam fideiuſſionis.*
10 *Presbyteri carcerati, an poſſint celebrare Miſſas, ſi ſint habilitati per Palatium, vel Ciuitatem.*
11 *Interrogatoria poſſunt dari ab inquiſitis teſtibus repetendis; & ibi Praxis Curiæ circa interrogatoria.*
12 *Interrogatorijs quando teſtes non teneantur reſpondere, & alia de interrogatorijs.*
13 *Teſtes, qui fecerunt confrontationem in faciem inquiſiti; an ſint repetendi cũ eius interrogatorijs; & quid Neap. ſeruetur.*

De

De carceratione clericorum, habilitatione, recommendatione in carceribus, & alijs scitu dignis. Cap. XXVII

1 VTILISSIMAM, & in Curia Archiep. Neapolit. frequentissimam carcerationis clericorum materiam, de qua sæpissimè dubitatur, hoc loco pertractandum putaui; Est ergo primò notandum, quod sicut dicit *Io. Andr. in c. si clericos. de sent. excomm. in 6.* Episcopus non debet esse promptus ad carcerandum clericos; carcer enim infa-
2 mat, & irreparabile damnum affert. *Bald. in l. si clericus. C. de Episcop. audien. & in l. 1. C. de in integr. restit. Paul. Ias. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* & infamat apud graues personas. *Menoch. de arbitr. casu* 87. omittuntur diuina officia, & scandalizantur laici, qui clericis solent esse valdè
3 infesti. *c. laicos. 2. q. 6.* quinimo Episcopus iniustè carcerans clericum, est excommunicatus. *c. si clericos. de sent. excomm. in 6.* debet namque cõtra ipsum clericum constare de delicto, saltem præsumptiuè, *iuxta Dominic. in præall. cap. si clericos.* In Cur.
4 verò Archiep. seruatur, quod non proceditur ad carcerationem clericorum; nisi contra ipsos adsint probationes sufficientes ad condemnãdum, vel saltem ad torquendũ, dummodo clericus nõ sit suspectus de fuga, nec sit timor, quòd seducat testes, & destruatur informatio; quia tunc ad finẽ formãdi inquisitionẽ, habita aliquali informatione, carceratur, *iux. communẽ practicã Doct. de qua testatur Clar. in Praxi. §. fin. qu. 28.* quin etiam, qñ Curia nõ potest molestare clericum neque citat ad informandum, secus (vt dicitur) ad subijciendum se examini super his, de quibus fuerit interrogatus, mouentibus mentem curiæ, & signanter super tali delicto, sed si Fiscus speratex depositione clerici augeri indicia cõtra ipsum, solet Curia citare clericum, non ad informandum, sed ad perhibendum testimonium veritatis, tanquam testem: & si eius dicto Fiscus acquirit indicia, nempe ex mendacijs, vel alijs, remanet carceratus: alias non molestatur. si verò clericus ad morũ correctionẽ detineatur carceratus per aliquot dies, etiam sine processu, non videtur Episcopus excommunicatus, cùm temeritas, vel iniuria cesset, *iuxta d. c. si clericos.*

5 Notandum secundò, quod tex. *in d. c. si clericos.* quatenus dicit, quòd si clericus carceratus præstat cautionem de stando iuri, debet à carceribus relaxari, nisi excessus enormitas, aut alia rationabilis causa suaserit detinendum, hodie non est in vsu in Curia Archiep. Neap. nec
6 alibi quoad cautionem de stando iuri; sed solent rei inquisiti habilitari cum cautione, de tenendo Palatium, domum, aut Ciuitatem loco carceris. Habilitari verò non debet conuictus, vel confessus, *l. si confessus. ff. de custod. reor.* nec indiciatus ad torturam, *iux. Bald. in l. si quis post. ff. de testam. & Bullam Pij V. incip. Licet ex iuris;* nec qui aliàs aufugit. *Paris de Put. de sindic. in verbo, carcer. cap. 1.* nec quando quis est repertus in flagranti crimine, aut delictũ
8 est notorium, & manifestum, etiãsi de pœna pecuniaria agatur. *Marsil. in praxi §. attingam. numero 5. & 6.*

Nec

Nec de iure in delictis grauissimis. *l. nullus, ff. de custod. reor.* quod etiam Iudicis arbitrio relinquitur: nam etiā in causis Sanctæ Fidei solet fieri habilitatio ex infirmitate, vel alia causa Iudicis arbitrio. *Menoc. de arbitr. casu* 303. & in Curia Archiep. Neap. habilitantur in festis Paschalibus, & Natiuitatis Domini nostri inquisiti, etiam de delictis exceptis *in l. 3. C. de Episc. audien.* ex consuetudine Curiæ Archiep. Neap. & aliarum Curiarum, *vt testatur Clar. §. fi. q. 46. nu. 9.* in hac enim habilitatione multum Iudicis arbitrio tribuitur, *iux. Menoch. vbi supra. & Farinac. latissimè de carceribus, & carcer. quæst. 33. num. 53.*

7 Tertiò notandum circa recommēdationes clericorum, carceratorum in Curia Archiep. Neap. quòd licet secundum magis communem opinionem Doct. carceratus pro delicto non possit recommendari in carceribus pro debito, de qua testatur *Brun. de ceß. bonor. qu. 11. 4. qu. princ. numero 33. & 35.* id non seruatur in Curia Archiep. Neap. & ita tenet *Bosſ. de capt. reor. numero 91.* Item secundum magis communem opinionem iniustè captus pro debito, vel delicto non potest arrestari pro alio debito, vel delicto, *Brunus, & Farinac. de carcer. q. 27. numer. 155.* qui dicit hanc opinionem in Vrbe non seruari, nec etiam seruatur in Curia Archiep. sed solet dici: male captus iuste detinetur; & liberati pro prima causa arrestātur pro alia, & ita etiam de iure procedere dicit *Marsil. de bannitis, in verbo, capitul. num. 5. quem sequitur Farinac. vbi sup.* Quando vero captura fuisset iniusta ex parte Iudicis, nempe in Ecclesia; tunc aliud videtur dicendū. Præterea notandum, quòd de iure captus pro debito, non potest pro alio debito arrestari, nisi arrestans habeat super declaratione sui crediti sententiam Iudicis, & mandatum relaxatum, *vt declarat Brun. in loco supra allegato*; & ita etiam seruari in Vrbe dicit *Farinac. d. q. 27. num. 156.* In Curia verò Archip. seruari solet, quod debitor arrestatur pro debito etiam quod creditor nō habeat sententiam, & mandatum, quod debitum si confitetur debitor, non excarceratur, nisi soluat, propter confessionem factam in iudicio, quę habet exequutionem paratam, *iuxta Paulum de Castro in l. eum pro quo. ff. in ius vocan.* si verò negat debitor, aut illud probatur per instrumentū publicum, & relaxatur præstita cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo; aut est probandum testibus, tunc præstatur solum cautio de stando iuri, si carceratus est exterus, alias non: & liberatur à carceribus.

Notandum singulariter circa recommendationem in carceribus, quod Episcopus potest mādare potestati sæculari, vt arrestet carceratum in suis carceribus pro causa pendente coram ipso Episcopo, & tenetur sæcularis obedire, etiam si de iure municipali arrestū fieri nō deberet. *Ita Bald. notabiliter in consil. 91. sed pone. in fin. libr. 5. Illustriß. Card. Tuscus in verb. Iudex Ecclesiasticus, concl. 442.*

8 Quartò notādum, quod laici carcerantes clericos sunt excōmunicati, nisi quando de mandato Episcopi

pi ipsos carcerant, *vt in d. c. si clericos.* vel 2. quando agitur de obuiando delicto committendo. *Io. And. Abb. Fel. Dec. & alij communiter in c. cum non ab homine. de iudic. ex Glos. in cap. 2. de hæret. & alijs congestis per Farin. de inquisit. q. 8. n. 1. Capic. decis.* 114. Hinc potest familia Iudicis sæcularis capere clericum de nocte incedentem cum armis, cum præsumatur velle delinquere. *Abb. in c. vt famę. de sent. excommun. Couar. lib. pract. quæst. c. 33. Nauar. cons. 39. de sent. excommun.*

Tertiò, quãdo clericus reperitur in flagranti crimine, tunc enim quilibet dicitur habere mãdatum à lege capiendi malefactorem, *l. raptores. C. de Episcop. & cler. l. capite quinto. ff. de adulterijs. Felin. in c. si vero. de sent. excomm. vbi de communi testatur.*

Quartus casus, quando clericus potest impune offendi, vel verberari per laicũ, vt degradatus, vel ad defensionem. *Foller. in praxi canonica in verbo, vt si est sacrilegium. nu. 18. ex Io. And. & Abb. in d. c. cum non ab homine. Farin. vbi sup.*

Quintus casus est, quando agitur de delicto commisso, an clericus possit capi à familia Curię sæcularis ad effectum remittendi, & ducendi illum ad Iudicem Ecclesiasticum: & magis communis opinio est, quòd possit capi, quando tamen est suspectus de fuga; secus, si non est suspectus. *Abb. Dec. in d. cap. cum non ab homine Fel. ibi num. 30. qui testatur de communi. Menoch. de arbitrarijs casu* 180. *Farinac. vbi sup. num.* 115. & tali casu potest laicus clericum carceratum detinere per spatium 20. horarum, & non vltra, *iuxt. d. l. capite quinto. ff. de adult. Felin. & Farin. vbi supra.* Item, vt procedat, quando non est copia Iudicis Ecclesiastici, quia si potuit illum capi facere à Iudice Ecclesiastico, debet etiam in pœnam amittere ius crediti sui. *Ita Arnonus singul. 86. Farinac. vbi supra.* In omnibus verò casibus, in quibus clerici possunt capi à laicis, debent duci ad Iudicem Ecclesiasticum sine ignominia; alias non euitatur excommunicatio, & vis publica. *Boer. dec. 303. Couar. lib. pract. quæst. c. 33.*

9 Quintò notandum, esse dubium inter Doctores, si carceratus discessit à Palatio, vel alio loco, sibi pro carcere assignato, & intra breue tẽpus reuertatur, an dicatur contrauenisse fideiussioni, vt pœna exigi possit ab ipso carcerato, & fideiussoribus. *Carrerius in sua praxi crimin. in 2. tract. de indicijs ad torturam. §. tertium indicium est. nu. 20.* dicit isto casu fideiussionem non esse ruptam, nec fideiussorem ad pęnam teneri, *ex pluribus relatis per Farinacium de carceribus, & carceratis, q. 30. num.* 70. Contrariam opinionem de directo tenet *Vulpellus in responso 39. lib.* 1. fundans se præcipuè in contemptu Iudicis, cuius opinio verior videtur & aliquibus rationibus comprobatur à *Farinac. vbi sup. n. 77.* ipse tamẽ putat nõ esse integram pęnam exigendam, sed minorem summam ob Iudicis contemptum.

Hic casus cum pluries euenisset in Curia Archiepisc. nunquam vidi exactam pænam; sed carceratus fuit positus sub claue, & non amplius habilitatus. Et etiam in hoc casu pla-

placuit Curiæ Archiep. sequi decisionem Gramm. 95. licet loquatur in alijs terminis, vt expectetur exitus causæ, ac etiam, vt possit pœna exigi, quando carceratus discessit à loco sibi pro carcere assignato, & commisit aliquod delictum.

10 Sextò notandum, quòd accusatus de simonia, pendente inquisitione, prohibetur celebrare Missas, *ca. accusatum. de simonia*. & inquisitus de quouis graui crimine concurrente infamia, non debet celebrare, *vt dicit Abb. in dicto capitulo accusatum.* & in Curia Archiep. seruatur, quod inquisiti de quouis delicto, habilitati per Palatium, vel per Ciuitatē, prohibentur celebrare, sed conceditur eis licentia à Vicario, quando delictum est leue, vel graue, sed cōstat de innocentia, licet adhuc causa non sit finita, dummodo non adsit scandalum.

11 Septimò notandum, quòd testes examinati contra inquisitum, repetendi sunt cum eius interrogatorijs, si illa dare velit; alias non probant, *ex c. præsentium. de testib. in 6. ca. per tuas. de testib. vbi Doctor. & l. si postulauerit. §. quæstionis. ff. de adult.* ad quę danda debet citari. *Papiensis in Praxi de forma iuramenti testium, in verbo, citati. numer. 1. Farinac. de testib. q. 13. nu. 25.* & seruatur Neap. nam pręfigitur terminus ad præsentandum interrogatoria, & pro illis formandis debet concedi copia articulorum. *Innoc. Abb. & communis in d. c. tuas.* habetur etiam in ritu Curiæ Archiep. 29. *& secundum Archid. in dict. capit. præsentium. nu. 7.* potest pars interesse interrogationibus à Iudice faciendis; quod non seruatur in Curia Archiep. nec seruatur in Vrbe, *testatur Farinac. de testib. q. 73. nu. 5.* Insuper notandum *iuxta Fel. in d. c. per tuas. & Farinac. vbi sup. nu. 20.* quòd, vt possint formari interrogatoria, sunt concedēda etiam nomina testium examinatorum. Contrarium tenet *Bald. in l. fin. C. de edendo. Specul. de test. §. qualiter. Maranta in specul. par. 6. de actorum editione, nu. 60. & alij relati per Farinac. loc. cit.* ad euitandum subornationem; & ita seruatur in Curia Archiep. cuius praxis talis est. Postquam inquisitus fuit constitutus, facta litis contestatione dantur ei defensiones, & præstatur per eum iuramentum de calumnia, & si habet testes Fisci pro repetitis, & legitimè examinatis, conceditur ei copia omnium repertorum cū nominibus, & cognominibus testium, ad finem faciendi defensiones, nisi essent plures inquisiti, qui nō essent in fortijs Curiæ, tunc, ne copia processus ei ostendatur, & publicetur processus; conceduntur solum capita, ad finem faciendi defensiones, *iuxta tradita per Bossium de sententia, num. 85. Clar. in §. fin. q. 49. qui limitant, quando contumaces fuissent condemnati*. Si verò inquisitus non habet testes pro repetitis, non publicatur processus nec datur copia parti, vt etiam dicit *Clarus in d. q. 44.* sed si instat sibi cōcedi copiam repertorum, ad finem formandi interrogatoria, tunc conceduntur ei capita, vel copia ipsius Constituti loco Capitulorum, sine nominibus, & cognominibus testium, cum termino dierum duorum ad formandum interroga-

terrogatoria; quibus præsentantis, examinantur testes absque præsentia inquisiti; solum enim, si vult, potest videre iuramenta testium, ad quæ videnda citatur: testibus repetitis, conceditur ei copia omnium repertorum etiam repetitionis testium cum nominibus, & cognominibus, ad finem faciendi defensionem, præterquam si essent plures inquisiti absentes, quia tunc solum conceduntur capita, vt supra dixi, nunquam tamen dantur defensiones testibus torquendis, ad eruendam veritatem, ob mendacium, variationem, aut contrarietatem; *iuxta veriorem opinionem Boss. de tortura testium, n. 34. Clar. §. fi. q.* 25. aut ad validandam depositionem contra socios criminis.

12 Octauò notandum, quòd testes non tenetur respondere interrogatorijs, suam turpitudinem continentibus, vt est crimen, infamia, excommunicatio, & similia; sed si cõtineat eius inhabilitatem ad testimonium, tenetur respondere, vt est paupertas, consanguinitas, seruilis conditio, & similia; hanc esse communem opinionem Doctorum, *ipsis relatis, dicit Fel. in c. cum causam, de testib.* nec etiam *ex prædictis* tenetur respondere, si sit confessus peccata sua, vel non. *Prosper. Farinac. vbi supra, n.* 54. si tamen testis confitetur crimen, creditur ipsi. *Felin. vbi supra*. Præterea non tenetur testis respondere interrogatorijs impertinentibus, incongruis, superfluis, & extra articulos, & si dicat, se nescire, talis depositio non vitiatur. *Specul. de teste, §. iam de interrogatorijs, Farinac. vbi sup. latè, nu.* 84. In dubio verò interrogatoria iudicãda sunt non impertinentia. *Franch. in c. præsentium, §. 1. de testib. in* 6. Si tamen testis esset aliàs suspectus, potest interrogari de circumstantijs nõ substantialibus, & quibuscunque modis inquirenda est veritas per iudicem, qui laborare debet, vt testem mendacijs, & contrarietatibus intercipiat. *Glos. & communis in d. cap. cum causam.* & iudicis arbitrio remittitur, qui testis sit suspectus, *secundum Bald. ibi, Farinac. num.* 52. & interrogatoria, an sint impertinentia, ante omnia discuti debet, & non possunt admitti, saluo iure impertinentium. *Fel. in d. cap. per tuas, de testibus*; & in Curia Archiep. antequam præsententur, reuidentur per Aduocatum fiscalem, nec fiunt super articulis repulsæ, & qui illa dat, tenetur soluere mercedem Notario, vt patet ex ritu dictæ Curiæ Archiepiscopali 29.

13 Notãdum nouissimè, esse dubiũ inter Doctores, an testes, qui iurauerunt in faciem inquisiti, & fecerunt confrontationem, sint postea repetendi cum interrogatorijs inquisiti. *Honded. cons.* 101. *quem refert, & sequitur Farinac. de testib. q.* 22. pluribus rationibus probat eos esse repetẽdos, illa potissimum, quòd licet confrontatio suppleat defectum citationis, non tamen supplet defectum interrogatoriorum, cum quibus debent testes examinari in ciuilibus, & in criminalibus, *c. cum causam, cap. per tuas, de testib. c. præsentium, eod. tit. in* 6. aliàs eorum depositio est nulla, *vt per omnes in dictis iuribus*. dicit tamen Farinac. fuisse in Vrbe reso-

lutum, quòd si reus non est sagax, sed rudis, nesciens facere interrogatoria testi, vel si fecit non perfecta, & præsertim si ius repetendi, sibi cum interrogatorijs non reseruauit, vel etiam si Iudex illum non monuit ad interrogandum testem; his inquam casibus non est deneganda repetitio: contrarium verò, si reus esset sagax, & monitus à Iudice ad dandam interrogatoria, dedit: ipse verò Farinac. tenet indistinctè faciendā esse repetitionem. Primò, quia interrogatoria formatur ab Aduocatis, & Procuratoribus, nec reperitur homo tam sagax, qui possit talia interrogatoria ex improuiso formare: Secundò, quia confrontatio fit vt plurimum, reo existente in secretis carceribus, quo casu, cùm non sit benè de facto informatus, non potest benè interrogatoria formare, sed posset respōderi, satis esse, si dentur aliqua interrogatoria concernentia substantiam negotij, ad quæ formanda poterit etiā Iudex adiuuare inquisitū; nam vt plurimū interrogatoria, quæ fiūt ab aduocatis sūt captiosa.

In Curia verò Archiep. vidi denegatam repetitionē in quibusdā delictis atrocibus, ferè notorijs, quando ex repetitione potius sperabatur subuersio testiū, & iustitiæ, quā indagatio veritatis, vt poterit videri in causa subdiaconi Hieronymi della Monica, cōdemnati de homicidio, anno 1598. Aliquādo fuerūt moniti inquisiti ad facienda interrogatoria in actu confrontationis, iuxta resolutionem Doctorum Vrbis, quæ videtur æqua, & rationabilis, & ita passim hodie seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus constitutus in minoribus seruiens Eccles. sine mandato Episcopi, an gaudeat priuilegio fori.*

2 *Clericus deseruiens Capellæ in Ecclesia existenti, quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio assignata est, gaudet priuilegio fori.*

3 *Clericus non incedens in habitu, & tonsura, & delinquens, an amittat priuilegium fori, si non fuit monitus.*

4 *Clericus effectus miles, an statim amittat priuilegium fori.*

5 *Clericus in quibus casibus potest incedere sine vestibus clericalibus.*

6 *Beneficiatus, qui non potest adipisci possessionem beneficij, an gaudeat priuilegio fori.*

7 *Clericus habens pensionem, an gaudeat priuilegio fori.*

8 *Clericus beneficiatus, si non incedit in habitu, & tonsura, an statim amittat beneficium, absque aliqua sententia Iudicis Ecclesiastici, & successiuè non gaudeat priuilegio fori, si non habet alia requisita.*

9 *Fratantiam obtinens gaudet priuilegio fori, qui est beneficium Ecclesiasticum.*

10 *Beneficium Ecclesiasticum obtinens modici, vel nullius valoris gaudet priuilegio fori.*

11 *Tonsura an sit necessaria, vt Clericus gaudeat priuilegio fori.*

12 *Consuetudo an valeat, quod Clerici coniugati non deferant habitum, & tonsuram, dum seruiunt in diuinis, & gaudeant priuilegio fori.*

De

De Clerico, an & quando gaudeat priuilegio fori. Cap. XXVIII.

EX Concil. Trid. *cap. 6. sess. 23. de reform.* Clericus in minoribus constitutus non gaudet priuilegio fori; nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat; vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.
1 Fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an Clericus inseruiens alteri Ecclesiæ, quàm illi, cui ex mandato Episcopi fuit adscriptus, gaudeat priuilegio fori; & anno 1586. Sacra Congregatio Conc. Trident. Vicario Neapolitano petenti rescripsit in hæc verba. An Clericus alteri Ecclesiæ inseruiens, quàm illi, cui fuit adscriptus, fori gaudeat priuilegio. Congregatio censuit gaudere. Romæ die 28. Decembris 1586. Ant. Card. Carafa: & ita seruatur in hac
2 Ciuitate. Declarasse etiam fertur Sacra Congregatio super *d. cap. 6.* quòd Clericus, qui seruit Capellæ existenti in Ecclesia, quę ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio assignata est, gaudet priuilegio fori.
3 Sed dubium est, an hodie clericus non incedens in habitu, & tonsura, quamuis seruiat in diuinis, amittat priuilegium fori, si non fuit ter monitus ab Episcopo ad reassumendum habitum, & de iure communi Clericus non coniugatus, si in habitu laicali incedat, & delinquat, non amittit priuilegium fori; nisi post trinam monitionem habitum non reassumpserit. *Abb. in cap. cum contingat, per illum textum, de sententia excommun. cap. in audientia, el 2. eod. tit. Card. in c. perpendimus, d. tit.* nisi immisceat se enormibus, per *d. cap. perpendimus*: vel exerceat actum omninò contrarium cleri-
4 catui, nen pe, si ducat vxorem, vel efficiatur miles, & exerceat sæua; alias, si solùm adscriberetur militiæ, non amittit priuilegium clericale, *iuxta Innoc. communiter receptum in cap. 1. de Apost.* sed post Concil. Trident. videtur forte dicendum, quòd non requiratur monitio, per illum dictionem, nisi, positam in *d. cap. 6. quæ excipit, l. actione, C. de transact. Decius in cap. si pro debilitate, de offic. delegat.* & sufficere videtur, quòd Conc. Trident. sit contrarium priori legi, vt eam tollat,
5 *cap. 1. de const. in 6.* In aliquibus tamen casibus clericus excusatur, si non deferat vestes clericales, vt si iusta causa timoris exegerit habitum transformare, *cap. clerici, de vita, & honest. clericorum. Clemen. fin. eod. tit. vbi Glosa,* si propter infirmitatem. *Capel. Tolos. decis.* 104. si propter paupertatem. *Imola in d. Clem. fin.* si in domo ob calorem maneat sine veste; vel alia rationabilis causa boni viri arbitrio excuset, *iuxta textum in dict. Clem. vbi Glos. & DD.* Est tamen notandum, quod vnica omissio habitus non priuat clericum priuilegio clericatus; sed est necessaria tanta perseuerantia, vt publicè existimetur laicus, secundum consilium *Chrysost. de Castellio.* quod refert, & sequi-

tur *Prosper Farinac. de inquis. quæst. 8. num. 58.* Item declarauit sacra Congregatio, quod si aliquando seruitium diuinum intermittatur, clericus gaudere debeat; verba enim sunt intelligenda ciuili modo, *l. si cui, ff. de seruitutib.* & continuò quid dicitur fieri, quod pro maiori parte temporis fit. *Doctores in l. 1. ff. solut. matrim. Ant. Abb. Felin. in procem. decret. Dominicus Franch. in procem. sexti.* Sed solet dubitari, an Clericus beneficiatus debeat probare possessionem beneficij, vt gaudeat priuilegio fori, *iuxta d. cap. 6.* vel satis sit, probare titulum absque possessione, *Clarus in §. fin. quæst. 36. dicit*, quòd debet probari possessio, in Vrbe fuisse determinatum, *dicit Farinac. d. quæst. 8. num. 45.* Declarauit

6 tamen sacra Congregatio, quòd si collatio beneficij est valida, & beneficiatus non fuit adeptus possessionem propter intrusum, contra quem litem mouit, gaudet priuilegio fori, vt refert *Paris. de resignat. beneficiorum lib. 7. quæst. 1. num. 47.* qui refert, pariter Sacram Congregationem censuisse, quòd Clericus habens pensionem solitam conce-

7 di Clerico, gaudeat priuilegio fori, si in habitu, & tonsura incedat, *faciunt notat. per Felin. in cap. ad audientiam, el 2. de rescript.* Sed aliud dubium notabile est, an Clericus constitutus in minoribus beneficiatus, qui non incessit in habitu, & tonsura, carceratus pro delicto à Iudice laico, amittat priuilegium fori, tamquam non habens beneficium, si non habet alia requisita, *iuxta dict. cap. 6.* absque aliqua declaratione Iudicis Ecclesiastici, quòd si priuatus beneficio, ob non delationem habitus: & videtur, quòd nulla requiratur sententia declaratoria, ex claris verbis bullæ Sixti V. de habitu, & tonsura, per quam declarantur beneficiati, qui incedunt sine habitu vsque ad talos, & tonsura, priuati beneficijs, sine vlla monitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio, & ipsa beneficia vacare censentur, ac liberè ab alijs impetrari possunt: & in claris non est opus coniecturis. In contrarium est veritas, quòd quamuis de iure imponatur pœna ipso facto, ita quod nulla requiratur sententia: debet nihilominus præcedere Iudicis sententia, non super pœna, sed super crimine, pro quo imponitur pœna, & declarari talem commisisse delictum. Ita in crimine læsæ maiestatis, & similibus dicunt *Ioannes Andr. & Franch. in cap. felicis, de pœnis, in 6.* Probatur clarè *in cap. v. de homicid. in 6. & in cap. cum secundum, de hæret. eod. lib. & dicit Afflict. post Bald. in cap. 1. de feudo sine culpa non amittendo*, quòd licet vassallus commiserit aliquam culpam, qua amissionem feudi ipso iure incurrat, est necesse, quòd prius coram Iudice competenti declaretur culpabilis. Idem tenet *Sotus de iustitia, & iure, lib. 1. quæst. 6. artic. 6.* Et proinde Clericus dicitur beneficiatus, donec saltem præcesserit declaratio iudicis Ecclesiastici, quod non incesserit in habitu, & tonsura, & successiuè gaudebit priuilegio fori. Est etiam clarum, dictam declarationem spectare ad Iudicem Ecclesiasticum; cum tractetur de delicto Clerici,

& pri-

& priuatione beneficij.

9 Præterea notandum, quod obtinens Neapoli fratantiam gaudet priuilegio fori, qui est beneficium Ecclesiasticum; cum habeat quatuor requisita, quæ sunt de essentia beneficij, videlicet, vt conferatur Clerico ab Episcopo, vel alio Ecclesiastico, vt sit perpetuum, vt habeat onus spirituale, vel spiritualitati annexum, vt est, comitari cadauera defunctorum, *iuxta Petr. de Anchar. in cap. beneficium, de regulis*
10 *iuris in 6. Io. de Sylua de benefic. part. 1. q. 1.* & ita Neap. seruatur, ac sufficit, quod sit modici valoris, *arg. cap. si motu proprio, de præbend. in 6.* Immo solus titulus beneficij absque redditibus sufficit, vt gaudeat; quia redditus non sunt de essentia beneficij, sed supradicta.

11 Quæritur, an Clericus in minoribus constitutus seruiens in diuinis in habitu tantum clericali, sed non deferens tonsuram, gaudeat priuilegio fori. Doctores tenent, quod sic. *Zabarella in cap. Perpendimus, de sententia excommunic. Veron. consil. 11. Rolan. consil. 4. lib. 1. Farinacius, qui alios adducit, de inquisit. quæst. 8. num. 64.* Verum dicta, per Doctores supradictos possent forsan procedere de iure communi, sed post Concil. Trident. contrarium est dicendum, cum in *cap. 6. sess. 23.* in Clerico seruiente in diuinis requirat copulatiuè clericalem habitum, & tonsuram, id tamen intelligendum est, vt satis sit, quod pro maiori parte clericus fuerit solitus deferre tonsuram, quemadmodum vnica omissio habitus non priuat Clericum priuilegio fori, sed necessaria est tanta perseuerantia, vt publicè existimetur laicus, vt dicitur in Praxi; ex quo sequitur, quod carens tonsura tempore delicti, vel capturæ non amittit priuilegium fori, si alias fuit solitus deferre illam; *facit decisio 104. Capellæ Tolosanæ,* vbi carens tonsura tempore capturæ fuit excusatus propter infirmitatem. Et ita etiam tenet *Alderanus Mascardus de generali statut. interpret. conclus. 1. num. 100.* sæpè etiam tonsura, seu capilli solent crescere, & clericus non aduertit, quare non debet Iudex nimis subtiliter de tonsura scrutari, quæ frequenter ex infirmitate, ex inaduertentia, ex distractione, & occupatione negotiorum solet omitti, iuxta illud, qui nimis emungit elicit sanguinem, *cap. denique,*
12 *4. dist.* Prædicta procedunt etiam in clericis coniugatis, in quibus requiritur delatio habitus, & tonsuræ, dum seruiunt in diuinis ex Conc. Trid. *dict. cap. 6.* non obstante consuetudine immemorabili, quod est notandum, quia ante Concil. Trident. *secundum Ananiam in c. 1. de Apostat.* valida erat consuetudo, quod Clerici coniugati gauderent priuilegio, quamuis nec vestes clericales, nec tonsuram deferrent; quam consuetudinem defendit *Didacus Perez lib. 1. ordin. Castellæ tit. 3. l. 16.*

*SVMMARIVM.*

*1 Hospitalia priuata an visitari possint.*

2 *Hospitalia an teneantur ad procurationem.*

3 *Episcopus potest priuare laicos magistros Ecclesiarum officio, si malè administrant.*

4 *Oratorium priuatum quando ab Episcopo visitari possit.*

De visitatione Hospitalium priuatorum, & Extauritarum. Cap. XXIX.

IN visitatione facta in ciuitate, & diœcesi Neapol. anno 1598. per dominum Scaurum Guglielmuccium, Visitatorem ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Gesualdo Archiepisc. Neapolit. deputatum, plurima dubia occurrerunt, quæ cum ad praxim reducantur, recen-
1 senda putaui. Fuit enim dubitatum, an Episcopus possit visitare hospitalia priuata, fundata sine auctoritate Episcopi: & fuit dictum, communem distinctionem Doctorum esse, quòd aut fundator hospitalis viuit, & non possit illud Episcopus visitare (nam potest fundatorem pœnitere, & reuocare hospitale) aut est mortuus fundator, & potest hospitale visitari ab Episcopo, tanquam exequutore omnium piarum dispositionum. Ita *Abb. in cap. de Xenodochijs, de relig. domib. Sotin. de visitat. lib. 5. de visitat. locorum, quæst. 12. Abb. Card. Imola, Bonifac. Anchar. in Clem. quia contingit, de relig. domib.* & quòd Episcopus sit executor omnium piarum dispositionum vltra Canones antiquos, & Concil. Trid. *cap. 8. sess. 22. de reform.* probatur etiam de iure ciuili, *in authent. de Ecclesiasticis titulis, §. si quis autem ædificationem, & §. si quis au-*
2 *tem pro redemptione.* Non tamen poterit Episcopus exigere procurationem, quando visitat hospitalia. Ita *Lap. de Castilione in tract. de hospit. num. 98. Bonif. in d. Clement. quia contingit, num. 94. & ibi etiam Cardinalis, & Imola, & est communis:* sunt enim bona talium locorom instituta, vt deseruiant pro sustentatione pauperum tantum, & ex prædictis clarè patet, quòd licet bona Extauritarum dicantur bona laicorum, *secundum Afflictum de iure protomiseos, in principio constitutio-*
3 *nis*; mortuis tamen benefactoribus possunt visitari ab Episcopo, tanquam executore omnium piarum dispositionum: & potest Episcopus administratores locorum piorum, si malè se gerant in administratione, priuare officio, & alios substituere, *dict. §. si quis autem, & Concil. Trident. cap. 8. sess. 25. de reformat. Gambar. de auctor. Leg. de potestate Legati circa hospitalia:* & ita pluries Neapoli seruatum fuit, quòd magistri Ecclesiarum mali administratores fuerunt priuati officio à Curia Archiepiscopali.
4 Quæritur, an Episcopus possit visitare Oratoria priuata. Sciendum, quod Oratoria priuata dicuntur illa, quæ sunt fundata sine auctoritate Episcopi ad orandum, & in illis non potest celebrari Missa sine licentia Episcopi, *cap. vnicuique, cum seq. de consecr. dist. 1.* & ista Oratoria priuata ab Episcopo visitari non possunt, *ex cap. fin. de censib.* sed dicit Innoc. ibi, quod si in Oratorio institueretur sacerdos perpetuus, quod tunc Episcopus posset

Ora-

Oratorium visitare, sed *Abb. in dict. cap. fin.* intelligit Innocent. quando Oratorium esset constructum auctoritate Episcopi; quia tunc posset ibi publicè celebrari, & sacerdos deputari; quod sequitur *Socin. de visitat. lib. 3. quæst.* 11. quia quando locus est priuatus, non est capax intitulationis perpetuæ: *Innocent.* verò notabiliter dicit, quod Episcopus potest nihilominus accedere ad Oratoria priuata, & videre quomodo se habeant, & si præter formam iuris constructa sint, & an honestè tractentur, alias posset mandare destrui illa. Poterit ergo prædicta facere, quamuis visitare non possit priuata Oratoria, *quod not. sequitur Abb. & Soc. locis citatis.*

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus quomodo in visitatione debet procedere contra resistētes, & an possit ius de facto excommunicare.*

2 *Excommunicatio potest ferri sine monitione, pro conseruatione iurium.*

3 *Scriptura non requiritur in sententia excommunicationis, lata pro defensione iurium.*

De Episcopo, quomodo debeat procedere contra resistentes in visitatione, & ibi alia de excommunicatione pro defensione iurium Ecclesiæ. Cap. XXX.

1 IN eadem visitatione fuit dictum, quod quando Episcopus visitat, & in actu visitationis visitati resistunt, allegantes exemptionem à visitatione, poterit Episcopus illos de facto resistentes, si non sunt in possessione, quòd non visitentur, de facto excommunicare, nullo iuris ordine seruato; nec exemptionem, aut probationem oblatam recipere, aut appellationem admittere tenetur, cum non vt Iudex, sed vt pars pro suo iure conseruando procedat, defendendo se gladio spirituali, *iuxta cap. dilecto, de sententia excommunicationis, in 6.* ex quo fit, vt oblata probatio nequaquam iustificet appellationem, aliàs, si vt Iudex procederet, exceptionis legitimæ oppositæ oblata probatio appellationem iustificaret, *cap. interposita, de appell. cap. cum inter Canonicos, de electione.* Si verò illi sunt in possessione, quod non visitentur, non poterit hoc sic excommunicare. Ita notabiliter dicit *Innoc. in cap. venerabili, de censib. & ibi Anton. de Butrio, Marianus Socin. de visitatione, lib. 3. quæst.* 14. *Felin. in cap. sacro, de sententia excommunicationis,* vbi dicit, non esse necessariam monitionem, quando fit ex-
2 communicatio pro defensione iurium. Idem tenent *Ioan. Andr. Dominicus, & Franch. in dict. cap. dilecto. Lapus allegat.* 73. *Decius in cap. irreprehensibilis, de appellat. Anton. in dict. cap. venerabili,* & est communis, quidquid dicat *Couarr. in cap. alma mater, de sententia excommunicationis, in 6. 1. part. §. 9. num. 6.* & quando excommunicat pro defensione iurium, Notarius potest scribere sic: Die tali, &c. dum Reuerendissimus Episcopus exerceret suam iurisdictionem visitando, vel alia agendo, &c. tales de facto restiterunt, qui Reuerendissimus Episcopus in actu manifestæ violentiæ

sibi illatæ, pro defensione sui iuris; vim vi repellendo, ipsos excommunicauit, & cedulones affigi mandauit, vt à Christi fidelibus euiten-
3 tur. Nec in excommunicatione, pro defensione iurium, requiritur Scriptura, *iuxta Lapum, dicta alleg. 73. limitando cap. 1. de sententia excommunicationis, in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratio an sit recipienda ab Ecclesijs ciuitatis, quando visitantur, & quid Neap. seruetur.*

De procuratione recipienda ab Ecclesijs ciuitatis. Cap. XXXI.

1 IN eadem Visitatione fuit dictum, & obseruatum, quòd quamuis de iure possit exigi procuratio ab Ecclesijs ciuitatis, *cap. venerabili, de censib.* etiam quòd Episcopus, absoluta visitatione, posset redire ad domum propriam, vt dicunt ibi *Ost. Abb. & alij*, cum non tantum ratione interesse, sed etiam ratione officij, & in signum subiectionis detur procuratio, nihilominus Neap. seruatur, vt procuratio non recipiatur ab Ecclesijs ciuitatis, sed suburbiorum, quæ consuetudo seruanda est Concil. Trid. *cap. 3. sess. 24. de reform. facit dict. cap. 3.* ibi, pró temporis tantum necessitate, & non vltra.

SVMMARIVM.

1 *Notarius Episcopi an possit aliquid accipere in visitatione, pro labore impenso in conficiẽdis actis visitationis.*

2 *Clerici quid soluant in visitatione in ciuitate Neapolitana.*

De mercede Notarij visitationis. Cap. XXXII.

1 IN eadem visitatione fuit dubitatum, an Notarius visitationis possit à personis visitatis aliquid recipere, pro præsentatione bullarum, ordinationibus, decretis, & alijs actis visitationis. In hoc dubio Doctores communiter dicunt, quòd si Notarius, scriptor, aut sigillator Episcopi habent salarium de publico, nihil possunt percipere pro labore; aliàs sic; quia nemo debet suis stipendijs militare, *cap. militare, 23. quæst. 1. Ita Ioannes Monachus, Io. And. Ost. Gemin. Franch. & alij in cap. 1. §. procurationes, de cens. in 6.* qui dicunt, non obstare, *text. in dict. §. procurationes*, quia ibi prohibetur aliquid recipi pro visitatione, non pro labore. *Socin. de visitatione, lib. 11. quæst. 4.* Idem tenet *Nauar. in cons. 1. de censib.* adducens, quòd etiam ordines debent gratis dari; sed potest aliquid Notario solui pro labore, & scriptura, *iuxta Panorm. in cap. 1. de simonia*, & Concil. Trid. *cap. 14. sess. 21. de reform.* limitat tamen, quando consuetudo esset in contrarium, vt *in dict. cap. 3. sess. 24. de reform.* vel quando Nota-
2 rios esset de familia Episcopi: sed in contrarium videtur, quod nunquã clerici debeant aliquid soluere in visitatione, siue Notario detur salarium de publico, siue non; quia inuiti coguntur præsentare bullas, & alias scripturas; & si tenerẽtur soluere aliquid Notario, duplici onere

re grauarentur, contra iuris dispositionem, *cap. at si clerici, §. fin. de iudic. l. nauis onustæ, ff. ad l. Rhod. de iact. l. cog. §. item quæritur, ff. ad Trebellian. cum similibus*. Item videntur obstare verba Concilij *in d. cap. 3.* ibi (*neue ipsi, aut quisque suorum procurationis causa pro visitatione, aut quouis nomine,*) quæ verba sunt generalissima. *Gloss. in cap. quamuis, de electione, in 6. in Clem. 2. de sentent. excommunic. in Clem. 1. de re iudicata*. Quidquid sit de iure, Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. Gesuald. Archiepiscop. Neapolitan. soluit de proprijs redditibus Notario visitationis salarium, & mandauit nihil recipi pro præsentatione bullarum, & alijs actis visitationis, nisi quando visitati petunt copiam decretorum, vel aliorum actorum visitationis, quia cedit in eorum commodum.

*SVMMARIVM.*

1 *Episcopus an possit visitare confraternitates laicorum, erectas in Ecclesijs regularium.*

2 *Votum Episcopi quale sit, quando cum alijs exigit rationes ab administratoribus locorum piorum.*

3 *Rationes administrationis locorum piorum an possit Episcopus pluries in anno exigere.*

4 *Pœna ordinaria delicti an possit imponi in visitatione, & formari processus contra clericum.*

5 *Appellatio an suspendat decreta visitationis, & an possit Episcopus visitans recusari suspectus.*

6 *Iuramentum an possit exigi in visitatione.*

7 *Visitati, si vno anno soluerunt procurationem in pecunia, an possint cogi ad idem anno sequenti, vel possint variare, & præstare eam in victualibus.*

8 *Episcopus visitans an possit facere edictum contra nominatam personam, vt quicumque aliquid scit contra Rectorem Ecclesiæ, denunciet.*

9 *Episcopus visitans an possit per occultas chartulas procedere contra visitatos.*

10 *Episcopus visitans an possit compellere beneficiatum, qui possedit per decennium beneficium, ad ostendendum eius titulum.*

11 *Episcopo visitanti an sufficiat videre bullas sacerdotij presbyteri, & non aliorum inferiorum ordinum.*

12 *Episcopo visitanti an debeantur vecturæ equorum, vel ferraturæ pro equis, aut aliæ impensæ factæ in via.*

13 *Episcopus visitans, an possit panes, aut capones integros, & fragmenta, quæ remanent in mensa, pro suo victu secum deferre.*

14 *Capitula regni contra turbantes possessiones, non procedunt nullo dato violento spolio.*

15 *Recurrens ad Curias seculares in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, est excommunicatus, & priuatur omni iure, in petitorio, & possessorio.*

16 *Recursus ad Curiam secularem reddit clericum excommunicatum, & incapacem fructuum beneficiorum.*

17 *Recursus ad Curiam secularem improbatur, etiam ad finem impediendi executionem mandati nulliter facti.*

18 *Recursus ad Curiam secularem præsumitur obtentus ab eo, cuius interest.*

19 *Capellani, ministri, seruientes Ecclesijs*

*sijs militum S. Ioannis Hierosolymitani, an, & quando possint ab Episcopo visitari, corrigi, puniri.*

## De visitatione late. Cap. XXXIII.

PRosequēdo eandem materiam visitationis, primo dubitatur, an Episcopus vigore Concil. Trid. *cap. 8. sess. 22. de reformat.* possit visitare confraternitates laicorum, existentes in Ecclesijs regularium exemptorum. Sacra Congregatio pluries censuit, posse compellere administratores ad reddendum computa, & rationes, *& text. in d. cap. 8.* tollit omnes consuetudines, & priuilegia. Secundum dubium, quale sit votum Episcopi, quando concurrit cum alijs ad videndum rationes administrationis bonorum Ecclesiæ factæ per laicos, *iuxta cap. 9. ead. sess. 22.* refertur Sacra Congregatio censuisse, quòd eius votum est vnicum, & connumeratur cum maiori parte votorum aliorum, siue in condemnando, siue in absoluendo. Verum videtur, quod eius votum debet omnino interuenire; alias, si maior pars aliorum est in vno voto, & Episcopus in alio, non attenditur votum maioris partis, neque Episcopi; non enim vota digniorum debent esse æqualia votis aliorum. *Bart. in l. Pomponius, ff. de re iudic. Thesaur. latissimè decis. Pedemont.* 1. maximè votum Episcopi, qui est præcipuus dispensator bonorum Ecclesiæ, *cap. præter hæc, 32. dist. cap. in canonibus, 16. quæst.* 1. & est melius informatus, quomodo sint dispensanda bona Ecclesiarum, quàm laici, qui sunt diuersæ professionis, *cap. in nona, 16. quæst.* 7. Sed ad remouendas controuersias vtile est, quod Episcopus eligat vnum rationalem, & alij alium. Sed dubium est, si laici administratores bonorum Ecclesiæ in redditione rationum facienda Episcopo vigore *cap. 9. sess. 22.* inueniantur debitores, quis compellet eos ad soluendum? Et dicendum est, posse compelli per Episcopum. Primo, nam potest eos cogere ad reddendum rationes, vt *in d. cap. 9.* quæ non censentur redditæ, nisi fiat restitutio reliquorum, & soluantur debita. *Bald. notabiliter in l. cum testamento, C. de testament. manumiss. Socin. in cons. 24. num. 38. versic. vnde cum rationem reddere, volum. 1. Iason cons. 4. volum. 3. & consil. 100. volum. 4. probatur in l. cum seruus, ff. de condit. & demonstr. & in l. si purè, §. fin. & l. si pater, §. si Sticho, ff. de fideicommiss. libert. & l. Lucius, ff. de manumiss. testam. Menoch. de arbitrarijs, casu* 209. Secundò, quia laici ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum subsunt iurisdictioni Episcopi. *Marian. Socin. in cap. licet, de foro compet. casu 24. & in rubr. eiusdem tituli, littera A, casu 1. allegat textum in cap. indicatum, 89. distinct. & ibi glos. notabiliter hoc dicit.* Tertiò, quia frustra fieret visitatio, nisi compelleret ad executionem. *Archidiaconus, & Ioannes Monachus in cap. 1. §. sanè, de censibus, in 6.* Item Episcopus est exequutor visitationis piorum locorum, *dict. cap. 8. sess. 22.* & cum Episcopi de iure, & non de facto procedant, minimè possunt prædicti magistri se tueri vigore conserua-

seruatoriorum cap. Regni, Omnis prædatio, Finis præceptis charitas, Ad regale fastigium; siquidem dicta conseruatoria non sunt concedenda contra Prælatos sua iurisdictione vtentes, non procedentes de facto; sed de iure, etiam quòd grauent; sed si prætenditur grauamen, debet appellari ad superiores Ecclesiasticos; alias non euitabitur excommunicatio bullæ Cænæ Domini, contra impedientes Prælatos vti sua iurisdictione, vt ex lectura dictorum capitulorum apparet; loquuntur enim, quando infertur violentia de facto. Facit, quòd licet remedium spolij, habeat locum contra Iudicem, *cap. conquerente, de restitutione spoliatorum*, id est verum, quando Iudex procedit de facto, & extraiudicialiter, secus si procedat de iure iudicialiter; quia tunc non habet locum remedium spolij, quamuis grauet: ratio est, quia præsumitur pro Iudice, quod iuste procedat. *Ant. Abb. & alij in d. c. conquerente. Abb. & Felin. in cap. cum causa, de officio delegati.* Item vt procedant dicta capitula, violentia debet esse notoria, *vt late per Afflict. decis. 24.* alias sub prætextu violentiæ possunt trahi omnes clerici ad iudicium sæculare, & non euitaretur excommunicatio contenta in bulla Cœnæ, contra Iudices laicos, trahentes clericos ad eorum forum.

3 Quartum dubium, an Episcopus possit pluries in anno exigere rationes administrationis à laicis? Sit conclusio; quod si rationum redditio fuit finalis, & plena, cum restitutione reliquorum, non potest de nouo exigi. *Ita Card. Imola, Bonif. in Clem. quia contigit, de religios. domibus. Franchus in cap. vnico de clerico ægrotante, in 6.*

4 Quintum dubium, an in visitatione possit imponi clericis pœna ordinaria delicti, & contra eos formari processus? Dicendum est, quod sic, *vt dicit textus in cap. Romana, §. notoria, de censibus in 6. Dominicus in cap. 1. eodem tit.* & libro contra Imol. qui dicebat, visitationem fieri per modum fori pœnitentialis, & non contentiosi, & successiuè poterit processus, & inquisitio formari contra clericos; idque clarè probatur *in dict. cap. Romana, §. sane*, vbi dicitur, quòd si in visitatione reperitur aliquis de crimine infamatus, poterit contra eum (si expediens fuerit) formari inquisitio solemnis, *iuxta cap. qualiter, & quando, il 2. de accusat.* & debita pœna imponi, tanto magis, si delictum est notorium: debet tamen visitator habere finem admonendi, corrigendi, ac reformandi clerum, & populum, *cap. procurationes, de censibus, cap. 1. eod. tit. in 6. Concil. Trident. cap. 3. sess. 24. de reform.* ac maxima præditus esse charitate, & vti correctione fraterna cum visitatis, *vt late tradit Marian. Soc. de visitatione, lib. 10. q. 1.* & proinde abstinere debet ab inquisitione solemni, nisi grauis orta fuerit infamia, & scandalum, vel tractetur de præiudicio alicuius; tunc enim videtur esse expediens procedere ad inquisitionem solemnem, & pœnam ordinariam, *iuxta c. sane*, & in visitatione prædicta facta in ciuitate Neap. omnes beneficiati, qui fuerunt reperti cum titulis

tulis inualidis, non fuerunt priuati beneficijs; sed eis fuit statutus terminus ad impetrandam dispensationem à Papa: immo Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Archiepiscopus obtinuit potestatem à Papa dispensandi cum clericis pauperibus super beneficijs valoris ducatorum septem, & quoad pœnam ordinariam Congregatio censuit, prout in sequenti dubio.

5 Sextum dubium, an appellatio suspendat decreta visitationis? & an possit Episcopus visitans recusari vt suspectus? Concil. Trid. super *cap. 10. sess. 24. de refor.* censuit, quod aut Episcopus procedit in visitatione, ad correctionem morum, non compilato processu, & non potest imponere pœnam ordinariam, nec isto casu admittitur appellatio ad effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantùm; nec potest recusari vti suspectus; habetur etiam *in cap. ad nostram, cap. reprehensibilis, cap. cum speciali, in fine, de appell.* aut vult visitare compilato processu, & potest imponere pœnam ordinariam: & isto casu admittitur appellatio, etiam ad effectum suspensiuum, ac recusatio; & ità procedit *text. in d. cap. 10.*

6 Septimum dubium, an in visitatione possit exigi iuramentum? Conclusio sit, quòd in visitatione generali, siue præparatoria non potest exigi; sed in speciali sic, *cap. Romana, §. sane, de cens. 6. vbi omnes, Speculator de inquis. §. quando.* Dicitur autem visitatio generalis, quando Prælatus proposito verbo Dei, inquirit de vita, & conuersatione ministrantium in Ecclesia, & de cæteris, quæ ad suum officium spectant, quæque sint corrigenda, aut reformanda. Specialis verò dicitur solemnis inquisitio, quæ fit contra aliquem infamatum, *iuxta c. qualiter, & quando, de accusat. Speculator vbi supra, colligitur ex dict. §. sane, Socinus, vbi supra lib. 10. q. 5.* Vnde à principio non potest visitator aliquem cogere iuramento, ad dicendum quidquid scit de vita clericorum, & quæ sint corrigenda: sed simpliciter quærat, & volentem respondere audiat. Et cùm aliqua sine iuramento relata fuerint, poterit posteà specialiter inquirendo exigere iuramentum. *Archid. & Ioannes Monach. in dict. §. sane,* & ne visitatio reddatur elusoria, potest loco iuramenti imponi sententia excommunicationis, *vt dicit Innoc. in d. §. sane,* non tamen sunt reuelanda delicta occulta. *Archid. & Ioan. Monach. ibidem, sed vide in Manuali cap. 34. 35.*

7 Octauum dubium, si visitati, in quorum electione est, præstare procurationem Episcopo in victualibus, vel in pecunia, *iuxta cap. felicis, de censib. in 6. & cap. 3. sess. 24. de refor.* elegerint vno anno eam præstare in pecunia, an possint anno sequenti variare, & eam præstare in victualibus? Conclusio sit, quòd possunt variare. *Ioan. And. in d. cap. felicis, Soc. vbi 5. lib. 11. q. 6.*

8 Nonum dubium, an Episcopus possit in visitatione facere edictum cõtra nominatam personam, nempe, vt quicunq; aliquid scit contra Rectorem Ecclesię denunciet? Conclusio sit, non licere; quia tenderet in maximum detrimentum famæ

cle-

clericorũ, quòrum famam si laici tenentur (pro suo posse) non lædere, & occultare eorum delicta, exemplo Constantini Imperatoris, *cap. in scripturis, 96. distinct.* tãtò magis Prælatus, maximè enim laici solent esse clericis infesti, *cap. laicos, 2. quæst. 6.* sed potest ab aliquibus de parochia, honestis, & fide dignis se informare. *Ita Speculat. vbi supra, Socin. d. tract. 10. quæst. 1.* vbi etiam dicunt,
9 quòd nec debet chartulas recipere, quas sæpè rustici contra suos Rectores clanculo offerunt, *argum. cap. inquisitionis, de accusat.*

10 Decimum dubium, an Episcopus possit compellere beneficiatum, qui possedit beneficium per decennium, ad ostendendum eius titulum. Conclusio sit negatiua, sed tantum potest compellere ad iurãdum, se habere titulum, *Ostien. communiter receptus in cap. licet Heli, de Simon. vbi Card. Abb. & Felin.* nec triennalis suffragatur quoad Episcopum. *Cassad. decis. 8. super regul. Cancell. Nauar. in cons. 4. de officio ordinar.* Potest tamen Episcopus assumere in se onus probandi defectum tituli, contra antiquum possessorem. *Dominicus, & Franch. in cap. ordinarij, de officio ordin. in sexto. Abbas, & Felin. vbi supra.* Præterea
11 notandum, non sufficere visitatori videre bullas sacerdotij alicuius presbyteri, & non bullas aliorum ordinum inferiorum, nisi concurrat diuturnitas temporis, & Episcopus, qui contulit ordinem presbyteratus, fuerit prudens, bonæ vitæ, & doctus. *Felin. in cap. super his, de accusat.*

12 Vndecimum dubiũ, an Episcopo visitanti debeantur vecturæ equorũ, vel ferraturæ pro equis, aut aliæ impensæ factæ in via? *Doctores in c. 1. §. procurationes, de censib. in 6. communiter concludunt*, quòd prædicta non debeantur; sed tantùm victualia pro equis: de ferraturis est *textus in Clem. 2. de censib.*

13 Duodecimum dubium, an possit Episcopus visitans, panes integros, & capones, & alia fragmenta, quæ remanent in mensa, secum deferre? Dicendum est, quòd non possit; sed tantùm fragmenta, quæ remanent in mensa, poterit erogare pauperibus illius loci, in quo visitat, *d. Clem. 2. vbi Bonif. Imola, Anchar. Socin. dict. lib. 10. quæst. 1.* Nec etiam visitator potest recipere esculenta, & poculenta domum portanda, sed tantum ibidem comedenda, secundum tutiorem opinionem *Ioan. Andreas Gemin. in d. ꝯ. §. procurationes.* Vltimò notandum, quòd Episcopus in visitatione potest inquirere contra laicos, non solum de criminibus Ecclesiasticis, sed de omni crimine, ad finem tamen non puniendi, sed correctionis faciendæ, & pœnitentiæ imponendæ. Ita *Imola, Dominicus Franchus, in dict. cap. Romana, Socinus quæst. 13. versic. vtrum laici. Felin. in cap. cum sit generale, de foro compet.* & ita quotidie seruatur, quod in visitatione fiunt monitiones in genere contra omnes scientes maleficos, striga s, hæreticos, necnon concubinarios publicos, blasphemos, adulteros, & alios peccatores notorios, ad finem admonendi, & corrigendi eos, prout etiam tradit *Specul. de inquisition. §. quando, probatur in dict. cap. Romana, ibi* (populorum

rum visitationem intentus) de materia visitationis, vide plura in Manuali Pastorum *cap. 34. & 35.*

N. 2. In fine notanda est singularis decisio Vincentij de Franchis præ-
14 sidis Neap. 701. in qua pariter determinat, capitula Regni Neapolitani non procedere, non dato violento spolio, & proinde fuerunt exclusi quidam pupilli, prætendentes fuisse expoliatos, ex quo eorum mater vendiderat quoddam eorum prædium personæ Ecclesiasticæ, cum nulla violentia fuisset illata.

Præterea notandum singulariter, quod recursus in causis beneficialibus, & alijs Ecclesiasticis ad
15 Iudices laicos pro obtinendis inhibitionibus, & alijs impedimentis, est à iure reprobatus, *cap. qualiter, & quando, de iudicijs*; & recurrens est ipso iure excommunicatus, *c. nouerit, c. graue, de sentent. excomm. in bulla Cœnæ Domini, §. 16.* & committit sacrilegium. *Caietanus in summa, in verbo, excommunicatio, c. 30. & seq.* &, quod est notandum, cadit ab omni iure, tàm in possessorio, quàm in petitorio, quod habet, seu prætendit in beneficio, iuxta const. Innoc. IV. quæ incipit, *officij nostri, & ita fuit iudicatum in Rota Romana contra Abb. Sellatolum, vt testatur Farinac. cons. 68. num. 5.* nec excusari potest ex traditis per *Couar. pract. quæst. cap. 33. num. 3.* nam etiam si iudex Ecclesiasticus malè procedat, non potest iudex sæcularis supplere negligentiam Ecclesiastici, qui ipso potestate, & auctoritate est maior, vt declarant omnes Doctores *in d. cap. qualiter, & quando, videlicet Ioannes Andreas, Abb. antiq. Collect. Card. Anchar. Butrius, Abbas, Imola, Barbat.* sed illius negligentiam Ecclesiasticus supplet, *cap. Ex transmissa, c. licet, cum sequenti, de foro compet.* superioritatem autem iurisdictionis Ecclesiasticæ probant *cap. solita, de maior. & obed. c. denique. 96. dist. & Clem. Roman. de iureiur.* & ita fuit consideratum, & resolutum per Rotam Romanam in vna Oscens. coram Illustriss. Blanchetto x. Aprilis 1595. & in alia Oscen. canonicatus 1. Decemb. 1595. coram Domino Pegna fuit idem decisum, ac dictum, benè fuisse declaratum excommunicatum quendam Paulum, ob recursum ad tribunal sæculare, qui obtinuerat inhibitionem iudici Ecclesiastico, ne, appellatione pendente, aliud innouaret, ac fuit dictum non esse attendendam copiosam turbam Doctorum, quibus ille Paulus defendebatur, asserentium licitos esse in quibusdam casibus recursus ad iudices sæculares; quoniam sacrorum Canonum auctoritas illis omnibus præponderabat, per quã etiam excludebatur prætensa antiquissima consuetudo nonnullarum prouinciarum, de qua testabantur *Couar. pract. quæst. cap. 35. Nauar. in manuali cap. 27. num. 70. Menoch. de retinenda possess. remed. 3. num. 365.* dicebatur enim, talem consuetudinem tanquam improbatam, ac sacris canonibus inimicam, quæ clericos iurisdictioni laicorum supponit, non fuisse attendendam, *cap. qualiter, & quando, vbi communiter Doctores, & Abb. num. 7. de iudicijs, Marian. Socin. in cap. si quis clericus, num.*

*num.18. & in cap.ſanè,num.10.de foro compet. Rota deciſ.10. de conſuet. in antiquis*. Ex his etiam Rotæ deciſionibus, & alijs intendit *Dominus Farinac. in dict. conſ.*68. probare, incurriſſe ſupradictas pœnas quendam Ferdinandum, qui lite pendente ſuper beneficio Sancti Petri coram Reuerendiſſimo Epiſcopo Caputaquenſi, ſiue illius Vicario delegato Apoſtolico, inter ipſum, & quondam D. Nicolaum, declinãdo Eccleſiaſticum expreſsè proteſtatus fuit de pendentia litis coram iudice ſæculari, ad quem habuerat recurſum, item in vna Leodien. Canonicatus die 11. Martij 1596. corã eodem Illuſtriſs. Blanchetto fuit dictum ad probandum recurſum ad Curiam ſæcularem; Rotam pluries fidem adhibuiſſe iuribus minus formiter extractis propter difficultatem illam extrahendi ſeruatis ſeruandis; & excommunicatum ob recurſum non eſſe abſoluendum, niſi prius conſtito de paritione. Item in alia Vlyſſibonen. beneficij 16. Ianuarij 1598.
16 coram D. Litta fuit declaratum, clericum, qui habuerat recurſum ad Curiam ſæcularem pro impedienda executione iuſtitiæ ordinarij, incidiſſe in excommunicationem bullæ in Cœna Domini, & fuiſſe effectum incapacem fructuũ beneficij, & Capitulum non teneri ad aliquos fructus, ad notata per *Doctores communiter in cap. Paſtoralis, §. verum, de appellat. Puteus deciſ. 28. lib. 1.* & in alia Brixien. clericatus die 26. Ianuarij 1598. coram Orano fuit dictum, recurſum ad
17 Curiam ſæcularem eſſe improbatum, etiam ad finem impediendi executionem alicuius mandati nulliter relaxati, ac fuit dictum recurſum ad Curiam ſæcularem præſumi obtentum ab eo, de cuius intereſſe
18 agitur, *ad Bart. in l. final. ff. de quæſtionib.*

Notandum etiam, quod Auctor praxis, ex dictis in Praxi, de remedio capitulorum Regni, & ex allegatis in annotatione deciſionis Vincẽtij de Franchis, non intendit, nec fuit eius intentio diſputare de validitate dictorum remediorum capitulorum, ſi ſint approbata, necne à ſacris canonibus, ſed tantum retulit limitationem eorundem laicorum, ſtantibus eorum prætenſionibus ſuper validitate dictorum remediorum, quamuis dicta remedia vbique à iudicibus Eccleſiaſticis non tolerentur, & in Francia Prælati aduerſus ea vtuntur excommunicatione, vt habetur *in tractatu Bertrandi iuriſdictionum in ſecundo articulo laicorum*, qui tractatus eſt impreſſus in fine tractatus de regalibus Regni Franciæ in reſponſione Prælatorum ad ſecundum articulum, ſeu caput datum coram Rege contra Epiſcopos, tanquam turbatores iuriſdictionis hac via; nam Prælati reſponderunt, quod, quando clericus turbat poſſeſſionem laicorum, innouat, impedimentum apponit, vel violentiam facit, laicus eſt actor, & clericus eſt reus, & cum de iure, & conſuetudine actor teneatur ſequi forum rei, non eſt irrationabile, ſi in talibus Eccleſia cognitionem habeat, alias ſequeretur, quod iudices ſæculares pro voluntate ſua habe-

haberent cognitionem Clericorum pro eo, quod dicerent hoc, vel illud eſſe caput nouitatis, tantò magis, quia in talibus impedimentis, vel violentijs ſunt prodita remedia de iure, nempe interdicta, quæ ſunt perſonalia, licet in rem videantur concepta, *l. 1. §. final. ff. de interdict.* Præterea poſſent Epiſcopi clericos turbatos à laicis defendere extraiudicialiter cenſuris, & traherent laicos ad eorum tribunal, & ipſi Iudices laici nihil poſſent dicere, & hoc modo turbaretur totus mundus: ſed, vt dictum eſt, Auctor non intendit de illorum validitate diſputare, quia multa dici poſſent circa materiam viſitationis, & procurationis, vide plura in Manuali Paſtorum, *cap. 34. & 35.* Non tamen prætereundum, quod Epiſcopus poteſt tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus tàm iu viſitatione, quàm extrà inquirere, viſitare, & punire Capellanos, miniſtros, & ſeruientes Eccleſijs, militum ſancti
12 Ioannis Hieroſolymitani, exceptis tamen ijs, qui Eccleſijs, alijſque locis, dictorum militum, actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, ac ſub eorum obedientia viuunt, quæ omnia debere ſimul concurrere intelligantur, ſiue ijs, qui legitimè, & ſecundum regulam prædictæ religionis profeſſionem fecerint, de qua loci ordinario conſtare debeat. Ita habetur in Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Circumſpecta*, nec poſſunt ſe tueri Capellani, quod prima die aſſumptionis habitus emiſerint profeſſionem, quia Conc. Trident. *cap. 15. ſeſſ. 25. de regularibus,* vt in quacumque religione non fiat profeſſio ante probationis annum, procedit etiam in religione S. Ioannis Hieroſolymitani, cuius priuilegia redacta ſunt ad formam Conc. Trid. & fertur etiam fuiſſe declaratum à ſacra Congregatione Conc. Trid.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum Epiſcopi, excommunicans accedentes ad monaſteria Monialium exempta, an vigeat: & quid Neap. ſeruetur.*
2 *Regulares non poſſunt alloqui moniales ſine licentia, obtenta à Sacra Congregatione.*
3 *Equites Hieroſolymitani quando veniant appellatione regularium.*

De ſtatuto Epiſcopi excommunicante accedentes ad Monaſterium Monialium exempta.
Cap. XXXIV.

1 DVbitatum fuit in Curia Archiepiſc. Neapol. an valeat ſtatutum Epiſcopi, excommunicans accedentes ad Monaſteria Monialium exempta, ſubdita regularibus, quæ Epiſcoporum iuriſdictioni non ſubſunt, exiſtentia intra Diœceſim? Et partem negatiuam ex pluribus rationibus tenet *Petrus de Anchar. in cap. 1. de ſtatu regularium, in ſexto. Felin. in cap. fin. de foro competenti*. In contrarium eſt cõmunis opinio Doctorum, quòd valeat tale ſtatutum, & liget ſubditos accedentes ad talia monaſteria, quam tenent *Geminianus, & Franchus in dict. cap. 1. de ſtatu regularium, in ſexto. Angel. in verbo, ſtatutum,*

*tum*, 3. *Sil. in verbo, excommunicatio*, 2. *num*. 3. *Henriquez de Bottis, de synodo Episcopi, part*. 3. *art*. 1. *concl*. 13. *nu*. 40. *Rolandus à Valle, cons*. 33. *vol*. 3. *Iason in cons*. 83. *vol*. 1. dicit tamen *Rolandus*, quod est facienda specialis mentio de monasterijs exemptis; alias, si statutum simpliciter loqueretur, non includeret accedentes ad monasteria exempta: pro qua opinione facit *textus in cap. monasteria, de vita, & honestate clericorum*, vbi ad Episcopum spectat prouidere circa accessum ad monasteria, nec fit distinctio an sint exempta, vel non. Idem videtur facere Conc. Trid. *sess*. 25. *de regular. c*. 5. vbi Episcopi, tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in monasterijs Sanctimonialium exemptis, possunt se intromittere, & curam habere clausuræ monasteriorum; & accessus ad dicta monasteria videtur pertinere ad clausuram; & ita seruatur in Cur. Neapol. in qua excommunicantur in specie accedentes ad talia monasteria, & omnes accedentes petunt licentiam à Curia Archiep. & Sacra Cong. Concil. Trid. censuisse fertur, talem consue-
2 tudinem esse seruandam. Notandum etiam, quòd regulares cuiuscumque ordinis non possunt alloqui Moniales, vel alias mulieres, existentes in Monasterijs, nec commorari in monasterijs Monialium, sub grauissimis pœnis, sine licentia Sacræ Congregationis regularium, ex decreto dictæ Congregationis: & in Curia Archiep. neque conceditur licentia alloquendi Moniales regularibus nouitijs, nec etiam Equitibus Sancti Ioannis Hieroso-
3 lymitani, qui dicuntur largo modo regulares, & in fauorabilibus veniunt appellatione regularium, non in odiosis; nisi dicatur, quicumque regularis, *Abbas in rubrica de regularibus*. *Sil. in verbo, religio*. §. 1. & in dicto decreto sunt talia verba, vel æquipollentia, cuiuscumque ordinis.

## *SVMMARIVM*.

1 *Delicta omnia sunt publica de iure canonico*.
2 *Laicus quilibet admittitur ad denunciandum delicta clericorum in Cur. Archiep*.
3 *Iudex Ecclesiasticus potest de iure canonico procedere ex officio, super omni delicto*.
4 *Adulterium clerici an possit puniri ex officio*.
5 *Denunciator non facit partẽ in iudicio*.
6 *Denunciator non est citandus*.
7 *Denunciator potest assistere in iudicio; & quid seruetur in Cur. Archiep. Neap*.
8 *Parochiani admittuntur ad faciendum partem in iudicio contra Parochum*.
9 *Denunciator habetur pro teste in qualibet causa, aliquibus concurrentibus*.

## De modo procedendi in delictis de iure canonico, & de denunciatore. Cap. XXXV.

1 De iure canonico omnia delicta sunt publica, ita quòd cuilibet de populo competit accusatio. *Gloss. in cap. infames*, 6. *q*. 1. *in verbo, fures*, communis opinio, de qua testatur *Clar. in praxi*, §. 1. *nu*.6.

I &in

2 & in Curia Archiepisc. omnes admittuntur ad denunciandum quęlibet delicta clericorum; siue sint clerici, siue laici, etiam inimici, non obstante *tex. in cap. cum P. Manconella, de accusat.* cum distinctione, de qua ibi per Doctores, præsertim per *Felin. & in capit. ex parte Adæ: de testib.* idque ex antiquissima obseruantia, ad corrigendos mores clericorum: & solet dici, quòd inimici delicta pandunt, sed habetur
3 consideratio testium: & licet de iure canonico Iudex possit ex officio procedere super omni crimine, iuxta communem, de qua testatur *Marian. in capit. qualiter, & quando, il secondo, de accusat. Clar. in § fin. q. 3.*
4 idq; se seruetur in Curia Archiepisc. non tamen procedit ex officio super adulterio, absque querela viri, propter periculum mortis vxoris, si sciretur adulterium à viro, & propter infamiam viri, vt etiam dicit *Diaz in cap. 65. in praxi canonica*, qui limitat, quando adulterium esset publicum, & notorium, & maritus esset persona vilis, qui illud sciret, & paruipenderet; dicit tamen, quòd quando adulterium est occultum, & maritus potens, possunt, & debent clerici puniri processu camerario, & familiari disciplina corrigi, ac etiam relegari, sine expressione causæ in sententia. Quod vltimum est valde periculosum, nec vidi in Curia seruari; posset namque processus camerarius, vel causa relegationis peruenire ad notitiam viri. Item ad tollenda scandala, & infamias familiarum, neque Curia procedit ex officio contra clericos, committentes quęuis peccata carnis cum mulieribus, quæ habentur pro honestis, ad remouenda homicidia, quando verisimiliter à consanguineis timentur;
5 aliàs secus. Circa denunciationes, quæ frequentes in Curia sunt, est menti tenendum, quod denunciator non admittitur ad faciendum partem in iudicio. *Marant. in specul. 6. part. versic.* & peruenitur aliquando per viam denunciationis; nec est
6 citandus, secundum *Bald. in l. ea quidem, C. de accusat.* qui dicit, quòd potest tantum assistere in iudicio; & in Curia Archiepisc. solet admit-
7 ti ad assistendum, tamquam fisco adhærens, vel fisci coadiutor, & solum admittuntur ad faciendum partem in iudicio, qui habent interesse. Vidi etiam admissos ad faciendum partem in iudicio parochianos contra Parochum, cuius delicta denunciauerunt; quia eorum interest habere bonum pastorem. *Abb. & Felin. in d. cap. ex parte*
8 *Adæ*. Sed solet dubitari, an denunciator possit deseruire pro teste in qualibet causa, etiam quæ non sit Sanctæ fidei, vel matrimonialis, *iuxta tradita à nobis sup. in cap. 23. & 27.* & veritas est, quòd in qualibet causa potest esse testis, aliquibus concurrentibus; nempe, quòd denunciator nullum commodum, laudem, vituperium, & dedecus sit reportaturus ex denunciatione, & petat correctionem fratris, non pœnam ordinariam, vel aliud graue præiudicium denunciato inferri. Ita *Abb. notabiliter in capit. in omni negotio, de testibus*, quem sequitur *Aretin. Triuisan. decis. pulchre*. Probant etiam in leuibus denunciatores

tores publici, qui ex necessitate officij denunciant, *Abb. vbi sup. Farinac. de test. lib. q. 60. num. 62.* latè.

*SVMMARIVM.*

1 *Nobiles clerici non mittuntur ad triremes in Curia Archiepisc. Neap. Limita in crimine falsi, num. 2. Limita in causis Sanctæ Fidei, nu. 3.*

4 *Clericus, sicut quilibet nobilis, non tenetur recanere palidoniam.*

5 *Clerico non potest imponi pœnitentia solemnis, sed publica.*

6 *Clericus propter honestatem, non debet fustibus cædi extra Ecclesiam.*

7 *Clericus propter offensam, factam laico, non tenetur illi genu flectere.*

8 *Clerici in Curia Archiepisc. Neap. tractibus chordæ non afficiuntur in publico.*

De clericorum nobilium pœnis. Cap. XXXVI.

1 Seruatur in Curia Archiepisc. Neap. quòd clerici, filij Doctorum, vel aliàs nobiles, non condemnantur ad triremes, sed relegantur;
2 vel carceribus mancipantur; vel in exilium mittuntur; aut condemnantur administrandum infirmis in aliquo hospitali; id enim debet seruare Iudex Ecclesiasticus, quia possent oriri scandala, vt dicit notabiliter *Abb. in cap. grauem, de pœnis, per illum text.* & nedum nobiles, sed etiam populares diuites, & honestiores ad pœnas ignominiosas condemnari non debent. *Bartol. in l. capitalium, §. serui casi, ff. de pœnis, Abb. in cap. pastoralis, de officio delegat. tradit Domin. Fabius de Anna, Regius Consiliarius, in suo consil. 34.* In crimine verò falsi non habetur ratio nobilitatis, vt contigit anno 1597. fuit enim condemnatus ad triremes per septennium quidam clericus nobilis, ex quo cum apochis falsis fuerat furatus à banco certam pecuniæ quantitatem, & nobilitas non alleuiat pœnam falsi, *Afflict. latè decis. vlt. Tiraquell. de pœnis, causa 21. num. 23.* sic etiam in causis Sanctæ Fidei non habetur ratio nobilitatis. *Archid. in capit. qui contra, 14. quæst. 1. Felin. in dict. capit. pastoralis, Tiraquell. vbi sup. num. 25.* & in Curia Archiepisc. Neapol. nobiles, siue clerici, siue laici mittuntur ad triremes pro causis Sanctæ Fidei. Conatur autem Curia pro posse non condemnare clericos ignobiles ad triremes; sed, si habent vnde se alant, condemnat ad carceres; nam simpliciores solent scandalizari, conspiciendo clericos, maximè sacerdotes, remigantes in triremibus; est enim magna dignitas clericorum; & proinde clerico,
4 qui alicui crimen falsò obiecit, sufficit, si petat veniam, *cap. clericus, 46. dist.* nō tamen tenetur recantare palinodiam, quemadmodum nec tenetur quilibet alius nobilis, *Boer. consil. 4. num. 4. Petrus Placa in epitome delictorum, lib. 1. cap. 1. num. 24. Ignat. Lopez super cap. 66. praxis Diaz.* Quidquid in contrarium dicat ipse *Diaz*, qui ab alijs reprobatur. Nec etiam clerico potest imponi pœnitentia solemnis, *cap. confirmandum, cap. illud, 50. dist.* pœnitentia verò publica sic, *cap. sacerdos, de pœnit. dist. 6. capit. pres-*

byterum, 18. distinct. Rationem assignat *Card. de Turrecramata in dict. cap. confirmandum*. Facit Concil. Trident. *cap. 8. sess. 24. de reformat.* & in Curia Archiep. clerici in causis Sanctæ Fidei solent abiurare de vehementi in camera Vicarij, vel loco tribunalis, non in Ecclesia,
6 quemadmodum laici. Item clericus propter honestatem, non debet verberibus cædi, extra Ecclesiam, sed in Ecclesia, & per clericum, vt dicit *Abb. in capit. inter alia: de immunit. Eccles.* Nec clericus propter offensam factam laico, tenetur illi genu flectere; cùm istud non fieret sine iniuria clericali; sed debet satisfacere rationabiliter, data pecunia, vel petendo veniam, vt dicit *Anton. in capit. contingit, il primo, de sententia excommunicationis*; nec in Curia Archiepisc. clerici tractibus cordæ publicè afficiuntur; & cum torquere reos clericos existimetur officium vilissimum, cursores Curiæ Archiepisc. qui sunt clerici, id non faciunt, sed laici, ex antiqua consuetudine, *iuxta notata per Doct. in capit. vniuersitatis de sentent. excommunicat.*

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta in synodo habet vim trinæ monitionis.*
2 *Monitio specialis requiritur ad incurrendam pœnam, à iure impositam.*
3 *Monitio contra concubinarios iuxta Conc. Trid. cap. 14. sess. 25. de refor. debet esse specialis.*
4 *Monitio non requiritur contra concubinarium notorium.*
5 *Laici concubinarij quomodo puniantur in Cur. Neapolitana.*
6 *Concubinarius etiam notorius non potest priuari beneficijs absque monitionibus iux. Conc. Trid.*
7 *Sententia priuationis beneficiorum contra concubinarios non est festinanter proferenda propter fragilitatem hominum, sed cum magna consideratione.*
8 *Probatio debet esse concludens quando agitur de priuatione beneficij, & non sufficit per præsumptiones.*
9 *Concubinarius dicitur clericus, etiam si in domo propriè concubinam non retineat, si probetur carnalis commixtio, & diffamatio.*
10 *Clericus propter simplicem fornicationem punitur arbitrio Iudicis, sed non priuatur beneficio.*

## De concubinarijs. Cap. XXXVII.

1 MOnitio facta in synodo habet vim trinę monitionis, *Io. Andr. Petrus de Anchar. Anton. in capit. 2. ne clerici, vel monachi, Cepoll. cons. 11. Clarus, §. fin. q. 36.*
2 Verum, quando tractatur de incurrendo pœnam impositam à iure post trinam monitionem, monitio debet esse specialis in personam facta, *iuxta Gloss. in Clem. 1. de vita, & honest. clericorum: vbi Cardin. Imola, Bonif. & alij.* Hinc fuit dictum in Curia Neapol. quòd monitio contra clericos concubinarios, de qua in Concil. Trid. *cap. 14. sess. 25. de reform.* debet esse specialis, & non sufficit generalis facta in synodo; & ita etiam declarauit Sacra Congre-
4 gatio super *d. cap. 14.* Item fuit dictum in Curia Archiep. & obseruatum, quod monitio non requiritur ad pu-

ad puniendum concubinarium notorium, ex notabili doctrina Abbatis, *in cap. tua nos, de cohab. clericorum, & mulierum*, vbi id dicit, & Concilium Trident. non loquitur de concubinario notorio, nec etiam prohibet concubinarios puniri alijs pœnis à iuris statutis, vt in *dict. capit.* 14. & sic fuit exul factus à diœcesi Neap. per plures annos quidam concubinarius notorius, qui numquam fuerat monitus, & per aliquot annos perseuerauerat
5 in concubinatu. Item Curia Archiep. procedit contra laicos ad pœnas pecuniarias vltra censuras, quia Conc. Trid. *cap.8. sess.24. de reform. matrim.* non tollit alias pœnas iuris, vt plùries declarauit Sacr. Congregat. immo posset procedere ad carcerationem, & ad alias pęnas; quia concubinatus est crimen Ecclesiasticum, *Abb. in c. cum sit, num.25. de foro compet.* & est communis opinio, vt dicit *Clarus in §. fin. q. 37.* & anno 1589. ex litteris Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis de Montealto nomine Sixti Quinti fuit iniunctum omnibus Episcopis Regni, vt contra concubinarios procederent, prout Sacri Canones, & Concil. Trident. mandant, in quibus litteris dicebatur talem fuisse voluntatem Regis Philippi II. significatam per litteras directas Proregi Neapol. & quod in procedendo Episcopi excluderent omnem auaritiæ suspicionem.

Animaduertendum, quod quamuis clericus concubinarius notoriùs
6 possit puniri absque aliqua monitione, *ex capit. tua nos, de cohabit. cleric. & mul. & ibi Abb.* tamen ad priuationem beneficiorum absque monitione perueniri non potest, *iuxta cap. sicut, cap. si autem, eodem tit. Concil. Trident. sess. 25. capit. 14. de reformatione*; ita censuit Rota Romana in vna monasterij Sancti Mansueti die 27. Ianuarij 1597. coram Domino Penia, quæ est impressa inter consilia Farinacij *consil.* 80. in qua etiam Domini dixerunt, concubinarios acri censura coercendos esse, ob tria potissimum mala, quæ in rempub. Christianam committunt. Primum, quia aliorum, maximè verò laicorum corda scandalizantur. Secundum, quoniam officium Ecclesiasticum vituperatur. Tertium, quoniam præstatur materia peccandi. *Concil. Trident. dict. cap.* 14. tamen concluserunt, cum agitur de priuatione
7 beneficiorum, non esse raptim, & festinanter sententias priuationis proferendas, sed propter fragilitatem humanam, & pronitatem in venereas voluptates, quarum occultis illecebris, velut acribus tormentis viri etiam sancti sæpè torquentur, pensanda esse diligenter
8 pondera probationum. Concluserunt etiam domini, concubinatum non probari præsumptionibus, sed esse probandum concludentibus probationibus, quando agitur ad pœnam priuationis, etiam si ciuiliter ageretur: quod regulariter verum est in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem, veluti in simonia, vsura, & similibus. *Glos. in capit. veniens, el primo, vbi Abb. num. 4. & Decius num. 8. de testibus, Alciatus consil. 2. numer. 41. lib. 1. Natta consil. 299. numer. 15. l. b. 2.* &

hanc sententiam Rota amplexa est in multis causis, vt testatur *Penia in dicta decisione*. Dixerunt etiam ibidem Domini de Rota, quod licet de iure ciuili, vt probetur concubinatus, requiratur continua cohabitatio, communis lectus, & mensa, *iuxta Glossam in l. Concubinam, ff. de concubinis, & Praepositum in Rubrica de sponsalibus*; tamen
9 Rota non sequitur hanc opinionem, secundum quam facilè esset clericis concubinas domi non retinendo eludere pœnas à sacris canonibus latas contra concubinarios, sed aliam, quam tenet *Bernardus Diaz in Praxi cap. 80. de concubinarijs*; vbi illum clericum concubinarium rectè dicit, & esse putat, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui solet carnaliter commisceri, sed de consuetudine constet, & diffamatus est in sua, vel ipsius fęminae vicinia.

Item notandum, quòd clericus pro simplici fornicatione debet pu-
10 niri arbitrio Iudicis; non tamen pœna depositionis. *Glos. singularis, in cap. Maximianus, dist. 81. & in c. lator, 2. q. 7.* & est communis opinio, vt dicunt *Dec. & Felin. in cap. at si clerici, de iudicijs*.

Item notandum, quod Episcopus procedens contra laicos concubinarios, *iuxta cap. 8. sess. 24. de reform. matrim.* non tenetur seruare trinam monitionem, quando vult pœnis pecuniarijs, vel alijs mulctare, sed tantum quando vult ferre sententiam excommunicationis. Ita fertur declarasse Sacra Congregatio, & etiam quod contra concubinarios potest procedi in visitatione, vel ex officio, & omnibus temporibus, & modis, & quod vbi est consuetudo, quod contra concubinarios procedatur, sub certo modo, & praefixione certae pœnae, potest procedi, non obstante decreto Concil. Trident. nisi tamen vellet eos Episcopus excommunicare, quia tunc debet seruari decretum *d. cap. 8. & quod d. cap. 8.* procedit etiam in eo, qui cum diuersis concubinis deprehenditur.

*SVMMARIVM.*

1 *Episcopus potest exercere iurisdictionem contentiosam in aliena diœcesi de consensu Diœcesani; & quid Neap. seruetur.*
2 *Episcopus non potest iudicare subditum inuitum in aliena diœcesi.*
3 *Curia Archiep. Neap. quando carcerat alienos subditos ad instantiam suorum Episcoporum.*
4 *Episcopus potest resistere delegato, quando non seruat cap. statutum, de rescript. in 6.*
5 *Iudici exequenti sententiam nullam potest impunè resisti.*
6 *Delegatus Papae si delinquat in delegatione, quando possit ab Ordinario puniri.*
7 *Delegatus Papa an possit exequi sententiam, sine requisitione Ordinarij.*

De Episcopo exercente iurisdictionem in aliena Diœcesi.
Cap. XXXVIII.

1 Communis Doctorum opinio est, de qua testatur *Abb. in capit. nouit. de officio Legati*, quòd Episcopus potest in aliena diœcesi de con-

de consensu diœcesani exercere iurisdictionem contentiosam; & in Curia Archiep. Neap. seruatur, quod, quando Episcopi petunt licentiam exercendi iurisdictionem contentiosam in Ciuitate Neap. conceditur eis licentia, cum clausula, dummodo fiat specialis mentio dictæ licentiæ in vnoquoque actu ad remouendum præiudicium, quòd oriri posset ex dicto
2 exercitio. Est tamen notandum, quòd dicta licentia non præiudicat subditis Episcopi petentis, qui, nisi consentiant, non possunt iudicari in aliena diœcesi; & si fuerint citati, non tenentur comparere. *Ita Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de citatione, §. contra citationem, vers. item quòd Iudex, Soc. de cit. art.* 18. *q.* 2. & est communis, vt dicit *Abb. in dict. cap. nouit.* si enim delegatus Papæ extra diœcesim non potest inuitis partibus ius dicere, *cap. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in* 6. tantò minus Ordinarius; idem tenet *Gloss. in cap. vt litigantes, de Officio Ordinar. in* 6. *& in Clement. vnica, de foro*
3 *compet. in verb. indulgemus.* Item seruat ipsa Curia Archiep. Neap. quòd non carcerat alienos subditos, ad requisitionem suorum Episcoporum; nisi in litteris requisitorijs exprimatur, informationem delicti esse captam, & decretum fuisse, procedendum esse ad carcerationem, prout de consuetudine alibi à Iudicibus requisitis seruatur; quamuis de iure posset etiam videre processum, & postea carcerare, vt probat, & testatur *Rebuff. de litter. requisit.* 2. *to. consil. Foller. in constitut. Regni, Capitaneorum, num.* 86. nec etiam tenetur Episcopus affigere cedulones; seu denunciare excommunicatos ab alijs Episcopis; aut ipsorum sententiam exequi, quando notoriæ sunt iniustæ, *iuxta Gloss. Bonif. Anchar. & alios in Clementina vnica, de*
4 *foro compet.* Est etiam menti tenendum, quòd licet Episcopus teneatur exequi sententiam delegati à Papa, etiam iniustam, quando post monitionem delegatus non vult acquiescere, *cap. pastoralis, de officio deleg.* tamen, si delegatus procedit notorie de facto, contra formam, *cap. statutum, de rescript. in* 6. potest Ordinarius loci ei de facto resistere, Ita notabiliter *Io. Andr. in dict. cap. statutum, §. final.* quem sequitur *Franch. Nauar. in capit. cum contingat, de rescript. remedio* 4. *num.* 25. & cautela est, quòd faciat prius protestationem, & postea poterit de facto resistere.

Num. 4. Concluditur in Praxi, Ordinarium posse resistere delegato procedendi de facto contra formam, *cap. statutum, de rescript. in* 6.
5 Adde *Innoc. in cap. si quando, de off. deleg.* vbi dicit, Ordinarium posse resistere delegato, quando vellet procedere in casu non incluso in sua commissione, & ibi latè *Abb. facit Glossa notab. in cap. ex litteris, eod. tit.* quæ dicit, posse resisti impune Iudici volenti mandare executioni sententiam notorie nullam ex defe-
6 ctu iurisdictionis; quinimmo potest Episcopus punire Iudicem delegatum deliquentem in delegatione, sed cum hac distinctione, quod aut delegatus deliquit in non procedendo, & tunc, quia solum

I 4 excef-

exceſſit contra Papam in non parendo mandatis ipſius, non poteſt per alium inferiorem puniri; aut deliquit per ſe agendo, & tunc poteſt puniri per Ordinarium loci, quia non conuenitur, vt delegatus, ſed, vt criminoſus. Ita *Ioannes Andreas, & Abb. in cap. fin. de reſcript.* ſed dicit Ioan. And. ſe non credere, quod pendente cauſa coram eo poſſit conueniri coram Ordinario, ſaltem vt impediretur procedere in cauſa ſibi delegata, nam reſpectu illius cauſæ dumtaxat eſt maior Ordinario, *cap. ſtuduiſti, de off. deleg.* conuenietur itaque finito officio. Idem tenet *Felin.* qui alios adducit in *capit. legebatur, num. 3. in fin. de maior. & obed.* Sed pulchrum eſt
7 dubium, an delegatus Papæ poſſit exequi ſuam ſententiam in diœceſi aliena contra perſonas Eccleſiaſticas abſque requiſitione Ordinarij, *Abb. in capit. in litteris, de off. deleg.* per illum textum dicit expreſsè probari, delegatum Principis poſſe principaliter per ſe ſuam ſententiam mandare executioni, nec teneri prius requirere Ordinarium. Idem tenet in *capit. ſignificaſti, eodem tit. Boer. deciſ. 8.* latè probat, non potuiſſe quendam Baronem incarcerare ſeruientem regium exequentem litteras regias in eius Caſtro ſine inſinuatione, & requiſitione, cum Rex habeat iuriſdictionem in toto Regno; idem dicendum in delegato Papæ ipſum repræſentante. Nihilominus contrarium eſt dicendum poſt Concil. Trident. in *capit. 20. ſeſſ. 24. de reform.* vbi dicitur, non poſſe legatos, etiam de latere, Nuncios, Gubernatores Eccleſiaſticos, aut alios quarumcunque facultatum vigore procedere contra clericos, aliaſue perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, aliàs eorum proceſſus, ordinatione ſua nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati teneantur; faciunt notata per *Bartol. in l. prohibitum, C. de iure Fiſc. lib. 10.* vbi dicit, quòd officiales Principis non poſſunt exequi, nec in bonis, niſi oſtendant litteras in Curia Præſidis Prouinciæ: ſed Concilium voluit, vt requirantur Epiſcopi etiam circa executionem, vt maior honor illis deferatur, & celerius executioni mandentur prouiſiones delegatorum, cum præſumptio ſit, quod Epiſcopi ſint paratiſſimi obedire mandatis Papæ propter iuramentum ab illis præſtitum.

### SVMMARIVM.

1 *Clericus poteſt ſe obligare ad amiſſionem ordinis.*
2 *Clericus poteſt ſe obligare ad amiſſionem beneficij.*
3 *Clericus non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem; & ſic nec ad pœnam triremium.*

## De clerico renunciante clericatui; & ad quid poteſt ſe obligare. Cap. XXXIX.

SEruatur in Curia Archiepiſcopali Neapolit. quòd aliquando Archiepiſc. facit gratiam pœnæ impoſitæ, exilij, carceris, vel ſimilis clericis conſtitutis, in minoribus, con-

condemnatis per Curiam, hac lege, dummodo ipsi clerici prius dimittant habitum clericalem, & cum iuramento se obligent ad illum non reassumendum, & hoc, vt timore Curiæ sæcularis magis abstineant à delictis, cum non gaudeant priuilegio fori, ob non delationem habitus clericalis, iuxta Concil. Trident. *de reform. sess.* 23. *cap.* 6. de qua obligatione vidi dubitari, an esset valida; sed in contrarium est veritas; siquidem cleri-
1 cus potest se obligare ad amissionem ordinis, *cap. quotiens*, 1. *quæst.* 7. *vbi omnes. Glos. in cap. cum dilectus, de electione. Felin. in cap. contingit, el* 1.
2 *de sententia excommunicationis*. Sic etiam potest se obligare ad amissionem beneficij consentiente superiore, *dict. cap. cum dilectus, vbi Glos. Abbas, & alij*, & aliquando Curia Neapolitana in sententia comminatur pœnam priuationis habitus clericalis in casu iterationis deli-
3 cti, non tamen potest clericus se obligare ad pœnam corporalem, iuxta *Felin. latè in dict. cap. contingit*, in quo textu id optimè probatur, & ex hoc inoleuit praxis Curiæ Archiepiscopalis, quòd clerici condemnati in exilium, non se obligant ad pœnam triremium, in casu fracturæ exilij; sed in eadem sententia condemnantur ex nunc, prout ex tunc, ad triremes in casu inobseruantiæ exilij. Non obstat, quod aliqui dicunt, quòd potest quis se obligare ad præstandum operas suas; quia talis præstatio operarum in clerico non est sine dedecore totius ordinis clericalis, *argum. text. in d. cap. contingit*.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio canonica an possit indici, quando contra inquisitum adsunt indicia sufficientia ad torturam.*

De purgatione canonica, an possit indici, quando adsunt indicia sufficientia ad torturam. Cap. XL.

1 FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana an reo inquisito possit indici purgario canonica, quando contra ipsum adsunt indicia sufficientia ad torturam, vel sit inferenda tortura; & de iure videtur verior opinio, quòd possit indici canonica purgatio, per *text. in cap. inter sollicitudines, de purgatione canonica*, vbi dicitur, quod propter solam vehementem suspicionem potest indici canonica purgatio, & vehemens suspicio est sufficiens indicium ad torturam. *Cardin. in Clemen.* 1. §. *sanè, quæst.* 22. *de vsuris. Albert. de agnoscend. assertionibus hæreticorum, quæst.* 36. *in fin. Simancas de Catholicis institut. titul.* 65. *num.* 52. *Pegna in* 3. *part. Director. inquisitorum super quæst.* 61. ibi, *si quis ergo scienter*: est enim vehemens suspicio, quæ oritur ex grauibus indicijs, & animum Iudicis inclinat in vnam partem, cum aliquali, vel modica dubitatione, vt per *Menochium de præsumptionibus, lib.* 1. *quæst.* 7. *Farinacium de indicijs ad torturam, quæst.* 36. *num.* 181. Contrariam opinionem tenet *Petrus Follerius in practica canonica, in versic. & si nec confessi, aut conuicti, num.* 8. dicens, non esse deue-

ueniendum ad purgationem canonicam, quando adsunt indicia ad torturam; sed reum debere torqueri:& *Card. vbi supra*, dicit, vehementer suspectum, antequam se purget, debere prius torqueri, quem sequitur *Franch. Squillacensis, in tractat. de Fide Catholica, cap.* 51. *num.* 1. Prima opinio videtur de iure verior; sed secunda tutior, ad inueniendum, & puniendum delicta, & euitandam compurgatorum falsam depositionem, quæ hoc tempore faciliter fieri posset. Et cum hic casus accidisset in Curia Archiepisc. maior pars dominorum Congregationis dictæ Curiæ inclinauit, quòd, si adessent indicia sufficientia ad torturam, non indiceretur purgatio; sed erat dubium de indicijs: postea causa alium finem accepit; quia inquisitus obtinuit gratiam ab Illustris. & Reueren. diss. D. Archiepiscopo.

## SVMMARIVM.

1 *Magistri Ecclesiarum laici quam potestatem habeant in Ecclesijs.*
2 *Administratio Ecclesiæ triplex: & quæ competat laicis.*
3 *Laici magistri Ecclesiarum non possunt præesse Ecclesijs, nec clericis, nec se impedire de spiritualibus.*
4 *An possint deputare ministros Ecclesiæ.*
5 *An expellere presbyteros.*
6 *An possint esse œconomi.*
7 *An procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ.*
8 *An collectores obuentionum spiritualium.*
9 *An possint oblationes accipere de Altari, & esse custodes Altaris.*
10 *An esse operarij fabricæ Ecclesiæ.*
11 *An possint habere loculos, siue capsas, pro excipiendis eleemosynis.*
12 *Capsæ pro colligendis eleemosynis quando retineri possint.*
13 *Laicis an possint per Episcopum prohiberi quærere eleemosynas, & quando.*
14 *Laici magistri Ecclesiarum an possint congregare artifices in Ecclesijs.*
15 *An possint facere processiones sine licentia Episcopi.*
16 *An disponere de mortuarijs.*
*An concedere alijs in Ecclesijs, Capellas, Altaria, sepulchra, ibidem.*
17 *Concessa Capellæ cum iure patronatus, an intelligatur concessum ius funerandi.*
18 *Sepulchra, & Capellæ quomodo vendantur.*
19 *Sepelliri cum maiori pompa, vel meliori cruce, vel in meliori loco Ecclesiæ, non est spirituale; & an possit pro eo aliquid accipi.*
20 *Ecclesia an possit vendi ratione materiæ.*
21 *Calices consecrati, reliquiæ, & vestes sacræ an possint vendi ratione materiæ, & quando.*
22 *Laici an possint habere aliquod ius in Ecclesia, in sedibus, vel scamnis.*
23 *Sepulchrum vnius familiæ an possit alijs concedi, extinctis omnibus de prima familia.*
24 *Magistri Ecclesiarum laici excommunicantur per Curiam Neapolitanam, si non præstant eleemosynam Prædicatori.*
25 *Episcopus potest compellere laicos ad hospitalitatem, eleemosynam, & alia opera pietatis.*
26 *Episcopus potest compellere censuris laicos*

*laicos ad vendendum frumentum, tempore charitatis annonæ.*

27 *Episcopus est exequutor Canonum, & Conc. Trid. & potest non obseruantes Canones excommunicare.*

28 *Sepulturæ, & Capellæ vendi non debent.*

29 *Religiosus locus non efficitur de iure Canonico per illationem corporis mortui sine auctoritate Episcopi.*

30 *Terra, vbi fuit Ecclesia, potest vendi in casu necessitatis.*

31 *Sedendi ius in sedilibus, & super sepulchris, quomodo laicis competat.*

32 *Nobilis defenditur in honorabiliori loco, si ibi sedere consueuit.*

33 *Sacerdotalia munera, & functiones presbyterales in Ecclesijs, quæ reguntur à magistris laicis, an pertineant ad Parochum, vel ad Sacristam, aut Capellanos Ecclesiæ deputatos à laicis.*

## De potestate magistrorum laicorum latè. Cap. XLI.

QVoniam in Curia Archiepiscopali Neapolitana persæpè audiuntur querelæ contra laicos, magistros Ecclesiarum, qui tanquam earum domina attentant facere, quæ eis minimè competunt: vtile iudicaui eorum potestatem, iuxta sacrorum Canonum dispositionem, breuiter enarrare. Sciendum, quòd laici, etiam religiosi, nullam habent de iure facultatem disponendi de rebus Ecclesiasticis, siue in temporalibus, siue in spiritualibus, *cap. benè, & ibi glos. latè, 96. distinct. cap. non placuit, cap. laicis, & seqq. 16. quæst. 7. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit. cap. cum laicis, de rebus Ecclesiæ non alienan. cap. decernimus, vbi Doctor. latissimè de iudicijs.* Dicit tamen *Archid. in d. cap. benè, 16. quæst. 7.* triplicem esse administrationem rerum Ecclesiarum; au-

1 (margin, at "tionem")

2 ctorizabilem, quæ est solius Episcopi; ministerialem, clericorum; prouidentialem verò, seu sollicitudinis competere posse laicis; quod dictum alij sequuntur, præsertim *Butr. & Abb. in dict. cap. decernimus*, vtque ad particularia descendamus; Primò, laici non possunt con-

3 stitui, vt præsint Ecclesijs, vel clericis; vel se impediant de spiritualibus. *Anton. Abb. Fel. Dec. in dict. cap. decernimus*; & licet, *secundum Abbatem* ibi cura omnium temporalium possit demandari laicis, non tamen vt administrent nomine proprio; vel tanquam ius habentes, nec principaliter, nec ministerialiter;

4 vt *Abb. dicit ibi in 1. notab.* Secundò, laici non possunt deputare ministros in Ecclesia, sed Episcopus. *Innoc. in cap. cum venerabilis, in fine, de except.* & ibi alij, & in Curia Archiepiscopali nullus clericus potest adscribi seruitio Ecclesiæ, in qua sunt magistri laici, sine licentia Curiæ Archiepiscopalis, sub censuris.

5 Tertiò, laici non possunt expellere presbyteros ab Ecclesijs, *cap. contra sanctorum, cap. laici, cap. inuentum*

6 *est, 16. quæst. 7.* Quartò, laici non possunt esse œconomi, nec administratores generales, & vniuersales Ecclesiæ, vt super Ecclesias, clericos, vel alia spiritualia potestatem habeant; particulares verò, & speciales œconomi, sindici, vel procuratores constitui possunt. *Anton. de Butr. post alios, notab. in d. cap. decernimus*;

*mus*; dicit tamen ibi Abbas, quòd posset eis committi cura omnium temporalium, cum ex hoc non præsint Ecclesijs, vel clericis, nec impediant se de spiritualibus.
7 Quintò, laici non possunt constitui procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ, *Butrius vbi supra*: dicit tamen *Abbas*, quòd laicus potest constitui procurator ad vendendum vnam rem tantum, non generaliter. Sequitur *Dec. ibid num.* 110. qui addit, dummodo constituatur ad vendendum cum certo, & limitato pretio; quia tunc videtur simplex exequutor; secus, si simpliciter constituatur, & quòd procurator constitutus ad vendendum bona Ecclesiæ, non videtur habere mandatum specialiter; nisi bona Eccle-
8 siæ specificata sint. Sextò, *secundum Butrium, vbi supra*, non potest laicus deputari collector obuentionum spiritualium, pro quo facit *text. in cap. sanctorum, in cap. hanc consuetudinem*, 10. *quæst.* 1. contrarium tenet *Abb. ibi sequitur Decius num.* 116. vbi dicit, non obstare dicta iura: quia in illis prohibetur, ne oblationes sint in dominio laicorum, & ne in ipsorum vtilitatem conuertantur; secus, si nomine Rectoris Ecclesiæ à laicis recipiantur, vt in vtilitatem Ecclesiæ, & clericorum
9 conuertantur; non tamen debent laici oblationes positas in altari accipere, quamuis possint esse custodes altaris. *Decius vbi sup. post Archid. & Domin. in dict. cap. sanctorum*,
10 10. *quæst.* 1. Septimò, laici non possunt deputari operarij fabricæ Ecclesiarum. *Butrius vbi supra num.* 6. in quo, etsi *Abb. Fel. & Dec.* videantur contradicere; tamen illud fatentur, quòd, quando cum officio fabricæ habent etiam præeminentiam super clericos, & habent potestatem distribuendi redditus inter clericos, & percipiendi, vt dicit *Abbas* esse in Ciuitate Senatum, tunc tale officium nòn potest cedi laicis, citra auctoritatem Papæ.
11 Octauò, laici non possunt habere loculos pro recipiendis eleemosynis in Ecclesijs, cum oblationes debeant cedere ad vsum, & sustentationem clericorum, & sacerdotum, *text. clarè in cap. quia sacerdotes, cap. sanctorum, cap. hanc consuetudinem*, 10. *quæst.* 1. quinimmo nec cle-
12 rici debent retinere capsas pro eleemosynis recipiendis, si scandalum generent, *arg. cap. secundi, de custodiend. Eucharist.* nempe, si cum reliquijs superpositis, vel chartis indulgentiarum, quod prohibetur in
13 Ecclesijs Ciuitatis Neap. Nonò, laicis non debet permitti in Ecclesia, vel extra Ciuitatem quærere eleemosynas pro aliqua causa, nisi maturè cognita per Episcopum, *l. vnica, C. de mendicant. valid. lib.* 11. vbi *Ioan. de Platea*, extendit ad clericos mendicantes, & alia pia loca, respectu quorum non ad Iudicem sæcularem, vt *in Gloss. ibi*; sed ad Ecclesiasticum cognitio spectat. *Bart. in dict. leg. vnica* facit, quia mendicatio istorum, sine causa, & necessitate, concernit materiam peccati mortalis, ex subtractione, quæ inde resultat ijs, qui verè indigent, *cap. pastor.* 1. *quæst.* 2. *Lucas de Penna ibid.* & Neapoli excommunicantur ipso facto quærentes eleemosynam pro alijs, sine licentia

Cu-

14 Curiæ. Decimò, laici non habent facultatem congregandi artifices in Ecclesijs, *textus est in cap. decet, de immunit. Eccles. in 6. vbi Doctor.* Vn-
15 decimò, laici non possunt facere processiones, quia sunt spiritualia, iuxta supradicta, *& est text. in auth. sed nouo iure, §. laicis, C. de Epi-*
16 *scop. & cleric.* Duodecimò, non possunt prædicti magistri laici disponere super mortuarijs, quæ annexa sunt spiritualibus. *Abb. in cap. cum laicis, de rebus Ecclesiæ non alienandis, num.* 5. & proinde non possunt concedere capellas cum sepulchris, & iure funerandi, cum sit spiritualitati annexum, *iuxta omnes in cap. quanto, de Iudic.* & quia in tali concessione fit quædam translatio iurium Ecclesiæ, vt notat *Nauar. in cons. 1. de sepult.* qui licet loquatur in concessione sepulturæ, eius rationes militant etiam in concessione capellarum; sed sepulchrum cùm iure funerandi à solo Episcopo concedi debet. *Abbas in cap. abolendæ, de sepult.* quinim-
17 mò concessa Ecclesia, vel Capella ab Episcopo, non intelligitur concessum ius funerandi, nisi expressè fuerit concessum. *Archidiac. in capit. 1. de pactis, in 6. Bonif. in Clement. dudum, §. huiusmodi, num. 11. de sepult. Rota verò diuersorum parte 1. decis. 222. & 223.* concludit, sufficere licentiam tacitam construendi sepulchrum, quæ colligitur, quando illud est in loco patenti, & Episcopus non contradicit, & tantò magis, quando Episcopus visitauit capellam; & prædicta faciunt pro capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ, quòd habet priuilegium sepeliendi omnes mortuos Ciuitatis, & diœcesis, qui non elegerint sepulturam; nisi habeant proprium sepulchrum: nam, si quis haberet concessionem capellæ, etiam cum iure patronatus, non potest in ea sepeliri, nisi expressè fuerit ab Episcopo ei concessum ius sepeliendi.
18 Sed hic obiter quæro, quomodo sepulchra cum capellis vendantur alijs, vt passim fieri solet, de quo vidi dubitari in Curia Archiepiscopali; non enim possunt vendi ratione iuris funerandi, quod est spiritualitati annexum, vt supra dixi; nec ratione terræ cœmeteriatæ, quauis consuetudine non obstante, *dict. cap. abolendæ, de sepult.* Doctores dicunt, quòd possunt vendi, seu aliquid accipi, ratione situs, & dignioris loci, quod non videtur quid spirituale, nec necessarium ad sepulturam; considerant enim quædam esse necessaria ad sepulturam, nempè, terram cœmeteriatam, deputatam auctoritate Episcopi, officium, quòd circa funus impenditur; & ista vendi non possunt; quædam verò non sunt necessaria ad
19 sepulturam, nempe, quòd cum maiori pompa sepeliatur; vel cum meliori cruce; vel non in fouea communi; sed in meliori loco, & situ Ecclesiæ; & ista non videntur spiritualia, & successiuè aliquid pro eis accipi potest; maximè ex consuetudine, ita dicunt *Petrus de Aragonia super diuo Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 4. Sotus de iust. & iure lib. 9. quæst. 7. artic. 1.*
20 Decimotertiò, non possunt laici artifices, quando relinquunt Ecclesias sibi concessas alijs artificibus, ali-

aliquid accipere ratione materiæ dictæ Ecclesiæ, quam suis impensis construxerant; siquidem, licet calices, & alia vasa sacra, ratione materiæ vendi possint in necessitate, *cap. aurum*, 12. *quæst.* 2. & si venduntur Ecclesiæ non confracta, & si laico confracta, *d. cap. aurum*, nisi laicus vellet illis vti ad vsum Ecclesiæ pro suo Capellano, quia poterunt illi vendi non confracta. *Sil. in verbo, simonia*, §. 12. & eadem ratione possunt vendi reliquiæ ratione materiæ, metalli, & vestes sacræ. *Sil. ibidem*, & idem de vase ligneo, vel lapideo, deputans auctoritate Episcopi pro sepultura, dicit *Abb. in dict. cap. abolenda*, tamen Ecclesia consecrata, vel benedicta, ratione materiæ nullo modo vendi potest, *capit. ea enim*, §. *hoc ius correctum*, 10. *quæst.* 2. *Archidiacon. Geminian. Prapos. & omnes*, *in dicto capit. aurum*, qui assignant plures rationes diuersitatis inter Ecclesiam, & alia vasa sacra, & aliqui dicunt rationem esse occultam.

22 Decimoquattò, non possint laici habere aliquod ius in Ecclesijs, in sedibus, vel scamnis inuito Episcopo; sed ex gratia hoc illis permittitur, sicut Iuspatronatus, & ius funerandi. *Abb. in dict. cap. abolendæ*; quinimo Episcopus, qui concessit ius funerandi, potest concedere, quod vnus sepeliatur in sepulchro alterius, ex iusta causa. *Archid. in cap. præcipiendum*, 13. *quæst.* 2. *Sil. in verbo, sepultura*, §. 3.

23 Decimoquintò, etiamsi magistri laici haberent priuilegium à Papa concedendi sepulchra cum capellis, & iure funerandi pro se, & suis, non possunt sepulchrum familiæ vnius, extinctis omnibus de familiâ illa, alteri concedere, prout latè probat *Lambertinus de Iure patron. artic.* 5. *quæst. princ.* 3. *lib.*

24 Decimosextò, seruatur in Curia Archiepisc. quòd laici magistri Ecclesiarum, qui administrant bona Ecclesiæ, & de redditibus Ecclesiæ nolunt soluere mercedem prædicatori, excommunicantur ab ead. Curia Archiep. donec mercedem de redditibus Ecclesiæ soluant; & ita fuit obseruatum anno 1600. cum quodam magistro Ecclesiæ Spiritus sancti, huius ciuitatis Neap. Pro qua excommunicatione lata (vltra alia) fuit consideratum, quòd licet laici tolerentur in administratione Ecclesiarum; primus tamen, ac præcipuus administrator, & dispensator redditum Ecclesiarum est Episcopus. *Archid. in d. cap. laicis*, 16. *quæst.* 7. *cap. præter hæc*, 32. *dist. cap. in canonib. cap. in sacris, & cap. similiter*, 16. *quæst.* 1. *cap. de xenodochijs, de relig. domib.* & cum dictus magister, qui pecuniam Ecclesiæ conseruabat, noluisset ad mandatum Episcopi soluere mercedem prædicatori, impediuit dispensationem Episcopi, & sic potuit excommunicari, *cap. dilecto, de sententia excommunicationis, in* 6. Secundò facit, quòd Episcopus habet iurisdictionem in laicos in concernentibus pietatem, officium charitatis, & humanitatis, ad quæ potest eos compellere censuris, nempè ad hospitalitatem, vel ad dandam eleemosynam, prout in isto casu *Anton. Abb. Imol. & communis in cap.* 1. *de emption. & vendit.*

25

vendit. *Aufrerius in Clem. 1. de offic. Ordinarij, de potestate Ecclesiæ super*
26 *laicos, num.3.* vbi dicit, quod hac de causa potest Episcopus compellere censuris laicos, ad vendendum frumentum tempore caritatis annonæ: facit etiam, quòd à tempore fundationis dictæ Ecclesiæ fuit solitum prædicari verbum Dei, & præstari eleemosynam prædicatori de eiusdem Ecclesiæ redditibus; & eleemosyna est præstanda ab ijs, qui tenentur, vel solent, *dict. Concil.*
27 *Trid.cap.4.sess.24.de reform.* & Episcopus est exequutor Concilij Tridentini, sicut & aliorum canonum, & potest transgressores punire. *Clem.1. de ætat. & qualit. Rot. in nouis decis.54. Card. & Anchar. in Clem.2. de pœnis, idem Anchar. in dict. Clem.1. de ætat. & qualit. Bonif. in Clem. præsenti, de censib. num.51.* & probatur in supradictis *Clem. 2.* & præsenti, *& in cap.1. 18. distinct.* habetur clarè in bulla Pij V. super confirmatione Concilij Tridentini, quæ incipit, *Benedictus Deus*, & sic pro exequutione decretorum Concilij potuit iustè excommunicare. Ex prædictis clarè patet, quæ sit potestas istorum magistrorum laicorum super Ecclesijs, quidque Episcopus illis concedere possit; dummodo non habeant priuilegium à Papa, cuius tenor inspiciendus est, *cap. porro, de priuileg.* nec immemorabilis quasi possessio suffragatur laicis incapacibus spiritualium. *Abb. in cap. quanto, de consuet.* & liquet ex his, quod laici non possunt ordinare aliquid circa celebrationem Missarum, vel destitutionem clericorum, nec de alijs spiritualibus se intromittere, & tanto minus clericis imperare, quibus obsequendi tenet eos necessitas, *cap. non placuit, 16. quæst.7.*

28 Num. 18. Quamuis secundum Petrum de Aragonia, & Sotum citatos in Praxi pro digniori situ possit aliquid ratione Capellæ, & sepulchri accipi, maximè ex consuetudine, nihilominus si rectè eorum ratio consideretur, videtur potius subtilis, quam substantialis; canones enim generaliter prohibent aliquid accipi pro loco sepulturæ, *dict. cap. ad Abolendam*, nec distinguunt an eligatur sepultura in meliori loco Ecclesiæ, vel alio, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de Publiciana*, & hanc opinionem tenet *Gregorius Lopez vir non leuis auctoritatis super l.1. tit.13. part.1.* sequitur *Molina de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 40.* dicens, frequenter id malè seruari, ac palliari solitum, quare concessio sepulchri cum Ca-
29 pella debet fieri gratis, & patroni poterunt spontè dotare, vel donare, & hoc pacto vidi confici instrumenta à Notarijs peritis, nam in instrumento testati sunt de spontanea concessione loci ex parte Ecclesiæ, & de spontanea dotatione Capellæ ex parte recipientis. Et hoc pacto cessat scandalum, & suspicio auaritiæ, & simoniæ, & hæc resolutio est conformis, *Gloss. final. in dict. cap. abolendæ, communiter recept.* quæ dicit, quod licet Clerici non possint aliquid petere pro loco sepulturæ, tamen si laici ex consuetudine laudabili aliquid soluunt, possunt compelli ad illam obseruandam, *iuxta cap. Apostolicam*, de

*de simonia;* pulchrè *Abb. in dict. cap. abolendæ*. Neapoli soluuntur grana 15. pro fouea, seu loco sepulchri; Romæ etiam extat talis consuetudo, vt dicit *Hier. Gabr. cons.* 40. Sed an possit vendi locus, in quo aliquis fuit sepultus extra Ecclesiam? & secundum leges efficitur religiosus,& vendi non potest, *l.* 2.*ff.de relig. & sump. funerum;* secundum verò Canones potest vendi, quia numquam locus efficitur religiosus per illationem corporis, nisi interueniat auctoritas Episcopi, *iuxta Gloss. singularem in cap. in Ecclesiastico, 13. q. 3. communiter recepta.*

Num. 19. Adde D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *ad secundum*, vbi dicit,
30 licere terram, vbi quondam fuit Ecclesia, vendere, aut emere, in casu necessitatis, sicut materiam sacrorum vasorum.

Circa numerum 22. annotandum, quod patrono Ecclesiæ, qui
31 sedem, vel arcam sui honoris causa in Ecclesia habuit, & ab ea fuit deiectus, competit remedium recuperandæ. *Franciscus Marcus q.* 275. *Menoch. de recuperanda, remed.* 15. *numer.* 45. quia patrono, quemadmodum ex gratia conceditur Iuspatronatus, sic ei ex gratia potest concedi, vt habeat sedem in Ecclesia, honoris causa, *Ostiens. & Abb. in dict. cap. abolenda, de sepult.* Quinimmo in Rota Romana, in vna Calaguritana præeminent. 26. Iunij 1590. coram Gipsio fuit dictum, esse manutenendos in possessione quosdam nobilissimos Dominos de Murga, ex quo per quadraginta annos fuerant in possessione sedendi in digniori, & altiori loco, in Ecclesia Sanctæ Mariæ, nec non ante alios offerendi primitias, & recipiendi pacem: quo fit, vt absque facto, & culpa ipsorum non potuerint dicta possessione spoliari, *ad reg. Id quod nostrum est;* & non est inconueniens, quod laico ex causa huiusmodi honores, & præeminentiæ debeantur, *Abb. in cap. nobis, in vltimo not. de Iurepatronatus, Rocch. eodem tit. in verb. honorificum, num.* 99. maxime, quia eorum familia est nobilissima, originem trahens, vt dicebatur, à Regibus Aragoniæ: & dicit *Ioannes Garsia de expensis, & meliorationibus, capit.* 8. *num.* 51. laicos, quibus concessum est ius funerandi, quamuis sepulchrorum vsum habeant, non tamen ita illum possidere, vt in eis inuitis Episcopis possint ponere sedilia, vulgo, strati, *ex Lamb. de Iurepatronatus, par.* 1. *q.* 11. *art.* 15. Sed si ex vsu volunt sedere super sepulturis suis, illo iure vtendi prohiberi non possunt, nec nobilis vir, aut fœmina quemquam hoc vsu sedendi super sepulturam suam spoliare debet, quod facere assolent superbe nobiles, vt honorabilius sedeant; nam ipsis id permittendum non est: si
32 quidem nobilis defenditur in honorabiliori loco, si ibi sedere consueuit. *Ioannes Faber in §. aliam, Instit. de bonorum possess. super Gloss. verbo, altiori loco, & hæc nota.*

Vltimò notandum est, decretum Sacræ Congregationis relatum à
33 Domino Stephano Quaranta in summa bullarum, in verbo, priuilegia Regularium circa functiones sacerdotales peragēdas à parocho Ecclesiæ, quæ regitur à magistris

laicis,

laicis, cuius verba sunt, *videlicet, candelarum, cinerum, palmarum, fontis Baptismalis, benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati sancti, aspersiones domorum, & quæ in Dominicis diebus in Ecclesia fiunt, quæque circa cultum Sanctissimi Sacramenti Corporis Christi in quadraginta horarum oratione, & similes, non ad Capellanos, seu Sacristam Ecclesiarum huiusmodi ab eisdem laicis deputatos, sed ad Parochum, seu Rectorem curam animarum habentem in Ecclesijs huiusmodi institutum, præcedente examine, & alijs requisitis ab Ordinario loci prouisum spectare debere censuit Sacrorum rituum Congregatio die 18. Maij 1602.*

*Ptolomæus Cardinalis.*

Alexander Gratianus pro Secret.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus, pro iniuria sibi illata, potest agere contra laicos, cum protestatione, citra pœnam sanguinis.*

2 *Et quid, si certo credat sequuturam mortem.*

3 *Clericus in ciuitate Neapol. & Prouinc. non potest agere causas proprias, vel alienas, etiam in casibus à iure permissis, sine licentia Curiæ.*

4 *Clericus, an possit agere causas alienas, cum protestatione, citra pœnam sanguinis.*

5 *Clericus an possit agere cum protestatione, citra pœnam sanguinis, contra interfectorem fratris, & aliorum propinquorum.*

6 *Clericus, cum protestatione, citra pœnam sanguinis, potest denunciare delicta, tendentia in Republicæ perniciem, vel graue damnum priuatæ personæ.*

7 *Vel si reum in fragranti crimine reperiat.*

8 *Et an pro iniuria facta Ecclesiæ.*

9 *Clericus agens contra laicum, cum protestatione, citra pœnam sanguinis, si habeat in animo, quòd reus moriatur; sequuta morte, vel mutilationes efficitur irregularis.*

10 *Episcopus an possit, & debeat concedere Iudici laico, vt exhumet ab Ecclesia cadauer occisi, ad finem capiendi informationem delicti in genere.*

11 *Episcopus, requisitus à Curia sæculari, vt dicat, si talis inquisitus, & carceratus in eadem Curia sit clericus, vel non, potest id liberè dicere.*

12 *Irregularis est, qui patitur se scribi pro teste, in sententia mortis.*

13 *Statutum contra consanguineos clericorum, intuitu clericorum est contra libertatem Ecclesiæ.*

14 *Episcopus permittens pulsari campanam Ecclesiæ ad conuocandum populum pro persequendis malefactoribus, non est irregularis.*

15 *Ecclesia potest incastellari ad defensionem Reipublicæ auctoritate Episcopi.*

16 *Clerici an possint pugnare contra bannitos pro defensione patriæ absque irregularitate.*

## De clerico agente coram Iudice laico cum protestatione late. Cap. XLII.

1 DE iure clericus, pro iniuria sibi illata potest agere criminaliter contra laicum, cum protesta-

 tione.

tione, quòd puniatur citra pœnam
2 sanguinis, *cap. Prælatis, de homic. in 6.*
etiam si certò sciat, Iudicem sæcularem
processurum ad pœnam sanguinis,
vt omnes ibi dicunt; & quia
clerici pluries sub prætextu agendi
causas proprias, vel alienas, in
casibus à iure permissis, nempè Ecclesiæ,
propinquorum, & miserabilium
personarum, agunt causas
alienas, in alijs casibus non permissis,
Concil. Prouinc. Neap. *cap. 22.
de vita, & honest. cler.* statuit, quòd
3 in Ciuit. & Prouinc. Neap. nullus
clericus possit in iudicio sæculari,
in quacumque causa agere, & procurare,
& patrocinari, etiam in casibus
à Iure permissis, sine licentia
ordinarij, in scriptis obtenta, quæ
non potest denegari in casibus à
Iure permissis, aliàs Iudex grauaret,
cum concilium prouinciale non
possit statuere contra ius, *DD. in c.
sicut, de accus.* sed sit ad cognoscendum
causam, an sit concedenda.
Fuit dubitatum in Curia Archie-
4 pisc. an possit concedi licentia clerico
agendi in iudicio sæculari contra
interfectorem fratris, cum protestatione,
citra pœnam sanguinis?
& videbatur, quòd non; quia *tex. in
d. c. Prælatis*, concedit licentiam clerico
agendi cum dicta protestatione,
contra malefactores suos, &
non dicit suorum; & proinde omnes
Doct. ibi communiter concludunt,
quod dicta protestatio non
suffragatur agentibus causas alienas,
nec testi, nec Aduocato, nec Iudici,
latè *Couar. in Clem. si furiosi, de
homicid. 2. par. §. 5.* nisi, vt dicit
*Franch. in dict. cap. Prælatis*, sui essent
serui, vel ancillæ, quia veniunt appellatione
bonorum, pro quorum
recuperatione licet agere cum protestatione.
Idem in materia irregularitatis,
tenent *Gloss. Card. Imol.
Bonif. in dict. Clement. si furiosi*; concludentes,
occidentem aliquem
pro defensione parentum, effici irregularem:
cum dicta *Clem.* dicat,
licere ex causa defensionis occidere
suum inuasorem, non suorum.
Contrarium fuit seruatum in Curia
Archiepisc. Neap. & bene; siqui-
5 dem iniuria facta vni, censetur facta
omnibus de familia, *Bart. in leg.
lex Cornelia, ff. de iniur. Bald. in leg.
1. C. de rapt. virg. 5. notab. Anton. de
Butrio, & Felin. in cap. cum oporteat,
de accusat.* Et dicitur tractari de
proprio interesse, quando iniuria
est communis; ex quo illata est vni
de familia, *Dec. in consil. 133. num.
4. Grammat. decis. 23. latè*: & successiuè
licet agere pro morte fratris,
tamquam pro iniuria propria
sibi illata. Idem tenet *Nauar. de
iniurijs, & damno dato, consil. 3.* vbi
concludit, patrem clericum posse
agere contra interfectorem filij,
cum protestatione prædicta. Idem
*Couar. in dicto §. 5. num. 4.* ibi, aut
saltem suis, & propinquis; &
ex his patet responsio ad contraria,
cum malefactores propinquorum
dicantur eius malefactores.
6 Potest etiam clericus, cum prædicta
protestatione, denunciare
aliquod delictum, tendens in Reipublicæ
perniciem; vel ad euitandum
periculum imminens contra
priuatum. *Nauar. in cap. inter verba,
11. q. 3. coroll. 57. Couarr. vbi
suprà.* Potest pariter vti pro estione,
non solùm, quando accusat, vel
denun-

denunciat; sed etiam, si reum in fragranti crimine repererit, capiat, & iudici tradat. *Franch. vbi suprà*, 
7 *Socin. in cap. ad audientiam, de homicidio*, non tamen pro iniuria facta 
8 Ecclesiæ, *iuxta Abb. in capit. cum P. Manconella, de accusat.* quem intelligo, dummodo non redundet in damnum clerici, vt furtum. Notandum etiam, quod clericus 
9 agens cum protestatione prædicta, si habet in animo, quod reus moriatur, secuta morte, vel mutilatione, irregularitatis notam non euadit, iuxta veriorem opinionem *Ioan. Andr. Dom. Franch. in dict. cap. Prælatis, Nauar. in cap. 27. num. 226.* nec obstat, quod sola voluntate irregularitas non contrahatur; quia cum voluntate concurrit quærimonia, & accusatio exterior, & dicta protestatio mendax, & fallax est, nec talis, qualem ius canonicum requirit, ad irregularitatis labem euitandam. Sequitur *Ignatius Lopez super cap. 98. praxis Diaz.* Sed aliud dubium pulchrum est, quòd in Regno euenire solet, an Episcopus possit, & debeat conce-
10 dere licentiam Iudici laico exhumandi corpus occisi ab Ecclesia, ad finem capiendi informationem delicti in genere. Veritas est, quòd potest id concedere absque metu irregularitatis; siquidem ad incurrendam hanc irregularitatem, quæ inducitur ex defectu perfectæ lenitatis, requiritur, quòd actus, qui fit, sit causa proxima, directa in mortem, vel mutilationem, non causa remota. *Nauar. cap. 27. num. 211. Sotus de iust. & iure, lib. 5. quæst. 1. art. 7. Couar. vbi suprà, §. 5. Henriquez de irregular. cap. 12. §. 8.* & actus ostendendi cadauer occisi, est remotissimus, & suaptè natura non directus in mortem, vel mutilationem; eò magis, quòd Episcopus nihil operatur, sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationem, & non omnis causa, sine qua non dicitur principalis, vt latè tradit *Nauar. in consil. 19. de homicid. consil. 16. de simon.* & ita fuit statutum *in Concil. Prouinc. Mediolan. 5. in tit. de Ecclesijs, & eorum cultu*, vbi statuitur, ne occisorum cadauera à Iudicibus, vel Notarijs malefi. ciorum in Ecclesijs vllo modo inspiciantur: sed eo illata exportentur; & huiusmodi inquisitiones, & omnia, quæ ad cædis cognitionem pertinent, à sacris locis reijciantur. Quapropter, cum possit Episcopus id concedere, dicendum est; quòd omninò illud facere debeat; nam sicut Iudex Laicus tenetur Episcopi iurisdictionem adiuuare, & suum brachium illi præstare, *capit. 1. de officio Ordinar.* sic Episcopus tenetur præstare brachium Iudici laico; aliàs ad Metropolitanum appellari posset, *iuxta Innoc. & communem in d. cap. 1.* Equidem male faceret Episcopus, qui id denegaret, cum præ omnibus desiderare debeat, delicta puniri, & Ciuitatem malis hominibus purgari, *cap. vt famæ, de sententia excommunicationis.* Iudex verò laicus, sine licentia Episcopi exhumare præsumens, debet excommunicari, cum nullam in Ecclesia exercere possit iurisdictionem, *c. decet, vbi omnes, de immun. Ecclesiar. in 6.* & ex prædictis de causa

proxima, vel remota, fuit resolutum in Curia, quòd posset concedi Curiæ sæculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus clericalis cuiusdam clerici, inquisiti de homicidio in Curia sæcula-
11 ri, allegantis se esse clericum. Curia verò sæcularis negabat esse clericum ob prædictam depositionem, & renunciationem: siquidem, quòd aliquis sit, vel non sit clericus, non est causa propinqua mortis. Facit *text. in cap. si Iudex laicus, de sententia excommunicationis, in 6.* vbi ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est clericus, sine aliqua limitatione, an sequatur postea mors, vel non.

12 Quæritur; an sit irregularis ille, qui patitur se scribi pro teste in sententia mortis, dum dicitur lecta, lata coram tali presbytero, &c. & dicendum est, quod sic, per *text. cum glos. & ibi Abb. & alij in cap. sententiam sanguinis*; nec clerici, vel monachi. *Glos. in cap. ex litteris, de excessibus Prælatorum. Ant. in tract. de irreg. 12. num. 6. Silu. homicidium, 3. q. 2. Socin. in cap. ad audientiam, num. 139. de homicid.* constituunt enim prædicti regulam, quod Iudex in causa mortis etiam iustè procedens, accusator, testis, & Notarius scienter scribens, aut legens, dum publicatur sententia, aut dictans litteras pro sententia sanguinis, secuta morte, aut mutilatione membri, sunt irregulares: quæ regula non debet restringi ad eos tantum testes, qui inducuntur ad probandum delictum, cum nec canones, nec doctores hanc faciant distinctionem, quinimmò omnes concludunt, quod quicumque aliquo modo cooperatur Iudici procedenti in causa sanguinis, facto, præcepto, ope, auxilio, secuto effectu, efficitur irregularis, *Nauar. cap. 27. nu. 207.* quare sicut dictans, aut legens sententiam, aut quid simile faciens, quia cooperator morti, efficitur irregularis, ita etiam adhibitus in testem pro validando actu sententiæ; nam illa necessariò legi, & publicari coram testibus debet, & hic non minus videtur cooperari iudici; & ita fuit decisum in Rota Romana, in vna Iacensis Vicariæ 15. Iunij, coram Illustrissimo Plata. Idem dicit *Maiolus de irregular. lib. 2. cap. 8. num. 4.* quamuis nihil alleget, sed benè loquutus fuit, & ex hoc infertur, quod testes præsentes publicationi sententiæ mortis non sunt irregulares, nisi in ea scribi se patiantur.

13 Item notandum circa numerum 5. grauamen propinquorum adeò afficere clericos, quod statutum dicitur contra libertatem Ecclesiæ, non solùm si respiciat personas clericorum, sed etiam si tantum personas propinquorum, intuitu tamen clericorum. Ita *Decius in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num. 179. de Const. per notata per Angelum in leg. 1. ff. vt in ius vocatus eat*; vbi dicit, quod statutum grauans consanguineos clericorum, eorum intuitu est contra libertatem Ecclesiæ, quia clerici efficiuntur timidiores. Facit *textus in cap. sciant cuncti, de elect. in sexto, & in capit. quicumque, de sententia excommunicationis, in sexto*, excommunican-

tur

tur offendentes, vel grauantes consanguineos Episcoporum propter censuras ab illis prolatas in laicos. Idem dicit *Bald. in leg. final. C. de indic. vidui. tollen.* de statuto mandante consanguineos clericorum in pœnam incidere, si clerici ipsi declinauerint iurisdictionem laicorum; & dicit *Crotus in leg. omnes populi, ff. de legibus, num. 94.* quod statutum imponens pœnam consanguineis clericorum propter clericorum inobedientiam, non valet; & dicit *Rota decis. 7. de renunciat. in nou.* quod renunciatio beneficij facta propter liberationem fratris à carceribus, existentis in periculo vitæ, non valet, etiam cum iuramento, quia contumelia illata fratri meo, mihi infertur, *l. 3. ff. de liberali causa.*

14 Notandum præterea circa numerum decimum, vbi dicitur, posse Episcopum permittere exhumari corpus interfecti, pro capienda informatione delicti in genere, cum non sit causa proxima, infertur etiam, non incurrere irregularitatem Episcopos, vel Sacristas, qui nihil dicentes, vel agentes, sed laicorum arbitrio remittentes tolerant, quod laici pulsent campanas Ecclesiæ ad conuocandas gentes pro capiendis bannitis, & alijs malefactoribus Rempublicam infestantibus: cum campana non solum sit signum horarum, sed etiam sit signum exeundi ad bellum, extinguendi ignem, congregandi capitulum, intrandi lectum, conuocandi parlamentum populi, gaudij, gratiarum actionis pro obtenta victoria, processionis in aduentu Episcopi, vel corporis Christi, salutationis Angelicæ, & aliarum rerum, &c. vt notab. dicit *Abb. in cap. 1. de officio Custodis*: sed an pos-
15 sit Episcopus permittere, quod turris Ecclesiæ, vel campanile, vel Ecclesia fortificetur, & incastelletur à laicis pro sustentatione status publici, vt defendantur Christiani boni à malis, *Ostiens. Innoc. & Abb. in cap. cum Ecclesia, de immunitat. Ecclesiæ*, dicunt, quod sic, & ibi *Abbas* testatur de communi. Idem *Bald. in l. 2. C. de summ. Trin. & fid. Cathol.* dicit tamen *Ostiens. in summa de immunit. Ecclesiæ, §. in quantum*; quod hoc fieri debet auctoritate Episcopi, tempore necessitatis, & ad tempus, ita tamen, quod cessante necessitate cesset incastellatio.

Sed an clerici possint sumere arma contra bannitos pro defensione reipublicæ, resolutio pen-
16 der ab illa quæstione, An clericis liceat pugnare proprijs manibus, interficere, & mutilare. Respondetur, quod vltra causam propriæ defensionis possunt pro defensione Reipublicæ, patriæ, aut ciuitatis, si illis pugnantibus conseruabitur, & non pugnantibus destruetur, aut capietur. Item si in naui vita clerici vna cum aliorum vita periclitetur, nisi ipse pugnet, quamuis dubia sit victoria, licitè potest pugnare, quia pro defensione propria.

Item Clericus ad defendendam vitam innocentis, posset nocentem interficere, si id omninò necessarium esset, & tenetur sine suo notabili periculo.

Item tenerentur Clerici pugnare, quando id esset necessarium ad consequutionem iustæ victoriæ, à qua pax, & bonum commune Ecclesiæ pendet; ita quod nisi clerici pugnarent, vel non obtineretur, vel periclitaretur valdè, illis verò pugnantibus obtineretur; tunc enim iure etiam naturali tenentur pugnare; & etiam iure naturæ tenentur pugnare in casu supradicto pro defensione Reipublicæ. Ita notabiliter tradit *Caiet. secunda secundæ q. 40. art. 2.* sequitur *Molina de iustitia, & iure tract. 2. disp. 108.* qui testatur de communi opinione: & in omnibus casibus prædictis, in quibus Clerici iure naturæ sub lethali culpa tenentur pugnare, non incurrere irregularitatem, censeo vna cum *Molina disp. 109.* quoniam si necessitas defendendi corpus excusat ab irregularitate, *Clem. si furiosi, de homicidio*; multò magis necessitas salutis animæ, cum sub peccato lethali teneantur, quidquid alij dicant *in dicta Clem.* quando pugnant pro defensione aliorum: nec Clementina excludit defensionem sub necessitate peccati; & ex supradictis sequitur, quod si patria sit obsessa à bannitis, qui intendunt innocentes interficere, possunt Clerici, si laicorum vires non sufficiunt, pugnare contra bannitos absque peccato, & absque irregularitate, aliàs sine causa non possent clerici proprijs manibus pugnare, sed tantùm exhortari ad bellum iustum, & excitare milites ad victoriam, & pugnam in genere; modo in particulari non dicant, interfice, aut mutila, sed fortiter age, ne succumbas, vel pugna strenuè pro fide, vel pro Ecclesia. *Diuus Thomas secunda secundæ quæst. 40. artic. 2. ad tertium, cap. igitur, cum sequentibus, 23. q. 8.* requiritur tamen consensus Papæ, quoad Prælatos, & Episcopi, quoad Clericos, vt possint Prælati, vel Clerici interesse bello. *Diuus Thomas dict. art. 2. cap. reprehendenda, capit. quo casu, 23. q. 8.* Sed *Molina loco citato*, censet sufficere consensum præsumptum, quando bellum esset aduersus Ecclesiam, & fidei hostes, & respondet ad dictos duos canones, vt procedant, quando præsumptio erat voluntatis Pontificis in contrarium: illi enim vocati erant à Summo Pontifice, neque venire voluerunt, vt ad bellum proficiscerentur, & procedunt etiam, quando eorum præsentia necessaria non erat bono communi Ecclesiæ, quin potius decebat eos non interesse. *Nauar. latè capit. 27. numer. 211. cum sequenti, Molina loco citato*, qui pulchrè respondet ad *dict. Clement. si furiosi.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici contra laicos deponere an possunt, limita pluribus modis.*
2 *Et an super delicto in genere.*
3 *An ad repulsam, & an super negatiua.*
4 *An licentia Episcopi sit necessaria in casibus permissis.*
5 *Et quando non requiratur licentia.*
6 *Clerici an possint cogi deponere, in iudicio sæculari, & quando.*
7 *Licentia quomodo concedenda clericis, vt deponant coram Iudice laico.*

De

De clericis deponentibus in iudicio sæculari. Cap. XLIII.

1 SÆpè in Curia Archiepiscopali petitur licentia examinandi clericos in iudicio sæculari; propterea sciendum, regulam esse, clericos contra laicos non esse in testes recipiendos, *cap. testimonium*, 11. *q.* 1. *vbi Archid. & alij*. Declara primò, in ciuilibus. *Archid. in cap. testimonium*. Declara secundò, in causis criminalibus ad defensionem; nisi veniret imponenda pœna talionis. *Felin. in cap. de cætero, de testibus*, aut in crimine Ecclesiastico coram Ecclesiastico. Declara tertiò, vt possit etiam in crimine contra laicum in iudicio sæculari, vbi non venit imponenda pœna sanguinis, sed agitur ciuiliter, vel ad pœnam carcerationis, & similes. *Archid. in dict. cap. testimonium, Abbas, & Feliu. in dict. cap. de cætero*; in defectum tamen aliorum, *vt ibi dicit Abbas*. Sed fuit dubitatum in Curia Archiepisc. an possit concedi licentia clerico deponendi in iudicio sæculari contra laicum, quando venit imponenda pœna sanguinis, super delicto in genere tantum, cùm veritas per alios haberi non pos-
2 set. Videbatur quòd sic, ex notatis per *Ferdin. Garsiam in cons. crim. diuers.* 122. vbi dicit, posse clericum examinari contra laicum super aliquo actu, remoto à maleficio, licet ex eo maleficium inferatur; quia attendi debet, quod principaliter agitur, non quòd in consequentiam, *leg. si quis nec causam, ff. si certum petatur*; & ponit exemplum in clerico testificante super recognitione hominis. Faciunt adducta per nos in præcedenti cap. & delictum in genere videtur causa remota, non proxima. Contrarium fuit resolutum per Curiam, & fuit denegata licentia, cum in Curia sæculari procederetur criminaliter contra quendam furem, & aderant plura indicia, solùm desiderabatur probatio delicti in genere; ex quibus videbatur clericum esse causam propinquam, & non remotam mortis. Et contra *Garsiam* tenet etiam *Prosper. Farinac. de te-*
3 *stibus, q.* 61. *num.* 73. Aliud est dubium, an possit clericus testificari in iudicio sæculari ad repulsam, *Carauita super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ* 144. *& Farinac. vbi suprà distinguunt*, quòd, aut repulsa concernit infamiam testium, & non debet deponere. Facit *cap.* 1. *cum sequen.* 5. *q.* 1. aut non concernit infamiam, nempè, si probetur, quòd testes sunt consanguinei, vel amici accusatoris; aut inimici inquisiti; & tunc
4 secus. In omnibus verò casibus, in quibus clerici possunt deponere coram Iudice laico, requiritur licentia Episcopi. *Archid. in c. quamquam*, 14. *quæst.* 2. non tamen requiritur ex consuetudine, quando clerici assumuntur in testes in instrumentis, & quibuscumque contractibus. *Farinac. vbi suprà latè*. Nec obstat text. *in capit. super prudentia*, 14. *quæst.* 2. siquidem procedit potius de honestate, quàm de necessitate, vt dicit *Felin. in dict. capit. cum nuncius*, *Carauit. vbi suprà*. Si verò clericus deponeret coram laico sine licentia Episcopi,

valeret eius testimonium, *Abb. in dict. cap. cum nuncius, & ibi Aret. &*
5 *Felin.* qui limitat in regulari, cum non habeat velle, nec nolle, nec etiam requiritur licentia tempore pestis; vel quando examinaretur idem superior, vel Prælatus, qui alijs concedit licentiam examinandi; aut si clericus insimul cum suo superiore examinaretur; quos casus congerit *Farinac. vbi suprà, num.* 85. neque in Curia Archiepiscopali conceditur licentia deponendi clerico super negatiua, propter suspicionem falsitatis, *Abb. in capit. cum Ecclesia Sutrina, de causa possession. & propriet. Boss. de defension. reor. numer.* 34. *Clar. in* §. *falsum, num.* 9. si tamen esset coarctata loco, & tempore, cessat suspicio falsi. *Abb. vbi suprà*; & clericus, tàm in causa criminali, quàm in causa ciuili non potest cogi deponere in iudicio sæculari, nisi in defectum
6 probationum. *Prapos. in dict. cap. testimonium*; modus autem concedendi licentiam in Curia Archiepisc.
7 talis est. Conceditur licentia tali clerico deponendi in Curia sæculari in tali causa; dummodo non deponat super articulis continentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulsam. Aliquando Vicarij voluerunt videre articulos originales, & in calce eorum concedere licentiam, designando propria manu articulos, super quibus clericus deponere habet, & iste modus est melior, & tutior, conuenit enim magis ordinario, quàm Iudici laico videre, super quo habet deponere clericus, & poterit melius Vicarius considerare supradicta, quæ non possunt sic benè exprimi in prædicta licentia tàm generali.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus censuris compellit Iudicem laicum, ad præstandum sibi brachium.*

2 *Iudex laicus tenetur præstare brachium Ecclesiastico, non viso processu, nec cognito de iustitia causæ; nisi in aliquibus casibus.*

3 *Iudex laicus nunquam potest cognoscere de iustitia causæ sententiæ Iudicis Ecclesiastici, quando ab eo solum petitur familia, & in causis sanctæ fidei.*

## De imploratione brachij sæcularis. Cap. XLIV.

1 Clarum est, quòd Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus, possunt compellere Iudicem laicum ad præstandum sibi brachium, *c. 1. vbi omnes, de officio ordin. Abb. Decius in c. significasti, de offic. deleg. Nauar. in c. cum contingat, de rescript. remed.* 1. & dicit *Innoc. in d. cap.* 1. quòd Iudex laicus, cuius brachium imploratur, non potest cognoscere de iustitia causæ, vel sententiæ Iudicis Ecclesiastici, & videre processum: cuius opinio communis est, quam limitant Doctores, nisi Iudex laicus vellet videre processum ad finem se informandi, vt referat Iudici Ecclesiastico, qui sententiam protulit, vel in delictis mixti fori, vel quando imploratur brachium in extraiudicialibus, vel quando notoriè appareret, sententiam esse iniu-

iniustam; ita *Anton. Imola, Abbas, Alciatus, & alij in dict. cap. 1.* Vnum tamen est menti tenendum, quòd quando Episcopus petit à Iudice sæculari solum, vt sibi accommodet familiam, pro executione suæ sententiæ, tunc, cum Iudex sæcularis non dicatur exequutor, sed solum accōmodet familiam, non potest cognoscere de viribus sententiæ Episcopi. Ita notabiliter *Alciat. in d. cap. 1. num. 120. Suarez in praxi 2. tom. in procemio, num. 9. Ignatius ad praxim Diaz cap. 154.* & pariter in causis sanctæ fidei nunquam sæcularis, cuius brachium imploratur, potest cognoscere de iustitia causæ, vt dicunt *Abbas, Anton. & Imola in d. cap. 1.* & adest bulla Bonifacij Octaui, quæ incipit, *Dilectus filius*, posita in fine Directorij Inquisitorum, & aliæ bullæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Fiscus de iure communi appellat.*
2 *Fiscus appellat in Curiá Arch. Neap.*

De fisco, si appellet. Cap. XLV.

1 De iure communi fiscus appellat, *cap. cum clamor, vbi Innoc. Abb. & alij de testib. Grammatic. decis. 14. Carauit. super ritu 147. Domin. de Franch. decis. 270. Baiardus in addit. ad Clarum super quæst. 94. num. 24. Gabriel conclus. 14. lib. 7. tit. de maleficijs;* & ita fuit pluries seruatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, siquidem, quando aliquis fuit condemnatus per Curiam Archiepiscopalem, & appellauit ad Papam, & Iudex appellationis reuocauit sententiam Curiæ Archiepiscopalis, Fiscus fuit solitus appellare, &
2 impetrauit de nouo appellationem committi ad eius instantiam. Et nouissimè anno 1620. cum quædam mulier carcerata, pro falsa depositione facta in dispensatione matrimoniali, condemnata per Curiam Archiepiscopalem ad fustigationem, appellasset ad Papam, & delegatus reuocasset sententiam, Fiscus Curiæ Archiep. de nouo appellauit, & post longam disputationem in Vrbe habitam, ad eius instantiam fuit commissa causa appellationis Reuerendiss. Nuncio Neap. qui sententiam protulit.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus in minoribus non cogitur deferre habitum, & tonsuram, nisi in duobus casibus.*
2 *Clericus in minoribus constitutus, potest puniri, si non defert habitum clericalem decentem.*
3 *Peregrini clerici benignè tractandi.*
4 *Clerici itinerantes longo itinere possunt mutare habitum, laxare comam, intrare tabernas.*
5 *Episcopi, & Presbyteri itinerātes sunt inuitandi ad prædicandum verbum Dei, & conseruandam oblationem.*
6 *Peregrinantes clerici ad Papam non possunt excommunicari, nec contra eos aliquid innouari debet.*

De constituto in minoribus, quando teneatur deferre habitum. Cap. XLVI.

1 Fvit dictū in Curia Arch. Neap. non posse carcerari clericum, con-

constitutum in minoribus, qui sine licentia ipsius Curiæ dimisit habitum clericalem, & incedit in habitu laicali, siquidem de iure communi, clericus in minoribus constitutus non cogitur deferre habitum clericalem, *cap. final. de cleric. coniug.* nisi causatiuè, quatenus velit gaudere priuilegio clericali, vt ibi dicunt *Anton. Abb. & alij;* vel si sit beneficiatus, per *cap. Ioannes, de cler. coniug.* & hoc casu potest etiam declarari priuatus beneficio, iuxta bullam Sixti V. Benè verum est, quòd si constitutus in minoribus vult deferre habitum clericalem,
2 tenetur deferre decentem, aliàs potest puniri, quia deferre indecentem redundat in dedecus totius ordinis clericalis. Probatur clarè *in Clem. 2. de vita, & honest. clericorum,* & ibi hoc notant *Imola, Anchar. Card. Bonifacius;*

Annotandum, ad officium Prælati pertinere, vt Clerici, siue in Ci-
3 uitate degentes, siue in itinere ambulantes, vestibus clericalibus decentibus vtantur, *cap. nullus, & per totum, 21. quæst. 4.* & dicitur *in cap. Episcopi, dicta causa,* quod sicut mulier orans in Ecclesia non velato capite, deturpat caput suum, iuxta Apostoli vocem, ita Sacerdos sine operimento, deturpat sacerdotium suum: verùm cum clericis peregrinis debet mitius agi, quandoquidem possunt habitum mutare in longo itinere, *dict. cap. Episcopi, ibi,*
4 longo itinere ambulauerint: & possunt etiam comam amplius solito laxare, vt dicit *Glos. in cap. si quis ex Clericis, de vita, & honestate clericorum,* referens, quod, cum quidam reprehenderetur à Papa, quia non deferebat tonsuram, & comam laxauerat, respondit his versibus. *Tutius vt peterem laici sub imagine Romam: Fas fuit, vt sinerem luxuriare comam,* & ratione itineris possunt clerici intrare tabernas, *cap. clerici, distinct. 44.* quinimmo
5 Episcopi, & presbyteri itinerantes debent honorari, & in suo gradu suscipi, & tàm ad verbum Dei prædicandum, quàm ad consecrandam oblationem inuitari, *cap. Episcopi, vel presbyteri, 7. quæst. 1.* intellige tamen de presbyteris notis, vel habentibus litteras dimissoriales. Debent igitur Clerici peregrini benignè tractari, iuxta Deuteron. 10. *Amate peregrinos;* & coerceri cursores infestantes clericos peregri-
6 nos. Eos etiam Papa protegit: nam excommunicari non possunt, dum Papam adeunt, nec contra eos aliquid innouari debet, *cap. 1. de cleric. peregr.*

*SVMMARIVM.*

1 *Birroarij non probant plenè, praterquam in leuibus.*

2 *Cursores Curiæ Archiepiscopal. Neapolit. quam fidem faciant in suis depositionibus.*

## De cursoribus Curiæ Archiepiscopalis, quam fidem faciant. Cap. XLVII.

1 DOctores concludunt, Birroarios, tanquam personas vilissimas non probare, præterquam in leuibus. *Bald. in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo, & in l. etiam, & ibi*

*& ibi Salicet. C. de testib. Augustus, Berous latè quæst. 84. Clarus in §. fin. quæst. 7. num. 3. latissimè Farinac. de testib. quæst. 56 num. 371.* In Curia ve-
2 rò Archiep. Neapol. quia cursores sunt clerici, cessat illa vilitas, & admittuntur ad faciendam plenam probationem, etiam in causis grauibus Sanctæ fidei, nempe si deponant penes talem personam inuenisse libros hæreticorum, aut necromanticorum, & quod familiares Episcopi sunt idonei testes, dicit *Bald. in d. l. etiam.* Idem tenet *Iosephus in decis. Lucens. 1.* in Barisellis habentibus annexam iurisdictionem, in quibus cessat illa vilitas: est tamen habenda ratio cursorum, quorum aliqui sunt adeo maligni, vt eis credendum non sit.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium acquiritur momento temporis.*

2 *Clerici exteri, quomodo declarentur ciues Neapol. per Curiam Archiep.*

3 *Ordinari an possit quis sine dimissorijs, ab Episcopo loci, in quo habet beneficium simplex, non requirens residentiam.*

4 *Ordinari an possit quis in loco originis paternæ sine dimissorijs.*

5 *Clerici alterius diœcesis noti, possunt recipi ad ordines exercendos.*

6 *Clericis exteris an possint prohiberi ingressus, vel habitatio in aliena diœcesi, si nolunt exercere ordines.*

7 *Clerici dicuntur membra honorabiliora populi.*

8 *Clerici in materia priuilegiatiua veniunt appellatione populi, non in odiosa.*

9 *Episcopus, & Vicarius veniunt appellatione officialium populi.*

10 *Curia Episcopalis venit appellatione Curia ciuitatis.*

11 *Ciuis originarius, qui deserto loco originis alio transtulit domicilium, an gaudeat honoribus ciuium loci originis.*

12 *Beneficium, quod confertur originarijs, an possit conferri clerico dicti loci, si fuit conceptus, & natus, postquam eius pater alio se transtulit ad habitandum deserto loco originis.*

13 *Episcopus originis potest concedere dimissorias clerico, qui alio transtulit domicilium.*

## De domicilio clericorum, & quomodo declarentur ciues Neapolitani. Cap. XLVIII.

1 Doctorum conclusio est, quòd si quis transferat se ad habitandum in aliquo loco, & declaret expressè, se habere animum constituendi ibi domicilium, statim illud acquirit absque aliqua temporis expectatione. Ita *Ant. de Butr. in cap. ad Apostolica, de decimis. Abb. in cap. fin. de Parochijs. Franch. in cap. cum nullus, de tempor. ordin. in 6. Felin. in cap. dilectus filius, el 2. de rescriptis.* Quando verò non declarat animum, recurritur ad coniecturas, nempe, si habitauit per decennium; iuxta *leg. ciues, C. de incolis, lib. 10.* vel, si transfert se ad habitandum in aliquo loco cum omnibus bonis suis, vt pulchrè per *Abbat. & Felin. in di-*
2 *ctis locis.* Seruatur autem in Curia Archiepiscopali, quod clerici exteri, qui cum dimissorijs suorum ordinatiorum in ciuitate Neapolitana moran-

morantur, quamuis declarent, se habere animum constituendi ibi domicilium, & per longum tempus in ea habitauerint, non admittuntur ad ciuilitatẽ Neapolitanam nisi capta informatione, quod in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiu Neapoli habitauerint, quod præsumptio sit, amplius non habere animum redeundi ad patriam; & postea, mediante decreto, declarantur ciues Neapolitani; & nisi prædicta fiant, non habentur pro talibus, nec conferuntur eis ordines sine dimissorijs suorum Episcoporum, nec etiam permittuntur celebrare Missas in Ciuitate, & diœcesi. Causa huius antiquæ obseruantiæ fuit, quòd multi clerici delinquentes, condemnati à suis Episcopis, se conferunt ad hanc Ciuitatem, & non valentes amplius obtinere dimissorias à suis Episcopis pro exercendis ordinibus susceptis, vel pro suscipiendis, de facili declarant, se habere animum habitandi in ea: & nisi ita fieret, Ciuitas Neapolitana abundaret discolis clericis, ad notata *in cap. fin. de consuet.* Verum posset talis esse qualitas personæ, quod non obstante hac obseruantia, deberet statim
3 admitti ad ciuilitatem. Ex eadem ratione Neapoli non ordinantur sine dimissorijs exteri, ratione beneficij simplicis, non requirentis residentiam, in ea obtenti; quamuis *Ioannes Andreas, Dominicus, & Franchus in cap. cum nullus, de tempor. ordinationum, in 6.* dicant, id fieri posse: cui obseruantiæ adstipulatur Concil. Tridenr. *cap. 21. sess. 23. de reformat.* dum concedit Episcopo, quòd possit ordinare non subditum suum familiarem triennalem sine dimissorijs, dummodo illi statim Ecclesiasticum beneficium conferat; si enim beneficium solum sufficeret, frustra requireretur seruitium, nisi dicas, quòd ex Concilio potest prius ordinari, & postea ei conferri beneficium, quidquid sit, talis est obseruantia Curiæ, & ra-
4 tionabilis. Pariter Curia Neapolitana non ordinat sine dimissorijs alibi natos, ratione originis paternæ, ex dictis per *Ioannem Andream, & Franch. in dict. cap. cum nullus*, qui ante factum non consulunt, & post factum laudant.

Notandum, quòd clericus vnius diœcesis non debet recipi in alia
5 diœcesi sine litteris commendatitijs proprij Episcopi ad ordines exercendos, sed tanquam laicus, si non vult exercere ordines, potest recipi, *cap. fraternitati, vbi Abbas de clericis non resid.* dicit tamen *Innocent. in cap. cum iamdudum, de praebend.* quod istæ litteræ commendatitiæ requiruntur pro ignotis; ij autem, qui sunt benè noti, siue sint clerici, siue laici, possunt absque huiusmodi litteris recipi. Sequitur *Abbas, in dict. cap. fraternitati*, dicens, quod clericus sæcularis, vel laicus, non sunt ita subiecti proprio Episcopo, quo minus possint domicilium transferre, & acceptare alibi beneficium, sine licentiá
6 Prælati. Sed an Episcopus sine causa possit expellere alienum clericum commorantem in eius diœcesi, sine litteris sui Episcopi, qui non vult exercere ordines, sed tanquam aduena ibi commorari, vel possit

possit ei prohibere ingressum in eius diœcesim ? & videtur dicendum quod sic, quoad ingressum, ex *Andrea de Isernia*, & *Afflicto in cap.1. de forma fidelitatis*, vbi dicunt, quod Princeps potest prohibere exteris ingressum in eius regnum, licet postquam fuerint ingressi, non possit expellere illos sine causa; nihilominus contrarium est dicendum, vt sine causa non possit etiam denegare aditum ad eius diœcesim: & hæc est verior opinio, quæ probatur. Primò, ex iure gentium, quod est ius naturale, vel deriuatur à iure naturali: quod enim naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id vocatur ius gentium, *institut. de iure naturali, gentium, & ciuili*: sed apud omnes nationes habetur inhumanum, sine aliqua speciali causa hospites, & peregrinos non recipere, è contrario autem humanum, & officiosum, benè se habere erga peregrinos, nisi malè facerent. Secundò, à principio orbis, cùm omnia essent communia, licebat vnicuique in quam vellet regionem ire, & peregrinari, nec videtur hoc demptum per rerum diuisionem, nunquam enim fuit intentio gentium per illam diuisionem tollere hominum ad inuicem communicationem: & certè temporibus Noe fuisset inhumanum. Tertiò, pars belli est prohibere aliquos tanquam hostes à ciuitate, vel prouincia, ergo id non licet cum non hostibus. Quartò, *omne animal diligit sibi simile, Ecclesiast.17.* ergo videtur, quod amicitia inter homines sit de iure naturali, & contra naturam est vitare consortium hominum innoxiorum. Quintò, *Matthæi 25. hospes eram, & collegistis me*. Sextò, *quilibet tenetur diligere proximum, sicut seipsum, Matth.22.* ergo non licet illum prohibere à patria sine causa. Septimò, de iure naturali communia sunt omnium, aqua profluens, via, portus, atque naues iure gentium vndecumque licet applicare, *instit. de rer. diuisione*: ergo pariter videtur contra ius gentium, & naturale, prohibere alios innoxios à regionibus sine causa, & pariter non possunt prohiberi exteri exercere mercimonia, & negotiationes apud alios sine damno aliorum: quia hoc etiam videtur ius gentium, vt sine detrimento ciuium peregrini mercimonia exerceant, & hanc veritatem his, & pluribus alijs rationibus probat *Franciscus Victoria de Indis, relectione quinta*.

7 Adnotandum, quod Clerici dicuntur ciues: immo membra populi honorabiliora, *iuxta cap. duo sunt genera, 12. quæst.1. cap. solitæ, de maior. & obed. & cap. duo sunt, 96. distinct. Boerius de auctoritate magni Consilij, num.13. Bald. consil. 243. lib.3.* & ciues loci, licet efficiantur

8 clerici, non desinunt esse ciues, vt prius, & dicuntur ciues priuilegiati, quia quoad onera subeunda sunt exempti. *Alexander consil.41. lib.7.* vbi dicit, quod gaudent beneficio statutorum in fauorem ciuium. Idem dicit *Abbas in cap.1. de vita, & honestate clericorum*, quod in materia priuilegiata clerici dicuntur de populo, sed in materia odiosa secus, *per text. cum Gloss. in cap.*

*in cap. ſi ſententia, de ſentent. excommunicationis, in ſexto*, cuius opinio eſt communiter recepta, vt teſtatur Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. num. 69. verſic. tertio quæro non abs re*, & quamuis regula ſit, quod non ſubeuntes munera non gaudeant beneficio ſtatuti; non procedit in clericis loci, qui licet non ſubeant munera ſæcularia, ſubeunt ſpiritualia, orantes pro populo, & communicantes ſpiritualia, & dicit *Petrus de*

9 *Ancharan. conſil. 33.* quod appellatione officialium populi venit Epiſcopus, & Vicarius, & dicit *Bald. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſtitia, & iure*, quod appellatione Curiæ Ciuitatis, venit etiam Curia Epiſco-

10 palis, & quod ſtante ſtatuto, quod nemo trahat aliquem Peruſinum extra curiam Peruſinam, non prohibetur trahi ad curiam Epiſcopalem Peruſinam, quia illa etiam dicitur Curia Peruſina. *Felin. multa dicit loco cit.*

11 Sed quæritur, an Clericus originarius, qui deſerto loco originis habet domicilium extra locum originis, maximè quando ſui anteceſſores ſemper habuerunt domicilium extra locum, in quo eſt natus, gaudeat priuilegio Ciuium loci originis; & ex hoc dubio ſequitur quæſtio, an Epiſcopus originis poſſit concedere dimiſſorias ad ordines clerico, vel laico, qui derelicto loco originis alio tranſtulit domicilium. Illa eſt ardua quæſtio, nam licet ſemper dici ſoleat, quod ciuilitas originis eſt immutabilis, quia eſt naturalis, vt *in l. aſſumptio, l. fin. §. pen. ff. ad municip. & l. originis. C. de municip. & origin. lib. 1.* nihilominus *Gloſ. in dict. l. aſſumptio, §. filius, in verbo domicilium*, dicit, quod natus in Ciuitate ſubit munera ratione originis, niſi habeat alibi domicilium, tunc nihil ſubit oneris, vel honoris, & hanc opinionem pluribus comprobat *Afflict. in deciſ. 384.*

Et ex dictis per *Afflictum, & alijs tenuit Rota Romana, deciſ. 14. de probationibus, Cæſaris de Graſſis*, conce-

12 ptum & natura, poſtquam eius pater, deſerta prouincia, & loco originis, domicilium alio tranſtulit, non poſſe dici originarium, vel naturalem loci iam prius deſerti à patre, ſed quòd patris domicilium ſequitur, & proinde non eſſe admittendum ad beneficium loci deſerti à patre, quod originarijs, & naturalibus confertur. *Vrſillus ſuper dict. deciſ. Afflict.* affert Doctores tenentes contrarium, poſtea concordat cum *Afflicto*, vt originaria ſint immutabilia, niſi quis deſeruiret domicilium, nihilominus in materia ordinum, vel dimiſſorialium ad ordines, dicendum, quod poſſunt concedi ab Epiſcopo originis, etiam quod aliò fuerit tranſlatum domicilium, ex *text. in d. cap. cum nullus, de temporib. ordinat.* qui disiunctiuè loquitur ibi, oriundus, ſeu in cuius diœceſi beneficium obtinet Eccleſiaſticum, ſeu habet domicilium, licet alibi natus fuerit, ex quo *text.* clarè patet, quod ſi domicilium eſſet neceſſarium in loco originis, non potuiſſet disiunctiuam, & ex illo textu quoad clericos, poteſt ſumi regula generalis, vt non ſolum quoad ordines,

13 dines, sed etiam quoad alia clericus retineat originem, etiam quod alio transtulerit domicilium.

SVMMARIVM.

1 *Curator non interuenit, quando minor torquetur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, nec etiam quando examinatur.*

De Curatore, an debeat interesse, quando clericus minor torquetur. Cap. XLIX.

1 IN Curia Archiepiscopali Neapolitana seruatur ius commune, quòd datur curator minoribus 25. annis: non decem, & octo, secundum constitutionem Regni. Sed fuit dubitatum, an curator debeat interuenire, quando minor torquetur, *Doctores in l. clarum, C. de auctoritate præstanda*, diuersimodè loquuntur, quos refert *Afflict. decis.* 208. & fuit dictum in Curia Archiepiscopali Neapolitana esse receptam opinionem *Saliceti in d. l. clarum*, quòd non interuenit curator, quando minor torquetur, cum tortura inferatur ad indagandum veritatem, non ad solemnizandum iudicium. Idem in alijs interrogationibus, quæ fiunt ad eruendam veritatem, & ita passim seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati, tentantes frangere carceres, non secuta fuga, puniuntur arbitrio Iudicis.*

2 *Carcerati, qui tentauerunt frangere carceres Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, non secuta fuga, quomodo fuerunt puniti.*

De carceratis tentantibus frangere carceres. Cap. L.

1 ANno 1601. mense Ianuarij, tres laici carcerati, in Curia Archiepiscopali Neapolitana, tentauerũt fugere è carceribus, & cum lima secuerunt ferè integrum ferrum cancelli carcerum; sed à carcerarijs præuenti, non potuerunt aufugere: deinde omnes confessi fuerunt tẽtatam fracturam carcerum, & fugam. Fuit dubitatum, qua pœna essent puniendi, & fuit dictum, hunc esse casum, *l. in eos, ff. de custodia reorum*, quæ loquitur, quando fractura esset tentata, sed non secuta fuga, iuxta verum intellectum *Alberici, in d. l. eos, Boerius decis.* 215. *Bossius de carceribus, num.* 50. & est magis communis opinio, de qua testatur *Farinac. de carcerib. & carcera-*
2 *tis, quæst.* 30. *num.* 20. Fuit etiam dictum, veriorem opinionem Doctorum esse, quòd pœna tentantis frangere carceres, non secuta fuga, sit arbitraria, quam tenent *Albericus, & Boerius, vbi supra, Antonius Gomesius variarum resolut. tomo 3. cap. 9. de captura reorum, num.* 11. *Follerius in praxi criminali, vers. & si confitebuntur, num.* 49. *Farinac. latissimè vbi supra, num.* 8 9. & 25. & sic per Curiam Archiepiscopalem fuerunt dicti carcerati pro sola tentata, & non perfecta fractura carcerum, condemnati ad remigandum per decennium in triremibus, vltra pœnam delicti, pro quo prius detinebantur carcerati.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Episcopi an possit reconciliare publicè pœnitentes.*

De Vicario Episcopi; an possit reconciliare publicè pœnitentes. Cap. LI.

1 FVit dubitatum in Curia Neapolitana, an Vicarius non Episcopus possit reconciliare publicè pœnitentes: & fuit dictum posse, de speciali mandato Episcopi, *ex cap. Aurelius, 26. quæst. 6. & Glos. in cap. 1. eadem caus. & quæst. Iacobus Sbrottius de officio Vicarij lib. 2. quæst. 18.* & ita seruatur in nostra Curia, quòd Vicarius, cui solent demandari omnes casus, requirentes speciale mandatum, reconciliat publicè pœnitentes, qui abnegauerunt Fidem Catholicam, & alios publicè pœnitentes.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienans res Ecclesiæ, saluo assensu Papæ, cum clausula*, non aliter, nec alio modo, *& ante interpretatum assensum tradens possessionem, an incurrat in censuras, & pœnas, contentas* in extrauaganti, ambitiosæ, Pauli Secundi, de rebus Ecclesiæ non alienandis.

2 *Notarius requisitus tenetur conficere instrumentum, aliàs potest puniri.*

3 *Notarius requisitus, vt conficiat instrumentum alienationis rerum Ecclesiæ, cum clausula,* saluo assensu Papæ, *an possit denegare confectionem instrumenti.*

De alienante bona Ecclesiæ, saluo assensu Papæ, & ante assensum tradente possessionem. Cap. LII.

ANno 1599. fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali an quidam Rector Ecclesię esset excõmunicatus, & incurrisset in alias pœnas, contentas *in extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis*, ex quo alienauerat quoddam territorium dictæ Ecclesiæ, incon-
1 sulto Romano Pontifice; sed cum clausula, *reseruato assensu Papæ, nec aliter, nec alio modo*; & antequam impetratus fuisset assensus, tradiderat possessionem dicti territorij. Videbatur dicendum, quod non, propter illam clausulam, *non aliter, nec alio modo*, iuxta doctrinam *Iasonis in l. 2. C. de iure emphyteutico*, vbi voluit, quòd emphyteuta alienans irrequisito domino emphyteuticam rem, cum clausula, *saluo assensu domini*, & postea illo non requisito, tradit possessionem, cadit à iure suo; ex quo est protestatio contraria facto; sed, si addit clausulam, *non aliter, nec alio modo*, ista clausula operatur, quòd actus non valeat, & non cadat à iure suo, & hanc esse communem opinionem, dicit *Grammatic. decis. 40.* In contrarium faciebat, quòd adhuc dicta protestatio, cum clausula, *non aliter, nec alio modo*, videbatur, contraria facto, vt dicit *Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine, num. 56.* tenet Consilium Neapolitanum, vt testatur *Gramm. dict. decis. 49. D. Vincentius de Franchis decis. 267.* Re tandem delata ad

ad S. D. N. Clementem Octauum, declarauit, dictum Rectorem incurrisse in pœnas *dictæ extrauag. ambitiosæ*, & rescripsit Vicario Neap. quòd dictum Rectorem absolueret in vtroque foro à censuris, dummodo prius dictus Rector reuocaret alienationem, & reintegraret in Ecclesiam in suo statu; aut saltem faceret pro suo posse, quòd dicta Ecclesia reintegraretur, mouendo litem in iudicio; vel alia ad hunc effectum faciendo; & si prædicta facere non posset ante absolutionem, ad minus promitteret, & se obligaret, quam citius prædicta facere; & quòd dictus Vicarius cum dicto Rectore dispensaret etiam super fructibus male perceptis, & reualidaret titulum beneficij; & ita fuit rescriptum die 17. Decembris 1599.

2 Clarum est, quod Notarius requisitus, vt veniat ad conficiendum contractum, vel testamentum, debet venire, alias posset puniri; quia postquam est creatus Notarius, est effectus seruus publicus. *Bartol. in leg. 1. §. 1. ff. fur. aduersus nau. caupo. stabu. Bald. in rubrica, C. de fid. instrum.* & iudicis arbitrio punitur. *Afflict. in constit. Regni Baiulos, num. 33.* & dicit *Bald. in leg. prouidendum, C. de postulando*, quod Notarius, qui ad mandatum Iudicis non vult conficere instrumenta, vel

3 non vult esse rogatus, potest priuari officio notariatus. Sed quæritur, quid si Notarius rogetur, vt conficiat instrumentum alienationis rei Ecclesiæ, & dicat nolo interuenire, quia sum prohibitus sub pœna scribere talem contractum, vt *leg. iubemus, §. in tabellionibus, C. de Sacros. Eccles.* dicit altera pars, veni ad contrahendum, quia faciemus contractum prædictum conditionalem, si Papa consenserit, nec aliter, nec alio modo, an teneatur Notarius facere dictum instrumentum? *Afflict.* format hanc quæstionem *in dict. constit. Baiulos, num. 34.* & respondet negatiuè, quod non teneatur Notarius: quia quod non potest fieri sine auctoritate Principis censetur impossibile, *leg. idem Iulianus, §. constat, ff. de leg. 1. l. 2. §. tractari, ff. ad Trebell.* & licet dici soleat, quod non censetur impossibile, quando verisimile est, Principem concessurum, vt quia concedere solet, vt dicit *Petrus de Anchar. in Reg. Nemo potest, de reg. iur. in 6.* & pro hoc videtur *tex. in leg. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æstiua*, quem allegat *Aret. in d. §. Constat tamen*, hoc non procedit in Notario, qui habet legem expresse eum prohibentem, sub pœna expressa, quod non interueniat in contractu prohibito. Ita notabiliter *Afflict. loc. cit.* qui idem censet, quando Notarius vocatur ad conficiendum instrumentum de re feudali, & ita debent facere Notarij, & non conficere instrumenta alienationis rerum Ecclesiæ, non impetrato assensu Papæ, quia tales contractus solent esse damnosi Ecclesiæ, cum consueuerit quandoque tradi possessio, & posteà non impetratur assensus, vt dicitur in Praxi, in damnum Ecclesiæ, & animarum iacturam.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreticus reconciliatus, est inhabilis ad audiendas confessiones.*
2 *Abiurans de leui, non prohibetur audire confessiones, & exercere ordines, & alia sacramenta ministrare.*
3 *Abiurans de vehementi, numquam admittitur ad audiendas confessiones in Curia Archiepisc. Neap.*
4 *Suspectus de hæresi grauiter infamatus, debet suspendi ab officio, & beneficio, donec se purgauerit.*
5 *Suspectus de hæresi post abiurationem debet manere suspensus ab officio donec cesset scandalum.*
6. *Suspectus de hæresi, qui abiurauit de vehementi, an possit impediri, quominus capiat possessionem canonicatus in cathedrali.*

De hæretico reconciliato, non admittendo ad audiendas confessiones; & quid in suspecto de hæresi, qui abiurauit. Cap. LIII.

1 STante ordinatione Sancti Officij, quod hæreticus reconciliatus numquam admittatur ad audiendas confessiones fidelium, de qua mentionem facit Locatus in opere Iudiciali Inquisitorum in fine fuit dubitatum in Curia Archiepisc. an quidam sacerdos, qui abiurauerat hæresim de leui, esset admittendus ad audiendas confessiones fidelium; & re delata ad Sacram Congregationem generalis Inquisitionis Sancti Officij in Vrbe, fuit rescriptum die 6. Martij
2 1596. dictum sacerdotem non esse impeditum exercere omnes ordines, & sacramenta ministrare, ac fidelium etiam sæcularium confessiones audire, quamuis abiurasset de leui: qui verò abiurauerunt de
3 vehementi, numquam admittuntur in Curia Archiepiscopali ad audiendas confessiones, quidquid dicat *Nauar. in consil. 16. de hæreticis.*

Adnotandum, quod grauiter infamati, & suspecti de hæresi debent
4 suspendi ab officio, & etiam à beneficio propter criminis immanitatem, donec se purgauerint; purgatione verò recepta beneficium eis restituendum est, verum debent manere suspensi ab officio, donec
5 cesset scandalum. Ita habetur in *c. inter, de purg. canon.* Amplia, vt beneficia sint restituenda post abiurationem, etiam si fuerint tertio collata. Ita habetur in *decis. 1. de hæreticis, Achill. de Grass.* in qua fuit dictum, restituenda esse beneficia ei, qui abiurauit, ex *dict. capit. inter*; vbi *Abb. columna secunda* notat effectum purgationis purgatiuum, vt absoluatur, & restituantur beneficia, quia est tantum suspensio propter suspicionem hæresis, non priuatio propter hæresim, *iuxta capit. cum secundum, de hæret. in 6.*

6 Item fuit dictum in Rot. Rom. in vna Grandicensis Canonicatus coram Comitulo, 20. Iulij 1587. & latè probatum, non potuisse Capitulum Cathedralis denegare possessionem Canonicatus cuidam, qui ante viginti annos publicè pœnitentiatus abiurauerat de vehementi ex sententia inquisitorum hæreticæ prauitatis: nulli enim Canones inhabilitant ad beneficia illos, qui abiu-

abiurauerunt dè vehementi, & fuerunt publicè pœnitentiati, *arg. Gloss. in capit. fin. de Iurepatr.* immo cum constitutio canonica doceat suspectos vehementer de hæresi suspendendos esse vsque ad congruam purgationem, & condignam satisfactionem, infertur, ea peracta, habiles permanere; detecta enim innocentia per iuramentum, abolетur illa prior suspicio. *Simancas de catholicis instit. tit. 55. num. 3. Zanchinus de hæret. cap. 20. num. 6.* Non obstat, quod post purgationem durat infamia facti, siquidem solus Deus illam remouere potest. *Ostiens. & alij in capit. ex tuarum, de purg. canonica*, & sufficit esse sublatam, quoad illius effectus per purgationem, & emendationem. *Abbas ibidem num. 2. & in capit. testimonium;* vbi etiam *Felin. num. 12. de testibus*; non obstat, quòd publica pœnitentia inducit irregularitatem, *capit. ex pœnitentibus, cap. illud, & cap. placuit, 50. distin.* quia irregularitas contrahitur ex publica pœnitentia, quæ imponitur pro crimine, vt habetur *in d. capit. placuit*, & notat *Archid. in c. in capite, dist. 50.* sed pœnitentia non fuit imposita ob crimen, de quo se purgauit, sed ob scandalum, vt quos scandalizauerat verbo, aut facto, ædificaret publicè abiurando, & penitentias humiliter acceptando, iuxta *textum in cap. iter, de purgat. canon. vers. in pœnam*; & vt verus catholicus agnosceretur, *cap. litteras, in fine, de præsump. Rota decis. 1. num. 8. de hæret. in antiq.* Non obstat, quod speciale dicatur in crimine hæresis, vt purgatus etiam post purgationem remaneat suspensus ratione scandali, vt notat *Ostiens. Ioan. Andr. in dict. cap. inter*, & facit *cap. nihil, de præscript.* quia præterquam, quod illud ibi intelligi potest ex eo, quod ita Summus Pontifex voluit, pronunciando contra illum Decanum: Respondetur, in casu proposito cessasse omne scandalum, non modo propter purgationem, sed etiam ex lapsu tanti temporis, quo virtuosè, & catholicè vixit, prædicando, sacramenta ministrando, ex quibus omne scandalum de catholicorum mentibus deletum est, ad *textum in eod. cap. inter, c. ferrum, 50. distinct. Felin. in cap. cum deputati, in princip. de iudicijs*; quin etiam si populus adhuc non cessasset scandalizari, non videtur eius habenda ratio, *c. qui scandalizauerit, de reg. iur.* non obstat suspicio recidiui, *ad regulam, semel malus, de reg. iur. in 6.* quia regula limitatur, quando constat de emendatione per triennium. *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 7. Rolan. cons. 63. n. 12.* non obstat, quod condemnatum ex causa criminis publici comitetur infamia, *capit. infamiæ, §. porro, 3. q. 7. Specul. in tit. de testibus, §. 1.* & hæresis est crimen publicum, *capit. ius publicum, dist. 1.* & infamis non potest consequi dignitates, *cap. infamibus, de reg. iuris in sexto*; ita nec canonicatum in Cathedrali, *Bald. in Margarita, in verbo, Canonicus*, quia procedit respectu criminis declarati per sententiam, vt legitur *in dict. §. Porrò, & in leg. Athletas, §. Calumniatores, ff. de his, qui not. infam.* & non obstat ei, qui ob solam suspi-

suspicionem licet vehementem fuit pœnitentiatus, & de ea se purgauit abiurando: quin etiam dicit *Paris. conf. 2. num. 185. & 188. lib. 4. & Roland. cons. 63. num. 26.* hæreticum formalem, qui prima vice abiurauit, non effici inhabilem ad beneficia, cum retinere, & recuperare possit virtute reconciliationis Ecclesiæ etiam ex misericordia factæ, quæ opinio licet esset examinanda; tamen in eo, qui abiurauit propter suspicionem, videntur supradicta omni carere difficultate, vide *Bursatum consil. 14. lib. 1.* vbi pluribus comprobat, hæretico reuertenti omnia bona sua condonari, qui illa etiam à Fisco recuperat ex communi obseruantia, & omnes honores, & pristinas dignitates.

*SVMMARIVM.*

1 *Magazenorum vini vsus an possit permitti in Ecclesia profanata.*
2 *Histriones non debent commorari in Ecclesia profanata.*
3 *Coquina, & stabulum prohibentur in Ecclesia profanata.*
4 *Cæmenta Ecclesiæ profanatæ in quos vsus conuertenda.*
5 *Beneficiatus quando teneatur impendere omnes redditus in fabricam Ecclesiæ.*
6 *Ecclesia profanata non potest vendi sine solemnitate, requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*
7 *Rex non debet à Clericis recipi cum cruce in eius aduentu.*
8 *Euangelium non est porrigendum ad osculandum in Missa gubernatori Prouinciæ.*
9 *Aedificans de tignis, vel pecunia Ecclesiæ in proprio solo efficit, vt solum cedat ædificio fauore Ecclesiæ.*

De profanatione Ecclesiarum.
Cap. LIV.

1 FVit dictum in Curia Archiep. Neapol. quòd Ecclesia Sancti Georgij Ianuensium huiusciuitatis, profanata auctoritate Papæ, in quo erat permissus vsus magazenorum vini, non posset deseruire pro vsu histrionum, ex *Concil. Trid. cap. 7. sess. vigesima prima, de reform.* in quo prohibetur Ecclesias profanatas conuerti in vsus sordidos; qui autem dicantur sordidi, Sacra Congregatio Concilio remisit arbitrio Ordinarij; & talis videbatur vsus histrionum, cum sint personæ infames, vt in *l. 2. §. fin. ff. de his, qui notantur infamia;* eisque denegantur Sacramenta Ecclesiastica, *capit. pro dilectione, de cons. dist. 2.* vbi non erudiendorum, sed perdendorum puerorum magistri dicuntur, & donantes aliquid eis peccant, *capit. donare, 86. dist. facit textus notabilis in leg. si qua in publicis, C. de spectaculis, & scænicis, lib. 10.* vbi dicunt, quòd histriones debent expelli à locis honestis, & à locis, in quibus Imperatoris imago depicta est; tanto magis à loco, qui Ecclesia fuit, & in quo Crux Domini Nostri Iesu Christi manere debet affi-
3 xa, ex *Concil. Trid. d. cap. 7.* Pariter in Ecclesijs profanatis prohibetur fieri coquina, & stabulum, vt dicit *Glossa in cap. ligna, de consecratione distinct. 1. & in capit. quæ semel, 19. q. 3.* & ante Concilium Tridentinum,

num, neque cæmenta Eccles. poterant conuerti ad vsus priuatorum;
4 sed ad vsus alterius Ecclesiæ non sordidos, *dict. cap. ligna, & capit. quæ semel, vbi Glossa, & alij*; declarauit tamen Sacra Congregatio Concilij Tridentini, quòd, si ruinæ Ecclesiæ vendantur ad vsus non sordidos, eorum pretium in vtilitatem eiusdem Ecclesiæ sit expendendum; & Neapoli seruatur, quòd conuertuntur in fabricam altaris, quòd in alia Ecclesia, in quam beneficium transfertur, construi debet, & quòd superest venditur, & ex redditibus augentur onera Missarum. Item alias declarauit Sacra Congregatio, quòd Episcopus non debet sine causa Ecclesiam profanare; & si aliquam profanandi causam habet, earum cæmenta potius attribuenda sunt Ecclesiæ, quæ est caput capellarum profanatarum, quam alteri. Item notandum, quòd
5 Ecclesia, quæ collabitur, sed habet redditus sufficientes ad reparationem, non est transferenda, & profananda, si redditus non sufficiunt pro victu Rectoris; quia hoc casu tenetur Rector omnes redditus in eius reparationem erogare; & interim non celebrabuntur Missæ, *Abb. in capit. de his, de Eccles. ædific. num.* 4. alias omnes Ecclesiæ habentes tenues redditus, qui non sufficiunt pro victu Rectoris, essent profa-
6 nandæ. Præterea fuit dictum in Curia Neapolitana, quòd locus Ecclesiæ profanatæ, tamquam res Ecclesiæ, non potest vendi, inconsulto Papa, & sine alijs solemnitatibus, requisitis in *aliena. rerum Ecclesiæ*, vt in *capit. sine exceptione* 12. *q.* 2. *& extrauag. Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ*.

**Ibi, Crux Domini nostri Iesu Christi manere debet affixa, &c.**

7 Notandum, crucis signum semper in veneratione habendum, vnde pœna vltimi supplicij puniuntur sculpentes signum crucis in terra, per quam homines deambulant, *leg. vnica, C. nemini licere signum Saluatoris*, & irreuerenter se habentes erga crucem sunt grauiter puniendi, *capit. si canonici, §. cæterum, de offic. ordin. in 6.* sed quæritur, an in aduentu Regum, & Principum, teneantur clerici Ecclesiæ occurrere eis cum cruce? respondetur negatiuè, quia cum Principes sint mysterio Sacræ Crucis redempti, ipsi tenentur illi reuerentiam exhibere, & non crux debet eos reuereri, & honorare: & ita fuit sancitum in *leg. Regia Castellæ, lib.* 1. *tit.* 1. *leg.* 2. in qua dicitur, quod adueniente Principe, vel Principis infante ad aliquam ciuitatem, vel ad alia loca, clerici non egrediantur Ecclesiam cum cruce; sed Princeps, & infans reuerentiam Cruci exhibeant in Ecclesia, vt ratio dicta. **Fuit enim Crux figuratè in serpente æneo, in cuius aspectu sanabantur Hebræi, *Num.* 21. quare summo honore habenda est, solùm Episcopi recipiuntur cum Cruce. Rationem affert** *Bertach. de Episcopo, lib.* 4. *in principio quæst.* 1. **quia repræsentant Christum, cuius legatione funguntur, ex eadem reuerentia procedit, quod Euangelium**
8 **continens mysteria crucis redemptionis, & reconciliationis nostræ, non porrigitur osculandum in**

Missa Gubernatoribus Prouinciarum, vt fuit declaratum à Sacra Congregatione sacrorum rituum in persona Gubernatorum Prouinciæ Luceriæ, & montis Fusculi, qui prætendebant osculari Euangelium in Missa. Hæc declaratio reperitur in Synodo Prouinciali Beneuentana sub bonæ memoriæ Maximiliano Archiepiscopo, facit *text. in cap. Apostolica, de cons. dist.* 1. vbi dicitur, quod populus, dum audit Euangelium, non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu Euangelij stantes, Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent, idest venerentur, & honorent S. Euangelium, vbi dicit *Turrecrem.* quod legens Euangelium tamquam minister, illo lecto postea osculatur ad designandum, quod liber est crucifixi, per quem accepimus reconciliationem, & pacem, vnde ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, ad *Ephes.* 2. quod tanto magis pertinet ad Episcopum præsentem principalem ministrum Ecclesiæ, & prædicationis verbi Dei; sed tantum Regibus, & Principibus magnis id conceditur à Sede Apostolica.

9 Item circa numerum quartum, adde, quod si clericus cum tignis, vel pecunia Ecclesiæ ædificet in proprio solo, solum cedit ædificio, & erit Ecclesiæ, *Glossa notabilis, in capit. Apostolica*, 12. *q.* 2. quam extollit *Iason in leg.* 1. *ff. de operis noui nunciat.*

*SVMMARIVM.*

1 *Mulieres religiosæ in communi viuentes, more religiosarum, subsunt Episcopo, licet non faciant professionem.*

2 *Habitus nouæ religionis in communi est prohibitus.*

3 *Episcopus potest prohibere laicis, ne deferant habitum clericalem.*

4 *Eremitæ non permittuntur commorari in Ciuitate, & diœc. Neap.*

5 *Mimæ, & meretrices prohibentur deferre habitum Monialium.*

6 *Laici omnes sub pœna graui, viri, vel mulieres, non possunt deferre habitum regularium.*

7 *Meretrices debent deferre aliquod signum, vt discernantur à mulieribus honestis.*

8 *Vestes regularium ludo, vel fraude gerentes, an compellendi ad religionem.*

9 *Clerici vagabundi possunt priuari beneficijs.*

## De non regularibus deferentibus habitum regularium. Cap. LV.

1 Aderant in ciuitate Neapol. plura conseruatoria puellarum, quæ more Monialium viuebant in communi, induebant habitum Monialium, non tamen faciebant professionem; placuit Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiep. Neap. ex iustis causis, prohibere dictis puellis vestes Monialium, vulgo dictas, *li soccanni*. De qua prohibitione fuit dubitatum an licitè fieri potuisset, & quòd fuerit licita, facit, quod istæ mulieres, quæ ibi perpetuò morari volunt, more religiosarum, licet nullam faciant professionem, subsunt Episcopo, *cap. indemnitatibus*, §. *in prædicta*, *de electione in 6. & ibi Geminianus*, *& Fran-*

2 *& Franchus, Ant. de Butrio in cap. 2. de foro competenti*, probatur clarius *in Clement. attendentes*, §. *illas quoque, de statu Monachorum*, vbi Card. Bonif. In quibus iuribus patet, quòd Ordinarij ipsas visitare possunt, & eis prouidere; & successi-
3 uè formam circa vestes dare. Præterea adducitur *text. in capit. 1. de relig. domibus, in 6.* in quo prohibetur habitus nouæ religionis in communi, & peccant mortaliter facientes contra dictum *capit. 1. iuxta Abb. in dict. capit. 2. de foro competent. num. 11. vers. immo nescio.* Item facit *textus in capit. vt clerici*, & ibi *Abb. de regular.* vbi dicitur, quòd non Monachi non possunt vti habitu Monachali, *Ripa responso quinto*. Item facit, quod dicunt *Dominicus, & Franchus in capit. vltimo, de bigamis in 6.* quod Iudex Ecclesiasticus potest prohibere laicis, ne deferant habitum, vel tonsuram clericalem, quod in ciuitate Neapol. seruatur; solet tamen Vicarius concedere licentiam deferendi habitum clericalem volentibus sumere ordines, per ali-
4 quot menses ante. Non permittit etiam Curia Archiep. in ciuitate, & diœc. Neap. morari Eremitas, qui, vt dicit *Glos. in cap. qui vere, 16. q. 1.* sunt sicut locustæ sine rege, & sine regula, ad nihilum obligati, & sola voluntate tenentur, & vt plurimum sunt nequissimi sortilegi, vt experientia docuit, & cum in ciuitate, vel diœc. Neap. inueniuntur, carcerantur, & præciso habitu, fit eis præceptum sub pœna triremium, de non accedendo amplius ad eam, & multoties fuerunt per Curiam verberibus cæsi, quando fuerunt reperti in locis inhonestis. Aduerte, quod, si Eremitę essent probatæ vitæ, possent tolerari, cum multos Eremitas Sanctos legamus, & praxis curiæ Neapolitanæ procedit in Eremitis ignotis, quorum conuersatio non est nota, & sæpè fuerunt reperti delinquentes: & Eremitæ probi sunt laudandi, nec possunt dici sine Rege, cum subsint Episcopo, vt dicitur in *d. gl. in d. cap.* qui verè, contra eos, qui dicebant illos esse quasi locustas, & praxis Curiæ procedit contra vagos, & ignotos, qui vagantur per diuersa loca. De Eremitis multa notabilia dicit *Boer. de auct. magni Cons. nu. 11. & seq.*

5 Adnotandum, quod de iure ciuili mimæ, idest ioculatrices fœminæ, & meretrices non debent induere habitum Monialium, *l. mimæ, C. de Episcopali audient.* & ibi dicit *Glossa*, quod hoc pertinet ad curam Episcopi per *text. in authentica de sanctissimis Episcopis*, §. *finali*, in quo *text.* est prohibitio magis generalis, vt omnes laici, maximè
6 theatralia exercentes, viri, & mulieres, habitum regularium deferre non possint, & Episcopus super hoc prouidere debet sub pœna graui corporali, & dicit *Bald. in dict. leg. mimæ*, meretrices esse cogendas portare aliquem habitum distin-
7 ctum, vel aliquod signum, vt discernantur à mulieribus coniugatis. In Hispania ex *l. Regia part. 1. tit. 6. leg. 36.* laicus Religionis habitum induens ludi, vel detrahendi causa flagellis cęsus, à loco vbi id fecit expellitur; clericus verò pœna graui à

suo Prælato venit puniendus: & dicit *Glossa in capit. mulieres*, 27. q. 1. quod ij, qui ludo, vel fraude habitum religionis gerunt, ad eius obseruantiam coguntur, ex *capit. Quod*
8 *interrogasti*, 27. *dist.* sed in Praxi, *Glossæ* opinionem non seruandam credit *Gregorius Lopez super dict. leg.* 36. quod puto vero, nam *in capit. quod interrogasti*, est casus de muliere, quę ingressa est monasterium, & professa continentiam postea dixit, velle nubere, & fictè intrasse monasterium, & professionem emisisse, nam Papa compellit ad Religionem. Possunt mulieres in domo ex deuotione portare habitum, vt sunt Bizzoccharæ, quæ permittuntur de iure Canonico, *Glossa in cap. mulieres* 27. *q.* 1.

9 Adde singulariter, quod clerici vagabundi habentes beneficia non requirentia residentiam, propter solum delictum vagationis, possunt priuari beneficijs. *Abb. in c. ex tuæ, de cleric. non residen.*

*SVMMARIVM.*

1 *Capellaniam habens cum onere celebrandi Missas, an teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis.*

2 *Famulo infirmo an debeatur salarium.*

3 *Hæres, cui incumbit onus soluendi legatum pro Missis celebrandis in tali Ecclesia, non potest deputare Capellanos.*

4 *Beneficiati moderni tenentur celebrare Missas, ad quas celebrandas sese obligarunt beneficiati antiqui, acceptantes legatum vtile Ecclesiæ.*

5 *Episcopus non potest constringere hæredes defunctorum, vt in funere conuocare debeant clericos Ecclesiæ parochialis tantum, exclusis alijs, donec eorum numerum impletus fuerit.*

6 *Episcopus non potest statuere, quod nullus admittatur ad cantandum responsoria pro defunctis, nisi examinatus fuerit circa Cantum.*

7 *Beneficiati oppidi participantes decimis, debent participare de onere administrandi sacramenta.*

8 *Decimas vt possint vna cum curato exigere beneficiati oppidi, requiritur consuetudo immemorabilis.*

9 *Deputatio Vicarij parochialis pertinet ad Episcopum.*

De Capellano infirmo, an teneatur per alios celebrari facere.
Cap. LVI.

1 DVbium est quotidianum in Praxi, an sacerdos possidens capellaniam cum onere celebrandi Missas, teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis, & aliter non faciat fructus suos? & videtur dicendum, quod infirmitas eum excuset, per *textum in cap. significatum, de præbendis*. In oppositum facit, quòd datum ob caussam, repetitur, si adimpleri non potuit ob infirmitatem recipientis, *leg. si pecuniam, in principio, ff. de conditione causa data*; sed redditus capellaniæ principaliter dantur propter onus celebrandi Missas; ergo tempore infirmitatis debent
2 per alios celebrari. Secundò facit, quòd capellanus censetur locare operas suas, tamquam famulus; *Gloss.*

*Gloss. in dicto capit. significatum*, sed famulo infirmo non debetur salarium, iuxta veriorem opinionem *Bartoli in leg. si vno*, §. *item cum quidam*, *ff. locati*. *Anton. Anchar. Imola in cap. potuit, de locato*. *Franc. in cap. vnico*, §. *qui vero, de cler. non resid. in 6.* solum tenetur dominus famulo infirmo dare cibaria, ac modicas, & tenues expensas, nempe per octo, vel decem dies. *Bart. in leg. si cum dotem*, §. *sin autem, ff. soluto matrimonio*. *Abb. in capit. 1. de clerico ægrotante*. *Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 13.* & successiuè capellanus infirmus per octo, vel decem dies ad summum poterit recipere redditus capellaniæ pro se; & postea tenetur per alios celebrari facere Missas, & hanc opin. tenet *P. Nauar. de rest. lib. 2. num. 210.* dicit tamen, quod si infirmitas esset vnius mensis, vel ad summum duorum, non tenetur per alios celebrari facere: & pro maiori intelligentia distinguit, quædam esse beneficia fundata ex decimis, & alijs redditibus principaliter ad sustentationem ministrorum, vt canonicatus, dignitates, & similia, quorum sustentatio magis necessaria est tempore infirmitatis, quam alio, & talibus beneficiatis debentur fructus tempore infirmitatis, etiam si essent distributiones quotidianæ, *capit. vnico, de cler. non residen. in 6.* quædam sunt beneficia principaliter instituta ad onus celebrandi Missas, & secundario ad sustentationem ministrorum pro tempore quo celebrant Missas, vt capellaniæ, quæ habent talia onera, & illas habentibus non est conueniens, quòd tempore infirmitatis dentur redditus, ex rationibus vltimo loco adductis; quæ opinio *Petri Nauar.* videtur vera, & æqua: crederem tamen spatium duorum mensium ad faciendum celebrari Missas per alios, quòd concedit *Petrus Nauar.* esse nimis longum, sed sufficere sex, vel octo dies. Nec obstat *tex. in dict. cap. significatum*, quia ibi aderat speciale statutum, quòd non teneretur capellanus celebrare tempore infirmitatis.

Plura dubia circa celebrationem Missarum *vide in manuali Pastorum, cap. 72.* verum, quia in hoc *cap.* agitur de onere peragendi diuina propter mercedem, quæ recipitur, aliqua in Praxi vtilia annotanda censui, licet non omnia respiciant celebrationem Missarum, sed alia diuina.

3 Primum, quod facto legato pro Missis celebrandis in tali Ecclesia, non ex hoc sequitur, quod hæres possit deputare capellanum, sed tantum curare debet, vt huiusmodi Missæ à ministris Ecclesiæ celebrentur, nisi forte vellet vltra eleemosynam proprijs expensis ibi celebrari facere; est etiam intelligenda facultas faciendi ibidem celebrari Missas, & alia diuina officia, vt non stet priuatiuè ad alios, ne minuatur cultus diuinus: sed hoc non pertinet ad hæredes. Ita fuit decisum in Rota Romana in vna Calaguritana capellæ 16. Ianuarij 1584. coram Cardinali Seraphino.

4 Secundò notandum, beneficiatos modernos Ecclesiæ teneri ad celebrationem Missarum relictarum, cum beneficiati prædecessores accepta-

ceptauerint legatum quãtitatis pecuniæ cum onere celebrandi Missas; quoniam cum huiusmodi onere transit obligatio ad successores, *ad tradita in cap. significatum, vbi Butrius num. 12. ad finem, & Abb. num. 7. de præbend.* nisi legatum cessisset solum in commodum beneficiatorum, dumtaxat illius temporis, *iuxta reg. qui sentit, de regul. iur. in 6.* Verùm quando fit legatum in vtilitatem Ecclesiæ, vt quia fuit liberata ab ære alieno, tenentur moderni beneficiati, quia successores tenentur ad soluendum debitum ex causa necessaria, vel ipsi Ecclesiæ vtili contractum, *cap. 1. & 2. de solutionib. Abbas in cap. præsentium, de pignoribus*, & tantò magis tenentur, accedente consuetudine prædecessorum celebrandi. Ita fuit decisum in Rota Romana in vna Pampilonensis celebrationis Missarum, 16. Nouembris 1588. coram Domino Comitulo.

Tertiò notandum, non posse E-
5 piscopum statuere, quod nullus admittatur ad cantandum responsoria pro defunctis, nisi examinatus, quia sufficit quilibet cantus. Ita fuit dictum in vna Gerundensis statuti, die 27. Maij 1581. coram Orano, & in vna Calaguritana funeralium, coram eodem Orano, 22. Iunij 1590. fuit decisum, non posse Ordinariũ astringere hæredes defunctorum, vt in funere conuocare
6 debeãt clericos Ecclesiæ Parochialis tantum, exclusis alijs, donec eorum numerus fuerit impletus: nam cum conuocatio ista respiciat priuilegium totius cleri, vtique restringendo, aut moderando illam ad proprios Ecclesiæ clericos, libertatem Ecclesiasticam restringit. *Silu. in verbo, immunitas, el 2. sub num. 7. & in verbo, simonia, sub num. 11.* & huiusmodi consuetudines tanquam scandalosas, & sacrilegas extorsiones, detestatur *Sotus de iustitia, & iure, lib. 1. quæst. 6. artic. 2. versic. hic autem admonendi*, neque interest, quod ius sepeliendi pertineat ad Ecclesiam parochialem, quia aliud est ius, per quod quis compellitur sepeliri in parochia, & aliud, per quod tollitur facultas vocandi alios clericos; nisi prius adimpleto numero beneficiatorum parochialis. Faciunt notata *in cap. vestra, de locato.*

Notandum præterea, quod cum primitiæ, & decimæ percipiantur
7 ratione sacramentorum, si diuidantur inter presbyteros, diaconos, & alios clericos, vtique de onere participare tenentur, qui de illis participant, *iuxta regul. m, qui sentit, de regulis iuris, in 6.* neque obstat probatio spontanei seruitij, nam etiam sponte id dicitur quis facere, ad quod tenetur, vt probatur *ex Aristot. 3. Ethicorum*, & ita fuit decisum in Rota, in vna Toletana primitiarum, 22. Aprilis 1587. coram Domino Seraphino, & fuit laudata constitutio synodalis, iniungens onus ministerij beneficiatis, participantibus de primitijs. Quæ au-
8 tem consuetudo requiratur, vt beneficiati alicuius oppidi, possint vigore consuetudinis, participare de primitijs, & decimis, quando Ecclesia habet rectorem, penes quem residet cura animarum, & in vna Toletana primitiarum, 22. Iu-

Iunij 1579. coram Bubalo fuit decisum, requiri consuetudinem immemorabilem, cum ius resistat, nam Curator habet intentionem fundatam de iure in decimis, & primitijs, *cap. statuimus, 16. quæst. 1. cap. à nobis, cap. cum in tua, cap. cum contingat, de decimis*.

Notandum denique, quòd Rector Parochialis infirmus non po-
9 test deputare Vicarium, sed munus deputandi pertinet ad Episcopum, sed posset ipse deputare ad modicum tempus. *Ioannes Andr. & Franchus, in cap. cum ex eo, de election. in 6.* & fuit dictum in vna Hispalen. iurisnominandi, 10. Octobris 1583. coram *Seraphino decis. 639.* sed in Ecclesijs non curatis secus est. *Lapus alleg. 5. num. 8. Butrius cons. 3. Paris. consil. 50. lib. 4.* & proinde dixerunt Domini de Rota, quod cum beneficiati Ecclesiæ habeant curam celebrationis diuinorum, consequens est, vt omnia sint sub eorum cura, & regimine, & quod ministros necessarios deputent. Vnde in Ecclesia Cathedrali multa pertinent ad ordinationem Archidiaconi, & aliorum, *extra de officio Archid. per totum*, & de officio Sacristæ, & de officio Custodis.

*SVMMARIVM.*

1 *Episcopus potest dispensare cum deposito verbaliter; & in quibus casibus.*
2 *Episcopi ex generali consuetudine, & quasi possessione, faciunt gratiam de omnibus delictis, præcipuè Archiepiscopalis Neapolitanus.*
3 *Sententia Vicarij, cum clausula,* salua moderatione, & commutatione *Episcopo, valet; & ita seruatur Neapolim.*
4 *Casus vehementis suspicionis hæresis, vel apostasis, referuntur Pontifici in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
5 *Episcopus potest facere indultum illis, qui aliorum delicta detegunt.*

De Episcopo an possit facere gratiam, & de sententia Vicarij, cum clausula, *salua moderatione Episcopo*. Cap. LVII.

1 Notandum est in Praxi, quod Episcopus potest dispensare cum deposito verbaliter ab adulterio, *infra iuxta cap. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, vbi Abbas,*
2 *Felinus, Decius, & communis*, & etiam in casibus à iure expressis maioribus adulterio, vt in incesto, *ex communi in dicto §. de adulterijs*. Item licet de iure communi Episcopus non possit facere gratiam de pœna delicti, secundum aliquos,
3 vnde non posset reuocare exulem, vt dicit *Diaz in praxi, in verbo, in exilium mitti, Foller. in praxi Canonica, in verbo, & si committi, num. 123.* tamen de consuetudine, & quasi possessione, in qua manutenentur Episcopi, hodie faciunt gratiam de omnibus delictis; & ita obseruant Archiepiscopi Neapolitani, sed ad maiorem cautelam in Curia Archiepiscopali Vicarius in sententia semper ponit clausulam in fine, *salua moderatione, & commutatione Illustriss. Archiepiscopo*, quæ sententia valet. *Baldus in auth. interdicimus, C. de Episcopis, & clericis. Felinus in cap. qualiter, & quando, el 2. §. ad corrigendos, de accusationibus*. Quæ clau-

clausula ponitur etiam in sententijs causarum Sanctæ fidei, quãuis multoties resolutiones dictarum causarum ab Vrbe mittantur; siquidem casus vehementis suspicionis hæresis, vel apostasiæ Curia Archiepi-
4 scopalis Neapolitana solet deferre Sanctissimo Domino, tanquam negotia maiora, *iuxta cap. maiores, de baptismo*; cum voto tamen Congregationis eiusdem Curiæ. Item so-
5 let Archiepiscopus Neapolitanus concedere indultum illis, qui alios delinquentes reuelauerint; nam Iudices ordinarij possunt bannitos rebannire, & remittere ex prædicta causa. *Bart. in l. ambitiosa, ff. de decretis ab ordine faciendis, per l. omnes, §. fin. ff. de re militari. Farin. de inquisit. quæst. 14. qui plura adducit.*

Circa numerum tertium, vltra consuetudinem Archiepiscopalem Neapolitanam, qua Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis, id etiam de iure procedere, tenet *Alban. consil. 64. num. 76.* facit quod dicit *Bart. in l. relegati, ff. de pœnis*, quod non solum Princeps, & Ciuitates non recognoscentes superiorem possunt restituere bannitos ad patriam, sed etiam aliæ, si habent potestatem statuendi: sed Episcopi possunt condere statuta, vt clarum est, & habetur *per omnes in cap. fin. de offic. leg.* & habent merum, & mixtum imperium. *Miles in repertorio, in verbo, Episcopus*, & Episcopus est maior præfectò prætorio, vt dicit *Bolognin. consil. ..... num. 4.* & Episcopi dicuntur Illustres, secundum *Ostiens. & Abbas in cap. cum causam, el 2. de iuramento calumniæ*. Itaque sunt maiores alijs ciuitatibus recognoscentibus superiorem, & dicit *Paris. consil. 141. num. 25. volum. 4.* quod dispositio Papæ excipiens Principes, includit & Principes Ecclesiæ, cum in terris teneant locum Apostolorum, *cap. quorum vices, distinct. 68.* quare si Principi temporali competit facere gratiam, *iuxta d. l. 4.* & Episcopis competere debet, maximè in delictis, in quibus possunt dispensare: nam licet eis dispensare etiam post sententiam, & remittere pœnam. *Abb. in cap. nisi specialis, in fin. de offic. deleg.*

*SVMMARIVM.*

1 *Episcopus prædicans in aliena diœcesi, debet petere licentiam à Diœcesano*, iuxta Concil. Trident. cap. 2. sess. 5. de reform.
2 *Prædicatores examinantur in Curia Neapol. nisi fuerint noti, & insignes.*

De Episcopo prædicante in aliena diœcesi. Cap. LVIII.

1 Anno 1600. Reuerendiss. Episcop. Alifanus obtinuit licentiam à Papa prædicandi tempore Quadragesimæ, in Ecclesia Diuæ Mariæ Annunciatæ ciuitatis Neapolitanæ: prætendebat non petere licentiam prædicandi ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepisc. Neapol. *iuxta Concil. Trident. cap. 2. sess. 5. de reformat.* dicens, Episcopus posse vbique prædicare ex priuilegio Christi, *Matthæi vltimo: Ite per vniuersum mundum, & prædicate, cap. in nouo, 21. distinct.* Pro qua opinione facit *textus in cap. scriptum, 6. quæst.*

*8. quæst. 3. vbi Cardinalis de Turrecr. & Cardinalis Alexandrinus*, dicunt, posse Episcopum in aliena diœcesi prædicare, sine licentia diœcesani, etiam solemniter, congregando populum, & ascendendo pulpitum. Idem tenet *Felin. in cap. excummunicamus, de hæretic. Cardinal. verò Zabarella in Clement. dudum, vers. ab olim, num. 6. de sepulturis*, dicit, Episcopos posse vbique prędicare, nisi ab alijs Episcopis prohibeantur. Re delata ad Sanctiss. D. N. Clementem VIII. mandauit dicto Episcopo, quòd si prædicare vellet, obseruaret decreta Concilij Tridentini *d. cap. 2.* & sic petijt licentiam à Vicario Neapolitano, & prædicauit. Practicatur
2 etiam in Curia Archiepiscopali, quòd omnes prædicatores, antequam prædicent, examinantur super doctrina; non tamen insignes, & noti; quod fuit in Vrbe approbatum, quamuis aliqui regulares restiterint.

## *SVMMARIVM.*

1 *Episcopus an possit declarare excommunicatos à iure, vel Apostolicis constitutionibus regulares exemptos.*
2 *Regularis carceratus in carceribus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, ad instantiam superioris, si ibi delinquat, an puniatur per eandem Curiam; & quid si commoretur extra claustrum de licentia superioris.*
3 *Regulares degentes in claustris, qui inueniuntur in domibus meretricum, vel alias notoriè delinquunt cum populi scandalo, carcerantur per cursores Curiæ Neapolitanæ, & non remittuntur ad suos superiores, antequam capiatur informatio delicti, & ibi praxis.*
4 *Episcopus differens informationem, & regularem petentem remittere, vt ipsum vexet carcere, an incurrat excommunicationem.*
5 *Bulla Sanctiss. D. N. Clementis VIII. pro obseruatione Concilij Tridentini* cap. 14. de regul.
6 *Delegatus potest punire extraneas personas, delinquentes in eius personam, si per hoc contingat suam iurisdictionem turbari.*
7 *Laici offendentes aures iudicis Ecclesiastici, possunt carcerari; & sic etiam partes, quæ coram ipso conuicia inuicem sibi dicunt.*
8 *Laicis iniuriam inferentes Notarijs, scribis, exercentibus suum officium, puniuntur per Curiam Archiepiscopalem.*
9 *Regulares mendicantes, qui habent priuilegio, vt non possint ab Ordinario excommunicari, suspendi, & interdici in casibus, in quibus possunt compelli ab Episcopo, nempe, vt eant ad processiones publicas, an possint compelli censuris.*
10 *Regulares in ciuilibus coram quo conueniendi.*
11 *Regulares mendicantes sine necessitate, possunt impediri per Ordinarium.*
12 *Laici excommunicantur per Curiam Archiepiscopalem, si mendicant sine necessitate.*
13 *Laici quæstores eleemosynarum, puniuntur per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, & qui tales sint.*
14 *Mendicantes validi, qui fingunt se infirmos, debent puniri pœna falsi.*
15 *Regulares semel approbati ad audiendas confessiones, quando possunt de nouo examinari.*

De

De potestate Episcopi super regularibus magis practicabilia.
Cap. LIX.

1 QVæ circa personas regulares in dies in Curia Archiepisc. Neapol. in dubium reuocantur, necessariò hic inserenda operæ pretium esse duxi. Primò, an Episcopus possit declarare excommunicatos à iure, vel Apostolicis constitutionibus, regulares exemptos, qui habent priuilegium, vt excommunicari, suspendi, & interdici non possint. Fuit in Curia Archiep. dictum, quod sic; ita tenent *Card. in Clem. 1. de priuileg. Domin. in cap. si Papa, 40. dist. Imola in Clem. 1. de sequestr. possess. Felin. latè in cap. non potest, de sententia, & re iudicat. num. 3. Gambar. de potestate Legati à latere, lib. 8. cap. de potestate legati in regulares exemptos. Henriquez in summa, de indulg. cap. 25. §. 7.* Probatur *in dict. Clem. 1. de priuileg.* facit, quia declaratio nihil noui inducit, *l. hæredes palam, ff. de testament.* & dicit *Felin. vbi supra*, quod hac de causa potest eos citare ad dicendum causam, quare non debeant declarari excommunicati; nam permissa declaratione, censetur permissa citatio, quæ est necessaria ad declarationem, iuxta *Glos. in Clem. 2. de censibus*, vel poterit Episcopo constare per informationem extraiudicialem. Idem tenet *Abbas in dict. Clement. 1.* qui licet dubitet de citatione, per quam videtur induci violatio exemptionis, respondet *Felin.* quòd dicta citatio erit similis illi, quæ habet clausulam, *si sua putauerit interesse*, quæ non arctat nolentem comparere, & potest fieri in non subditum. Fuit præterea du-
2 bitatum in Curia, an carceratus in carceribus dictæ Curiæ ad instantiam superioris, si ibi delinquat, puniatur per eandem Curiam, & quid si commoretur extra claustrum de licentia superioris. Vterque casus accidit in Curia, & videbatur, quòd non poterat puniri per Curiam, tanquam degens extra claustrum, iuxta Concil. Trid. *cap. 3. sess. 6. de reformat.* sed debebat remitti suo Superiori, cum præfixione termini ad puniendum, iuxta *cap. 14. sess. 25. de regular.* siquidem regularis de licentia superioris degens extra claustrum, censetur esse in claustro. Ita dicit *Abb. antiq. in cap. cum illorum, de sententia excommunic.* quem sequuntur *Panorm. & Felin. in cap. ex rescripto, de iureiur.* Contrarium fuit dictum, & exequutum contra quendam regularem, qui de licentia superioris degens in hac ciuitate extra claustrum, fuit inquisitus de tonsione monetę, & bis tortus, & non confessus; & contra alium regularem, existentem in carceribus dictæ Curiæ ad instantiam sui Superioris, inquisitum de seductione falsorum testium, qui pariter fuit bis tortus, & non confessus, & exul factus à ciuitate, quia negari non poterat, quin morarentur extra claustrum: & Conc. Trid. *in dict. cap. 3.* generaliter loquitur, & generaliter est intelligẽdum, *l. 1. ff. de legat. præstan.* nec distinguit, *argum. l. de pretio, ff. de public.* & est latè interpretandum, cum tractet de restringenda exemptione in fauorem Ordinariorum, iuxta latè

tra-

tradita per *Felin. in cap. cum omnes, de constit.* & licentia superioris operatur, quod non inducatur apostasia; & ita fuisse verè declaratum à Sacra Congregatione Concilij audiui, & legi quandam declarationem, his verbis: *Regularis manens extra claustrum de licentia Superioris, etiam in domo destinata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem viuat sub superiore conuentualiter, potest puniri*
3 *ab Ordinario*. Ad hæc notandum, obseruari in Curia Archiepiscopali, quòd regulares degentes in claustris, qui inueniuntur in domibus meretricum, vel alias notoriè delinquunt, cum populi scandalo, *iuxta dict. cap. 14. sess. 25. de regular.* carcerantur per cursores Curię, & non remittuntur ad suos superiores, antequam capiatur informatio delicti; & postea remittuntur cum copia actorum præfixo termino superioribus, ad docendum de punitione, infra viginti dies, vel mensem. Conatur tamen Curia, quam primum capere informationem, & quàm citius potest remittere eodem die, quo fuerunt capti, vel sequenti. Nec videtur alienum, quòd illos detineat, nec remittat ante captam informationem; si quidem, cum possit eos punire in defectum superiorum, *d. cap. 14.* & proinde capere informationem, si statim remitteret regularem, faciliter testes possent seduci, & informatio destrui opera delinquentis, vel aliorum, vt experientia docet, & non posset puniri regularis, nec à suo superiore, nec ab Episcopo, & clarum est, concessa iurisdictione, intelligi concessa omnia necessaria ad eam, *cap. præterea, de officio delegat. l. 2. ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Si au-
4 tem Episcopus differret capere informationem, & regularem petentem nollet remittere, vt ipsum vexaret carceribus, crederem non euitare excommunicationem, tanquam detinentem carceratum regularem, in casibus non permissis à iure, iuxta *Glos. in Clem. frequens, in verbo, capiunt, de excess. Prælatorum,* & ibi hoc notat *Abbas*. Notandum
5 quoque, quod Sanctiss. D. N. Clemens Octauus ad maiorem obseruantiam *dicti cap. 14.* edidit bullam, in qua concedit Episcopis, vt possint præfigere terminum superiori, ad puniendum regularem, notoriè delinquentem, sub pœna priuationis dignitatum, & officiorum, eo ipso incurrenda; & si superior regularem non punierit, quinimmo illum impunitum ad alia sui ordinis loca extra diœcesim Episcopi transmiserit, possit Episcopus præfigere terminum superiori ad requirendum dictum regularem, sub pœna priuationis dignitatis, & officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, à qua nemo possit absoluere, nisi Papa. Quod si ipse superior non reuocauerit, Ordinarius loci, ad quem regularis transmissus fuerit, informatus ab Episcopo loci delicti, ipsum puniet; & ita facere debet. Vlterius est inuestigandum, an regularis, qui iniuriam infert Episcopo, vel Vicario iurisdictionem exercenti, & eius aures offendit in illo actu iurisdictionis, eam turbādo, possit ab eodem Episco-

ſcopo, vel Vicario puniri, ſine remiſſione ad ſuum ſuperiorem, *iuxta dict. cap.* 14. *de regular.* & de iure eſt *textus in l.nullum, C. de teſtib.* vbi alias exemptus punitur propter offenſas
6 aures. Item delegatus poteſt punire extraneas perſonas, delinquentes in eius perſonam, ſi per hoc contingat ſuam iuriſdictionem turbari. *Innoc. Ant. in cap. dilectus, de pœnis. Abb. in cap.* 1. *de offic. deleg.* Item conceſſa iuriſdictione cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus exerceri non poteſt, *l.* 2. *ff. de iuriſd. omn. iudic. cap. præterea, de offic. deleg.* & ſic videtur, quòd requiratur priuilegium magis ſpeciale, quòd non concedit Concilium Tridentinum, ſalua tamen declaratione Sacræ Congregationis, & ex his Vicarius Neapoli-
7 tanus fuit ſolitus, quandò eius aures offenduntur à laicis, quantumuis nobilibus, eos carcerare, & punire; & ſimiliter partes, quæ coram eo conuicia adinuicem dixerunt; nam poteſt Iudex punire delinquẽtes coram ipſo, in officio ſibi commiſſo, nempe aduocatos, ſcriptores, teſtes, & partes, ſi ſibi inuicem dicant conuicia, vel percutiant, *ſecundum Innoc. in d. cap. dilectus, qui allegat dict. l. nullum, & ſecundum Anton. in præalleg. cap. dilectus.* Pariter fuit
8 ſolitus carcerare, & punire laicos, iniuriam inferentes Notarijs, & ſcribis, exercentibus ſuum officium, cum offendant Curiam, & anno 1602. quidam laicus procurator irreuerenter loquutus fuit coram Vicario Neapolitano, & cum ſcandalo, in iniuriam cuiuſdam officialis dictæ Curiæ, & ob hanc cauſam fuit à Vicario Neapolitano duplici tractu chordę publicè plexus, & in exilium eiectus, ac ei prohibitum, ne pro negotijs ſuis, aut aliorum adiret Curiam Archiepiſcopalem. Aliud eſt dubium, an regulares mendicantes, qui habent priuilegium, vt non poſſint ab Ordinario excommunicari, ſuſpendi, & interdici, in caſibus, in quibus poſſunt compelli ab Epiſcopo, nempe, vt eant ad proceſſiones publicas, *iuxta cap.* 13. *ſeſſ.* 25. *de regular.* vel ſimilibus, poſſint compelli cenſuris? Videtur, quòd non; ſed quod alijs pœnis compelli poſſint, nempe carcere, pecunia, ſi habent aliquid in commune, & ſimilibus. Ita *Calderinus in conſ.* 8. *de regul.* qui loquitur in ſpecie, an poſſint cenſuris compelli, vt eant ad proceſſiones. *Felinus in cap. dilectus, de officio Ordinar. Gambar. de poteſtate Legati à latere, lib.* 8. *cap. fin. num.* 77. probatur clarè *in cap.* 1. *§. in eos, de priuileg. in* 6. *& ibi Gloſſ. in verbo, quoad iſta,* quam ſequuntur communiter Doctores, facit *c. cum capella, extra de priuileg.* niſi in aliquo caſu regulares ſubdantur iuriſdictioni, correctioni, viſitationi Epiſcopi, *iuxta dict. §. in eos,* vel vt ſunt exercentes curam animarum, perſonarum ſæcularium, extra eorum ſepta, quæ ſunt de eorum familia, *cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de regul.* nihilominus poſt Concilium Tridentinum circa ea, quoad quæ ſubduntur Ordinarijs, vel ab illis compelli poſſint, vigore dicti Concilij dicendum eſt, poſſe excommunicari: ſiquidem Concilium Tridentinum *in cap. fin. ſeſſ.* 25. *de regul.* mandat obſeruari omnia decreta *de regular.* non obſtantibus priuilegijs,

gijs, & deputat exequutores Episcopos; & cum nulla sit habenda ratio priuilegiorum, nec Concilium restringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipsius Episcopi. *leg. 1. ff. de iure delib.* nec priuilegium tollit hoc arbitrium, quod Concilium concedit Episcopis. Facit etiam Bulla Pij Quarti, per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Concil. Trident. & in casibus Concilij videtur offendi iurisdictio Episcopi, quo casu ad iudicem offensæ iurisdictionis pertinet cognitio, non ad proprium, vt latè *in cap. 11.* fuit dictum, *salua declaratione Sedis Apost.* & ita fuit seruatum in Curia Archiep. Vide similia in Bulla Clem. VIII. de exercitio Pontificalium, *infra c. 84.* & declarationem quartam Gregorij XIII. super Con-
10 cilio Prouinciali, *cap. 89.* Aliud est dubium, coram quo sint conueniendi Regulares in ciuilibus? dicendum, quòd Regulares, degentes extra claustra, & alij exempti in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, conueniuntur coram Ordinario, etiam si in partibus habeant Iudicem deputatum à Sede Apostolica: in alijs verò, si ipsum Iudicem non habuerint, coram Ordinario conueniri possunt, & compelli ad soluendum, *cap. 14. sessione 7. de reformat. Concilij Tridentini.* Si verò Regulares degunt intra claustra, essent conueniendi coram suo Superiore Regulari, vt dicit *Abb. in cap. cum contingat, de foro competenti.* Sed Gregorius XIII. concessit omnibus Regularibus, vt in ciuitatibus Italiæ sibi conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, semelque electos non mutarent, eorumque nomina infra mensem Episcopis locorum ordinarijs indicarent; alioquin coram ipsis Ordinarijs conueniri possint, vt refert *Frater Hieronymus à Sorbo, super compendio priuilegiorum Mendicantium, in verbo, conseruatores;* habetur in *Concil. Prouinc. Mediolanensi 5. part. 3. sub tit. de Episcopo, & Episcopali foro.* Præterea Episcopus potest punire Regulares, discedentes à suis conuentibus sine licentia suorum superiorum; etiam prætextu ad superiores accedendi, vt in Concil. Trident. *sess. 25. capit. 4.*
11 *de regularibus.* Insuper notandum, quòd aliquando Vicarius Neapolitanus impediuit mendicantes, quærentes per ciuitatem eleemosynas superfluas, vt quia in vno conuentu aderat vnus, vel duo fratres ad summum, & mittebant quatuor, vel quinque quæstores per Ciuitatem, sine necessitate, auferendo eleemosynas verè indigentibus, de quo multi fratres fuerunt conquesti in Vrbe, & fuit rescriptum Vicario, quod prædicta faceret cum benignitate; non tamen fuit ei prohibitum; & sic Vicarius firmabat omnes licentias quærendi eleemosynas, quas dicti fratres à suis superioribus obtinebant, ad finem, vt cognosceret illos, qui quærebant eleemosynas, & quærentes sine licentia firmata ab ipso Vicario carcerabat; nam aliàs mendicantes impediri non possent, vt in *compendio priuilegiorum Mendicantium, in verbo, eleemosynæ.* Pro tali obseruantia facit, quòd men-

dicantes sine necessitate grauiter delinquunt; cum panem vere indigentibus auferant, *cap. pastor, 2. q. 1. Ripa de peste, remedio præseruatiuo, num. 169.* & hac ratione prohibentur in iure, *leg. vnica, C. de mendicantibus validis, lib. 11.* & ibi *Lucas de Penna*, & de ciuitate esse expellendos dicit *Ripa vbi suprà. Imol. in capit. Odoardus, de solution.* Sed Episcopi sunt patres, & protectores pauperum, quos defendere debent, *distinct. 87. per totum, capit. super quibusdam, de verbor. significat. cap. 1. 82. dist.* vbi dicitur, quod Episcopi (quantum est eis possibile) tenentur prouidere necessitatibus pauperum, facit *cap. 8. sess. 22. de reform. Conc. Trident.* & proinde tamquam patres, & defensores pauperum, quorum victus aufertur, & ad obuiandum delicto, possunt Episcopi tales mendicantes sine necessitate impedire; nam & laicus potest carcerare clericum, ad obuiandum delicto, vt ducat ad Episcopum, *iuxta communem in capit. cum non ab homine, de iudic.* nec eorum priuilegium de mendicando, est intelligendum cum fraude, & præiudicio aliorum, *l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publi-*
12 *co*. Pariter Curia Archiepisc. propter peccatum mortale excommunicat laicos, quærentes eleemosynas pro alijs, sine necessitate, sed ipsa Curia concedit licentiam, & grauiter punit laicos prauos eleemosynarum quæstores, *iuxta capit. tuarum, de priuileg. cap. cum ex eo, de pœnit. & Clement. abusionibus, eodem tit.* & tales dicuntur, qui publicant indulgentias, *iuxta Doct. in dictis locis*: prohibentur etiam in Concil. Trident. *cap. 9. sess. 21. de reformat.* & laici possunt puniri hoc casu ab Episcopo, quia delinquunt in religionem Ecclesiasticam, vt dicit
13 *Abb. in d. cap. tuarum*. Nec etiam permittuntur colligere eleemosynas, dando aliquas imagines, seu medaglias; nec deferre aliqua signa, exceptis quæstoribus Ecclesiæ S. Antonij Viennensis, & fuerunt in Curia Archiepisc. acriter torti quidam laici condemnati ad triremes, ex quo publicantes falsas indulgen-
14 tias, eleemosynas quærebant; & dicit *Lapus alleg. 18.* quòd mendicantes validi, qui simulant se inualidos, aut infirmos, vt pecuniam extorqueant, debent puniri pœna fal-
15 si. Vltimò notandum, quòd Regulares semel approbati à Curia Archiep. ad audiendas confessiones, prætendebant censeri semper approbatos, *ex Clem. dudum, §. & si ijsdem, de sepult. vbi Gloss. Bonifac. & Cardin.* & propterea non posse per Curiam approbari ad tempus, & vt magis studeant, sed elapso tempore non indigere noua approbatione, videbatur dicendum, *dictam Clem. dudum*, esse intelligendam de approbatis simpliciter, non autem ad tempus, nam limitata causa limitatum producit effectum, *l. agris, ff. de acquirendo rerum dominio*. Re delata ad Sacram Congreg. Concil. Trid. fuit rescriptum Curię Archiepisc. Regulares posse approbari ad tempus, quo elapso indigent noua licentia; & sic declaratio Pij V. quam fratres adducebant, est intelligenda de approbatis simpliciter, vt non possint examinari, nisi à successo-

cessore; posset tamen reuocari licentia ex iusta causa. *Gloss.& DD.in dict.Clem.*

*SVMMARIVM.*

1 *Miracula fiunt in instanti, & sunt ex omni parte perfecta.*

2 *Animal venenosum, vel fulmen, si tangat vinum consecratum, quid de illo sanguine faciendum est.*

3 *Testes singulares non probant miracula, & tenentur reddere causam scientiæ, etiam non interrogati; nec probant, si dicant, scio, quia vicinis.*

De miraculis aliqua scitu digna.
Cap. LX.

FVit dictum in Curia Archiep. Neap. non esse miracula, quæ dicebantur fieri in quadam Ecclesia ciuitatis Neapol. virtute cuiusdam imaginis Beatæ Mariæ: ex eo, quia plures personæ, quæ per longum tempus fuerant infirmæ, cum ad dictam Ecclesiam accessissent, statim receperant sanitatem; quoniam ex attestationibus medicorum apparebat, non fuisse in totum liberatas ab infirmitatibus, & miracula sunt ex omni parte perfecta; numquam enim Christus aliquem sanauit, quem non in totum liberauerit ab infirmitatibus mentis, & corporis, vt dicit *Diuus Augustinus in can.sunt plures*, & ibi *Cardin. de Turrecremata, de pœnit. dist.* 3.
1 *Diuus Thomas in 3. parte sum. q. 44. art. 3. in solut. ad secundum argumentum*, vbi dicit, miracula fieri subito, in instanti, & perfectè, & illum cæcum, de quo habetur *Marci* 8. non recepisse statum visum, propter eius infidelitatem, *secundum Chrysost.* vel *secundum Bedam*, quem Christus vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curauit, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostenderet, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redit; facit *text.in cap.maiores,§.vbi adhuc, de baptismo.* Non tamen poterat negari, quin essent gratiæ, quarum quotidie infinitum numerum misericors Deus nobis elargitur, intercessione Beatæ Mariæ, & aliorum Sanctorum. Nec obliuioni tradendum censui, quòd anno 1600. fuerunt pluuiæ magnæ ferè per rotam hyemem in ciuitate Neapolitana, & æstate lues hominum maxima. Et cum sequenti hyeme incepissent de nouo pluuiæ, & secundum Astrologos, ac signa cælestia expectarentur maiores his, quæ fuerant anno præcedenti, Neapolitani inuocauerunt Diui Ianuarij huius ciuitatis Patroni, & protectoris patrocinium. Cuius caput cum sanguine processionaliter, & magna deuotione per ciuitatem detulerunt, vixque inceperunt deferre, cum mox serenitas magna facta est, quæ durauit per plures dies; nec sterilitas, aut mortalitas sequuta fuit, prout anno præcedenti. Anno 1601. quædam mulier lethaliter cùm baculo vulnerata à fratre in capite, vt omnia ossa capitis apparerent, & existimaretur mortua, fuit ab illo spoliata vestibus, & proiecta in profundum puteum absque aqua, profunditatis 96. palmorum, in quo sic vulnerata, sine vestibus, tempore hyemali, mense Martij, absque ci-

bo, & potu per multos dies permanſit, & inuocatione Beatæ Mariæ de Carmelo à dicto puteo extracta fuit, ac poſt paucos dies perfectam ſanitatem recepit, cum magna admiratione fidelium, & gratiarum actione. De qua gratia fuit capta informatio in Curia Archiepiſcopali per me. Eodem anno, in Eccleſia Sanctæ Crucis ciuitatis Neapol. dum ſacerdos celebraret Miſſam, & ſumpſiſſet Sanctiſſimam Hoſtiam, antequam ſumeret ſanguinem, cecidit de cœlo fulmen, capellam, & altare diruens, combuſenſque partem corporalis ſub calice proſtrati, nec tetigit ſanguinem, neque ſacerdotem offendit, quod magna Dei miſericordia factum fuiſſe patet: ſacerdos de nouo conſecrauit ſanguinem, Miſſamque perfecit. Fuit autem dubitatum in Curia, quid de illo ſanguine faciẽdum eſſet, & an deberet ſumi ab aliquo ſacerdote; & fuit dictum, quòd fulmen ſolet vinum, & alios liquores, quos attingit, efficere peſtiferos, & venenoſos, vt dicunt *Chryſoſtomus Iauellus ſuper meteora cap. 4. tract. 8. in reſolutione 7. dubij. Conciliator in ſuo tract. de venenis.* Et quamuis eſſet dubium, ſi fulmen tetigiſſet ſanguinem; tamen propter vehementem ſuſpicionem, ne tetigiſſet, fuit per Curiam reſolutum, quòd dictus ſanguis minime ſumeretur, ſed reponeretur in aliquo vaſculo, & cum ſacris reliquijs conſeruaretur, iuxta doctrinam *Diui Thom. in 3. part. quæſt. 83. art. 6. ad 3. in fine*, qui id faciendum dicit, quando aliquod animal venenoſum cadit in calicem. Eſt etiam

2 notandum circa miracula, quòd non probantur per teſtes ſingulares. *Archid. in cap. nec mirum, 26. quæſt. 5. Abb. in conſil. 42.* & teſtes

3 deponentes de miraculis, debent etiam non interrogati reddere cauſam ſcientiæ. *Bald. in leg. ſolam, C. de teſtibus*, nec probant, ſi dicant, ſcio quia vicinus, vt probat *Maſcard. de probat. concluſ.* 1064. Et diligenter examinari debent, & de ſingulis circumſtantijs reſpondere. *Abb. & alij in capit. venerabili, de teſtibus*; & Epiſcopi cauti, quando miracula fieri dicuntur virtute ſacrarum imaginum, ſtatim mandant operiri imagines, ianuas Eccleſiæ claudi, impediunt concurſum hominum, donec diligens capiatur informatio, & veritas habeatur, cum conſilio Theologorum, & Iureconſultorum, iuxta Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de innoc. & venerat. Sanctorum.*

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta quis debeat miniſtrare exiſtentibus in hoſpitali, Parochus, vel presbyter inſeruiens hoſpitali.*

2 *Cura animarum, & poteſtas adminiſtrandi ſacramenta poſſunt præſcribi, & per quantum tempus.*

3 *Matrimonia celebrata à Parocho putatiuo ex communi errore, an ſint inualida, & de nouo contrahenda.*

4 *Opinio vnius Doctoris pro matrimonio præualet communi opinioni.*

5 *Parochus non eſt miniſter in Sacramento matrimonij; ſed habetur loco teſtis magnæ auctoritatis.*

6 *Scientia vocationis beneficij præſumitur*

*tur in Episcopo; quia tenetur visitare.*

7 *Matrimonium contractum cum dispensatione subreptitia, est tolerandum, si est timor scandali.*

De sacramentis ministrandis in Hospitalibus. Cap. LXI.

1 Solet dubitari, an eo ipso, quòd est fundatum hospitale, possint ministrari sacramenta infirmis à presbyteris seruientibus in hospitali. Et veritas est, quod non; sed à Parocho, in cuius parochia situm est hospitale; nisi id fuerit legitimè præscriptum; siquidem cura animarum, & potestas administrandi sacramenta, etiam absoluendi à peccatis, possunt præscribi,
2 & consuetudine induci; probatur *in Clem. quia contingit, §. cæterum, de religios. domib.* vbi *Glos. Card. Imol. Ancharan.* requiritur tamen spatium 40. annorum ad inducendam hanc præscriptionem, vt ibi dicunt *Paulus, Card. & Imol.* & ex his fuit dictum in Curia in simili casu, quòd in quadam Ecclesia ciuitatis Neapol. in qua adest conseruatorium puellarum, non poterat matrimonium dictarum puellarum celebrari à Sacrista dictæ Ecclesiæ; sed à Parocho fieri debebat; nisi priuilegium Papæ esset in contrarium.

Dubium est notabile, Sacrista conseruatorij puellarum, per decem, vel plures annos, non tamen quadraginta, interfuit tamquam
5 proprius Parochus nonnullis matrimonijs puellarum; postea Episcopus declarauit id spectare ad Parochum, in cuius parochia situm est conseruatorium. Quæritur, an matrimonia ante declarationem prædictam contracta, fuerint inualida, ita vt de nouo sint contrahenda? & videtur, fuisse omninò inualida, quamuis communiter ille Sacrista fuerit reputatus proprius Parochus; quoniam ad hoc, vt communis error faciat ius, & gesta ante detectum errorem non sint retractanda, duo requiruntur; quasi possessio; & titulus, siue auctoritas Superioris, licet postea detegatur alius defectus, vt habetur *in l. Barbarius, ff. de officio prætoris.* Ita tenet *Baldus in l. 2. C. de sententijs, Innoc. Abb. in cap. nihil, de electione;* vbi dicunt, gesta per Prælatum intrusum non habentem titulum, ex communi errore non effici valida. *Iason,* qui multos cumulat *in d. l. Barbarius, nu.* 48. concludentes gesta à tabellione, qui communiter reputabatur tabellio, cùm non haberet titulum, esse inualida; & in specie ex prædicta conclusione Doctorum matrimonium celebratum à Parocho putatiuo sine titulo esse inualidum, non obstante communi errore, tradit *Sanchez de matrimonio, lib. 3. disp. 22. quæst. 5.* Cum igitur Sacrista non habuerit titulum parochiæ, videtur quod ex communi errore absque titulo matrimonia contracta non sint toleranda.

Nihilominus in casu proposito contrariam opinionem censeo veriorem. Primò siquidem, licet supradicta opinio, quod requiratur titulus, innitatur magna turba Doctorum; nihilominus contraria opinio, quòd gesta à Notario putatiuo sine titulo sint valida, habet

pro se grauissimos auctores, quamuis numero pauciores. Eam tenet *Bartol.* cuius auctoritas est magna, *in dict. leg. Barbarius*, vbi *Albericus* dicit, hanc opinionem de consuetudine obseruari, & *Fulgosius* dicit, quod licet contraria sententia in disputando verior videatur, tamen sententia *Bartoli* est humanior, & videtur in iudicio tenenda; sequitur *Bald.* sibi contrarius *in l. non ignorat, C. qui accusare possunt. Angelus in Authent. de tabellion. in princip. & in leg. 2. ff. ad Maced. & consil.* 140. Quidam *Matthæus, & Ioannes Faber in §. sed cum aliquis, Institution. de testam.* quos refert *Tiraquellus post ll. connubiales, Gloss.* 8. *num.* 153. Habet itaque ista opinio grauissimos auctores pro se: ergo sequenda est in fauorem matrimonij, ne dissoluatur, *ex reg. Ostiens. in capit. si vir, de cognatione spirit.* vbi dicit: *trado istud, pro regula certa, & sana, quod vbicumque magistri per suas Glossas soluunt matrimonium, nec ius expressum inducunt, si inuenias aliquem contrarium scribentem, illi adhæreas.*

4 Itaque secundum *Ostiensem* opinio Doctoris singularis, vbi agitur de matrimonio sustinendo, præfertur communi opinioni. Sequitur *Ioannes Andreas, Abb.* ibi idem dicit *in capit. fin. de sententia, & re iudicata*; sequuntur *Antonius Cardinalis in dict. capit. si vir. Felinus in capit.* 1. *de constitution. column. penult. vers. tertio limita, & in capit.* 1. *column.* 2. *vt lite non contestata.* Cum itaque *Bartoli* opinio sit probabilis, & benignior, sequenda est ad finem, vt matrimonia contracta

5 sustineantur. Secundò facit, quod iuxta omnes Parochus non est minister in Sacramento matrimonij; sunt enim ipsi coniuges ministri; sed eius præsentia requiritur pro testimonio magnæ auctoritatis in hoc Sacramento, & hoc significat præsentia, vt intersit: nec voluntas, seu consensus eius requiritur, quemadmodum nec in alio teste, *ex leg. coram, ff. de verbor. significat.* & ita fuit declaratum ab Illustrissimis interpretibus Sacri Conc. Trid. vt refert *Ledesma de matrim. quæst.* 45. *art.* 5. nec etiam interest matrimonio tamquam auctoritatem præstans, cum eius voluntas, & approbatio non requiratur, quæ requiritur in habente præstare auctoritatem. *Gloss. & Bart. in leg.* 3. *ff. de auctorit. tut.* requiritur igitur eius præsentia pro testimonio magnæ auctoritatis, & quamuis inter testes non connumeretur, id in effectu eius præsentia operatur; sicut in simili habetur *in cap. cum esses, de testamentis*; quod testamentum factum coram Parocho, & duobus, vel tribus testibus valet: quo loco licet Parochus non numeretur inter testes, vt ibi dicunt *Imola, Anania, Anchar.* tamen in effectu eius præsentia requiritur pro testimonio magnæ auctoritatis. Cum enim sit Pater spiritualis animarum, præsumitur, quod non patietur committi falsitatem. Ita dicit *Speculator de instrum. edit. §. compendiose*; subdens, quod si loco presbyteri parochialis interessent duo testes, valeret testamentum; sequitur *Abb. in dict. cap. cum esses, in lectura, num.* 7. *& in repet. notab.*

penul.

*penul.* dicit: Nota vnum casum, in quo plus valet testimonium sacerdotis, quàm alterius; ex quibus sequitur, quod præsentia Parochi in matrimonio requiritur pro testimonio magnæ auctoritatis, nec loco illius ex Concil. Tridentin. alij substitui possunt, prout in testamento, sed in testibus habemus regulam claram, quod absque titulo communis error sustinet gesta coram illis, si tempore actus reputabantur habiles, *leg. 1. C. de testamen.* in qua habetur, quod si in testamento fuerunt adhibiti aliqui testes serui, qui prohibentur interesse testamentis, si tempore testamenti reputabantur liberi, non inualidatur testamentum, si postea detegatur seruitus; & hic notandum, quod in dictis testibus prohibitis requirebatur habilitatio, & dispensatio, quæ est plusquam titulus. Tertiò considerandum, ex voluntate Episcopi potuisse Sacristam celebrare dicta matrimonia ex Concil. Trid. *cap. 1. sessione 24. de reformat. mat.* ergo præsumendum est, Episcopum consensisse, vt matrimonia celebrarentur à Sacrista, donec Parochus reclamauerit, vel fuerit discussum, ad quem tale munus pertineret; & scientia præsumitur in Episcopo, cum teneatur visitare, ex dictis per Rotam *decis. 7. de præben.*
6 *in antiquioribus*, vbi dicit, Episcopum præsumi habere scientiam vacationis beneficij in sua diœcesi, cum teneatur illam visitare. Idem dicit *Lapus alleg. 50. Abb. in capit. qui diuersitatem, de concess. præbendæ.* Cum igitur præsumatur scientia Episcopi, sequitur quod consensisse censeatur fauore Reipublicæ, ne matrimonia in dubium reuocentur, donec Parochus reclamauerit, *iuxta notata per Felinum in capit. nonne, de præsumptionibus*, faciunt dicta per *Iasonem in dict. leg. Barbarius, num. 52.* quo loco sequendo opinionem, quod gesta per Notarium putatiuum sine titulo non valeant, limitat, quando daretur scientia, & patientia Superioris habentis potestatem creandi Notarios, *ex Antonio in capit. 1. de fide instrum. & alijs.* Quartò adducitur, quod si omnia matrimonia coram Sacrista celebrata, declararentur nulla, esset timor scandali, ne aliqui contrahere recusarent cum puellarum macula, quæ cognitæ reperiuntur, & alia scandala oriri possent: quo casu etiam si matri-
7 monium fuisset inter coniunctos contractum cum dispensatione Apostolica subreptitie obtenta, tolerari, & dissimulari deberet per Episcopum, vt dicit Summus Pontifex *in cap. quia circa, de consang. & affinitate.* Præterea fauore matrimonij toleratur maior error, nempe qualitatis personæ, si fuerit virgo, vel corrupta, vel fortunæ inter coniuges, qui sunt ministri, *cap. 1. 29. quæst. 1.* multo minus erit tolerare errorem testis, qui communiter pro idoneo reputabatur, nec est minister in hoc Sacramento, quemadmodum ipsi coniuges. Concludo igitur, matrimonia à Sacrista celebrata non esse in dubium reuocanda, cumque ad hunc tantum finem, vt præterita matrimonia tolerentur, habendum fore pro proprio Parocho, salua semper decla-

ratione Illuſtriſſimorum Interpretum Sacri Concilij Trid. Quod verò ad matrimonia futura, ſeruanda eſt forma Conc. Trident. *cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrim.* & ita fuit ſeruatum in Curia Neapolitana in caſu relato, in Praxi.

*SVMMARIVM.*

1 *Nundinæ, & mercatus an poſſint tolerari per Epiſcopos in diebus feſtiuis.*

2 *Conſuetudo an ſit attendenda circa obſeruationem feſtorum; ſed vide latius in Annotatione.*

3 *Conſuetudo contra ius debet eſſe 40. annorum.*

4 *Laici non obſeruantes feſta, quomodo compellantur per Cur. Archiep.*

5 *Conſuetudo circa inobſeruantiam feſtorum eſt corruptela, & prohibetur etiam conſuetudo futura.*

6 *Epiſcopus an poſſit indicere feſta in ſynodo ſine conſenſu populi.*

7 *Epiſcopi præſentes in Curia interueniunt in canonizatione Sanctorum, & dant votum.*

## De nundinis, & mercatis, an poſſint tolerari in diebus feſtiuis.
## Cap. LXII.

1 IN Ciuitate Neapolitana in Eccleſia Diuæ Mariæ Annunciatæ; & in Eccleſiâ Spiritus ſancti, in earum feſtiuitatibus, cum duobus alijs diebus ſequentibus, fiebant nundinæ, quæ fuerunt ſublatæ per Curiam Archiepiſcopalem ex bulla Pij V. incipiente, *Cum primum Apoſtolatus officium*, in qua diſtrictæ præcipitur Ordinarijs locorum, quod feſta obſeruari faciant, ne in eis fiant opera ſeruilia, mercatus, profanæ negociationes, & iudiciorum ſtrepitus; quæ verba, *præcipimus*, obligant inobedientes ad peccatum mortale, iuxta communem Doctorum opinionem *in capit. nam concupiſcentiam, de conſtitut.* vbi late *Felin.* tanto magis, quando additur diſtrictè, vel arctè præcipimus, *vt in cap. dolentes, de celebrat. Miſſarum, vbi Ioan. Andr. Anton. Abb. & Clem. dudum, in principio, de ſepult. Nauar. capit. 23. nu.* 53. & ſic nec poterant per Archiepiſcopum tolerari dictæ nundinæ abſque peccato mortali. Et cum magiſtri dictarum Eccleſiarum habuiſſent recurſum ad Vrbem, Sacra Congregatio Concil. Tridentin. reſcripſit, *nundinas ſublatas ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo non eſſe amplius reſtituendas*. Si verò conſuetudo eſſet in contrarium, aliud videretur dicendum, iuxta tradita per *Nauar. in cap. 13. num. 5.* dummodo ſit legitimè præſcripta,
3 quæ cum ſit contra ius, requiritur ſpatium quadraginta annorum. *Abb. Ant. Rocchus de Curte, & magis communis opinio in caput. fin. de conſuet.* Item in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, vt cum omni
4 veneratione dies feſtiui celebrentur, laici, non obſeruantes feſta in ciuit. & diœc. Neapol. ex edicto dictæ Curiæ tenentur ſoluere libras centum ceræ laboratæ, & in ſubſidium imponitur pœna excommunicationis; & talis executio fit per curſores præfatæ Curiæ; nec exigitur, niſi tantum pœna Carolenorum trium; grauior tamen

pœna

pœna in festiuitatibus Natiuitatis Domini, & Paschatis Resurrectionis, & multò grauior à resistentibus cursoribus, suum officium exequentibus; de quo etiam aliqua tetigimus supra *in cap. 13.*

Notandum circa dicta in Praxi, de consuetudine circa obseruationem
5 nem festorum, quæ iuxta Doctores est attendenda, vt non procedat post Bullam Pij Quinti, præsertim quoad dies dominicos, & solemnitates Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum Apostolorum; quando quidem consuetudo, quoad has præcipuè solemnitates dicitur prauus abusus, & corruptela, vt habetur in Bulla Pij Quinti, *Cum primum Apostolatus officium*, ibi, *abusus prauos*, & proinde quando est corruptela, non potest induci consuetudo futura, etiam ex cursu temporis immemorabilis, *iuxta Glossam communiter receptam in cap. 1. de consuetudine, in sexto, in verbo, non existit.* Quare consuetudo, de qua fit mentio in Praxi, non est intelligenda post Bullam prædictam, præsertim de dictis solemnitatibus ex dicta Bulla, quidquid Doctores dicant.

Sed quæritur, an Episcopus in Synodo possit indicere festa obser-
6 uanda de præcepto absque consensu populi. *Abbas in cap. fin. de ferijs,* quem sequitur *Imola, & Barbat.* dicit, esse acquirendum populi consensum, per *textum in d. cap. fin.* ibi, *cum clero, & populo*, & quia agitur de præiudicio populi, & Episcopus non potest statuere in præiudicio aliorum, *cap. vestra, de locato,* declarat, vt sufficiat populi præsentia, absque contradictione. Dicit etiam contradictionem populi non esse attendendam, quando populus non habet legitimam causam contradicendi, vt quia Episcopus vult inducere obseruationem alicuius Sancti, qui traxit originem ex illo loco. Contrariam opinionem tenet *Antonius de Butrio*, vt non requiratur populi consensus, quia in his, quæ tendunt in animæ fauorem, quilibet est subiectus Episcopo, *cap. cum sit, de foro competenti, cap. nouit, de iudicijs, cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi,* & hæc est verior opinio, quam latè comprobat *Cassaneus in Catalogo Gloriæ mundi, 3. par. consid. 48.* nec *Abbas* respondet dictæ rationi *Antonij de Butrio*. Non obstat *cap. fin. de ferijs*, quia non probat, quod Episcopus debeat indicere festa cum clero, & populo; sed quod festa, quæ duxerint Episcopi veneranda, celebrentur à clero, & populo; & prædicta intellige de Sanctis canonizatis ab Ecclesia, quia solus Papa canonizat Sanctos, *cap. 1. de Reliquiæ, & veneratione Sanctorum*. Benè ve-
7 rum est, quod in canonizatione Sanctorum Papa publicè in Consistorio requirit vota Episcoporum, qui reperiuntur præsentes in Curia; & ita fuit obseruatum anno præterito 1608. in canonizatione Sanctæ Franciscæ Romanæ. Facit *Glossa in cap. Anastasius, in verbo, consilio, distinct. 18.* tradit etiam *Cassaneus dicta par. 3. consid. 50.* & Episcopi sunt in hac quasi possessione ex voluntate Summorum Pontificum.

SVM-

## *SVMMARIVM.*

1 *Præsentationes multiplicatæ quot esse debeant ad finem probandi Iuspatronatus.*

2 *Tempus immemorabile, ad finem probandi Iuspatronatus, quot annorum esse debeat.*

3 *Patronus, qui est in quasi possessione præsentandi post Concilium Tridentinum, an teneatur semper docere de titulo in qualibet vocatione; & aliter remoueri debeat à quasi possessione.*

4 *Præsentationes multiplicatæ ad probandum Iuspatronatus, an omnes debeant esse antiquissimæ.*

5 *Immemorabilis non suffragatur, quando apparet de initio inualido; & procedat cum mala fide.*

6 *Vsurpatio Iurispatronatus in quibus personis præsumatur.*

7 *Testes de vniuersitate an probent Iuspatronatus vniuersitatis.*

8 *Præsentationes continuatæ per quot tẽporis spatium debeant esse in personis, in quibus præsumitur vsurpatio.*

9 *Continuatæ præsentationes an dicãtur, si vna intermedia non sit continuata.*

10 *Præsentationes continuatæ per spatium 50. annorum, an debeant esse vltimæ, vel sufficiat, quod sint intra tempus immemorabile.*

11 *Iuspatronatus vniuersitatis an probetur per testes, si scripturæ sint deperditæ.*

12 *Præsentatio quando dicatur sortita effectum.*

13 *Iuspatronatus an acquiratur ex sola constructione, fundatione, vel dotatione, sine reseruatione.*

14 *Iuspatronatus probatum ex immemorabili quasi possessione, quomodo censeatur probatum, an ex fundatione.*

15 *Iuspatronatus an probetur ex confessione Episcopi.*

16 *Præsentationem debet sequi institutio, & captura possessionis, vt constituat aliquem in quasi possessione præsentandi.*

17 *Libri visitationum non probant Iuspatronatus, & quid probent.*

18 *Institutus, appellatione pendente ab institutione, an possit capere possessionẽ.*

19 *Iuspatronatus quomodo transferatur titulo legati.*

20 *Consensus an possit impetrari in donatione Iurispatronatus, post mortem donatarij.*

21 *Patronus, si est in quasi possessione, & præsentauit, si lis ab alio ei moueatur, qui prætendat ius præsentandi, an debeat impediri institutio.*

22 *Patronus qui variare possit.*

23 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium.*

24 *Patroni, quorum vnus habet medietatem vocis; quatuor verò aliam medietatem, si habens medietatem, & vnus ex illis quatuor præsenteut vnum, reliqui tres alium, quis præferatur.*

25 *Tria instrumenta antiquissima enunciatiua Iuspatronatus, quando illud probent.*

26 *Confessio partis quando probet Iuspatronatus.*

27 *Præsentationes fuisse sortitas effectum, probatur, quando vnus per alterius vacationem præsentatus, & restitutus fuit.*

28 *Consensum Episcopi in donatione Iurispatronatus posse subsequi post mortem donatarij, alijs probatur, & Rota Romana auctoritate.*

De

De probatione Iurispatronatus post Concilium Tridentinum latè. Cap. LXIII.

FRequentissima est in Curia Archiepiscopali Neapolitana materia probationis Iurispatronatus post Concilium Tridentinum *cap.9. sess.25. de reform.* de qua multi multa dixerunt, præsertim *Paris. de confidentijs*, *quæst.28.* ego verò aliqua succinctè, quæ in Praxi in Curia Archiepiscopali occurrerunt, & quotidiè occurrunt, enucleabo. Et primò solet dubitari, quot præsentationes debeant esse intra tempus immemorabile, dum Conc. *d. cap.9.* dicit, debere esse multiplicatas, & fuit dictum ad minus debere esse tres; nam multitudo consistit in tribus. *Gloss. in l.1. §. hoc rescripto, ff. ad Syllanianum. Gloss. in §. fin. institut. de iure personarum. Fiuizanus* etiam aduertit *in decis.17.* facit *decis.7. de iure patron. Achill. de Grassis*, vbi habetur, ex tribus antiquissimis præsentationibus probari Iuspatronatus.

1 Secundum dubium, quot annorum debeat esse tempus immemorabile, ad probandum Iuspatronatus: & communis opinio est, quòd longissimum tempus, & immemorabile intelligatur centum annorum. *Cinus, Baldus in l.2. C. de seruitutibus. Capella Tholosana decis.440. Cranet. de antiquit. tempor. in 1. part. num.2. 3. Menoch. de arbitrar. casu 3. Parisius vbi supra*, qui multos cumulat. Contrariam opinionem, quòd tempus immemorabile sit minus centum annis, tenent *Crauetta vbi supra, Menoch. dicto casu 3. & cons.2. lib.1.* & hanc opinionem crebriorem, & tutiorem dicit *Simon de Pretis, de interpretatione vltimarum voluntatum, lib.5. dubitat.4. num.231. & sequent.* propter hominis vitam valdè abbreuiatam; & existimant, Iudicem id debere arbitrari, secundum locorum aerem, & vitam inhabitantium, vt tempus septuaginta annorum dicatur aliquando longissimum, vel immemorabile. Sequitur *Fiuizanus d. dicta decis.17.* & id videtur verius.

2 Tertium dubium, an patronus, qui est in quasi possessione præsentandi post Concilium Tridentinum, si de nouo vacet beneficium, & iterum præsentet, teneatur ad instantiam Fisci de nouo docere de titulo, vel prius debeat fieri institutio, & manuteneri in possessione; & in Curia Archiepiscopali fuit pluries allegata quædam declaratio Sacræ Congregationis *super dicto cap.9.* quæ ita se habet; Patronus repelli non debet à sua quasi possessione, si adhibita causæ cognitione post Concilium Tridentinum, est in possessione præsentandi; & Curia pluries decreuit patronum esse manutenendum in sua quasi possessione, saluis iuribus Fisco in petitorio; alias nunquam daretur finis litibus: & solet dici, quòd sententia facit de albo nigrum; secus si ante Concilium; nam *in dicto cap.9.* irritat iure patronatus, cum sua quasi possessione; nisi probetur titulum iuxta formam *dicti cap. 9.* quod procedere respectu ordinarij, seu Fisci, non patronorum; (quia ius non resistit,) dicit *Fiuizanus d. decis.17.*

4 ciſ. 17. num. 16. Quartum dubium, an omnes præſentationes, ſaltem tres debeant eſſe de tempore immemorabili? & omnes debere eſſe antiquiſſimas, tenet *Finizanus d. cta deciſ. 17.* ex verbis Concilij *dicto capit. 9.* ibi (*ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam*.) Contrarium fuit determinatum in Curia Archiepiſcopali, quòd ſufficiat adeſſe vnam, ſaltem de tempore immemorabili, & alias ſequentes; alioquin rarò probabitur Iuſpatronatus; & probationum facultas non eſt anguſtanda, *l. quoniam, C. de hæreticis, cap. quamquam, 14. quæſt. 2.* & verba Concilij fuit intelligenda ciuili modo, *l. ſi cui, ff. de ſeruitutibus*. Quin-
5 tum dubium, an ſuffragetur immemorabilis, quando conſtat de initio inualido vitioſi tituli à principio? Et veritas eſt, quòd non ſuffragatur, vt dicit *Crauetta de antiquitate temporum, par. 4. cap. abſolutis, num. 3. Couar. in regul. poſſeſſor. 2. part. §. 8. num. 4.* Sic etiam non procedit immemorabilis, quando apertè conſtat de mala fide. *Gloſ. & Franchus in cap. 1. de præſcript. in 6. Balbus de præſcriptionib. in 3. par. principali, de bona fide, quæſt. 6. Couar. vbi*
6 *ſupra*. Sextum dubium, quænam ſint perſonæ, in quibus præſumitur vſurpatio Iuriſpatronatus vltra vniuerſitates, & communitates expreſſas *in dicto cap. 9.* Sacra Congregatio cenſuit, tales eſſe potentes de familia, nempe Vrſinorum Sabelliorum, & ſimilium. *Puteus deciſ. 57. lib. 1. Pariſius dicta quæſt. 28.* Idem in Baronibus, & alijs habentibus iuriſdictionem perpetuam temporalem, cenſuit Sacra Congregatio; quod intelligo, quando tales prætendunt habere Iuſpatronatus in loco, in quo exercent iuriſdictionem, non in alio. Item Iuſpatronatus parochianorum præſumitur ex vſurpatione. *Puteus dicta deciſ. 57.* Septimum du-
7 bium, an teſtes de vniuerſitate probent Iuſpatronatus vniuerſitatis? & non probare, dicit *Pariſius dicta quæſt. 28.* Sed in oppoſitum videtur veritas; quia in cauſis non criminalibus, quæ non afferunt commodum, vel incommodum hominibus vniuerſitatis ſingulis, vt ſingulis; ſed ſolùm ipſi vniuerſitati, teſtes de vniuerſitate probant, etiam ſi alij adeſſent. *Abbas, Felinus, Decius, in cap. inſuper, de teſtibus. Bart. in l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſione. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. caſu 106. qui teſtatur de communi*. Nec allegata *deciſ. Rota 134. lib. 2. per Pariſium* obſtat, ſi benè conſideretur.
8 Octauum dubium, an in perſonis, in quibus præſumitur vſurpatio, debeant eſſe præſentationes continuatæ per tempus immemorabile, vel per ſpatium quinquaginta annorum? & debere eſſe omnes continuatas, ſcilicet vnam poſt aliam, per ſpatium temporis immemorabilis, videtur tenere *Pariſius dicta quæſt. 28. num. 156.* Contrarium fuit dictum in Curia Archiepiſcopali; quia Concilium id non dicit; ſed quòd ſint continuatæ per ſpatium 50. annorum, vt ex eius verbis cla-
9 rè colligitur. Nonum dubium, quæ dicantur continuatæ præſentationes?

nes? & tales dicuntur, quando vna sequitur aliam, est enim continuatio rerum coniunctio, & subordinatio, quarum extrema inuicem se contingunt, vt latè per *Marcum Antonium Bardum in tractatu de tempore vtili, cap. 1. Parisium dicta quæst. 28.* Sed difficultas est, si non omnes præsentationes intra tempus quinquaginta annorum sint continuatæ, sed adsit aliqua intermedia non continuata, an sit satisfactum Concilio? Et videtur, quòd sic; quia verba sunt intelligenda ciuili modo, *d. l. si cui, ff. de seruitutib.* vt scilicet maior pars præsentationum sit continuata; & dicitur continuum, etiam si aliquis actus sit intermedius. *Anton. Abbas, Felin. in proœmio Decretalium, Dominicus Franchus in proœmio sexti, Doctores in l. 1. ff. soluto matrimonio.* Sed in contrarium videtur veritas, quòd debeant omnes esse continuatæ; quia id ponitur pro forma, quæ est adimplenda specificè, & non largè interpretanda; *l. qui hæredi, l. Mæuius, ff. de condit. & demonstrat.* & tales præsentationes continuatæ per spatium quinquaginta annorum, quæ probentur authenticis scripturis,
10 non est necesse, quòd sint vltimæ, seu nouissimæ, sed sufficit, quòd sint intra tempus immemorabile; nec Concilium Tridentinum dicit contrarium; & proinde probationum materia non angustanda, vt supra
11 dixi. Decimum dubium, si scripturæ authenticæ sunt amissæ, an possit probari amissio, & tenor scripturarum per testes? & difficultatem facit Concilium, quòd non confidit testibus, quando præsumptio est vsurpationis, quia hoc modo de facili eluderetur dispositio Concilij, & vbi militat eadem ratio, habet locum eadem iuris dispositio, *l. illud, ff. ad leg. Aquiliam, l. adigere, §. quamuis, ff. de Iurepatron.* sed in contrarium videtur veritas; siquidem, etiam quando probatio per scripturas est de substantia, si sunt deperditæ, admittuntur testes, *textus clarus, in cap. cum olim essemus, de priuil.* debent tamen testes, super amissione scripturæ deponentes, plura deponere, quæ notant *Gloss. Innocent. Anton. & alij in dict. cap. cum olim*, & faciliter eorum depositio reijci potest, propter talia multa requisita, vt notat *Afflict. decis. 301.* Vndecimum dubium, quid sibi velint illa verba Concilii *d. cap. 9.* Aliasque secundum iuris dispositionem, *Parisius dicta quæst. 28.* dicit, quòd indicant alium modum acquirendi Iuspatronatus ex constructione, dicens, quòd satis dicitur constructa Ecclesia, si domus, aut fundus pro constructione assignetur, vt dixit *Rota Caputaquens. decis. 133. par. 2. post Rocchum, de Iurepatronatus, in verbo, & fundauit, quæst. 9.* Alij dicunt, quòd possunt etiam intelligi de multiplicatis præsentationibus per tempus quadraginta annorum, ad finem præscribendi Iuspatronatus aduersus alium patronum, quòd sufficit, non aduersus Ecclesiam, iuxta *Lambertinum, de Iurepatronatus, 2. par. 1. lib. 5. artic. 11. quæst. p incip.* nec Concilium id sustulit. Duo-
12 decimum dubium, quando præsentatio dicatur sortita effectum? & tunc intelligitur, quando fuit secuta institutio, & capta possessio, ex

Cons.

*Conf. Calderin. 17. de Iurepatronatus*, quem sequuta est *Rota Caputaquens. decis. 141. & 337. par. 2.* Decimum-
13 tertium dubium, an ex sola fundatione, dotatione, vel constructione absque expressa reseruatione, acquiratur Iuspatronatus, & probetur? Et communis opinio est, quòd acquiratur Iuspatronatus absque aliqua reseruatione. Ita *Staphil. de litteris gratiæ, fol. 54. Cardin. Abbas, Felin. in cap. significauit, de testibus*; præsertim per illum textum. *Lambertin. de Iurepatron. in 1. par. lib. 1. artic. 4. 2. quæst. princip.* qui testatur de communi, licet ipse dubitet de dotante. Et quod acquiratur ex fundatione absque reseruatione, fuit pluries decisum in Rota Romana, signanter in vna diœcesis Diacens. portionis, 16. Decembris 1591.
14 coram Illustrissimo Pamphilio. Decimumquartum dubium, quomodo intelligatur probatum Iuspatronatus ex multiplicatis præsentationibus, per tempus immemorabile, si ex priuilegio, dotatione, vel fundatione, aut constructione? & Sacra Congregatio censuit, intelligi probatum ex fundatione. Item *Cassadorus decis. 7. de Iurepatr. Achill. de Grassis decis. 7. eodem tit.* & hoc modo intelligendæ sunt collationes Summi Pontificis Beneficiorum, dummodo constet esse de Iurepatronatus ex fundatione, vel donatione; quia sufficit probare multiplicitas præsentationes per
15 tempus immemorabile. Decimumquintum dubium, an hodie per confessionem Episcopi probetur Iuspatronatus, iuxta *Decium in authent. si quis in aliquo, C. de edendo*, & latè tradita per *Mascard. conclus. 99.* & non probari, cum sit data certa forma à Concilio, asserit decisum fuisse in Vrbe, *Parisius dicta quæst. 28. num. 250.* Decimumsextum du-
16 bium, an in personis, in quibus non præsumitur vsurpatio, sufficiat probare multiplicatas præsentationes, sine secutis institutionibus? & veritas est, quòd non, cum non possit patronus dici in quasi possessione, quam intendit Concilium, nisi sequatur institutio, & sit capta possessio, iuxta *dictum Consil. Calderini, 12. de Iurepatron. & Rotam dicta decis. 132. & 339.* & probata institutione, intelligitur probata præsentatio, quæ præsentatio præsumitur facta in tempore, iuxta *Parisium latè, vbi supra, num. 237.* Vltimò notandum iuxta eundem *Parisium, num. 229.* quòd illa verba Concilij, *Et alijs iure requisitis ostendatur*, intelliguntur de alijs scripturis, & concessionibus, ex quibus potest constare de titulo dotationis, vel fundationis Iurispatrona-
17 tus. Notandum etiam, quod libri visitationum, licet plenè probent quoad visitationem personarum, sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium visitantium, iuxta *decisionem Veralli 158.* non tamen probant Iuspatronatus, cum fiant sine causæ cognitione, quæ requiritur in probatione Iurispatronatus ex Concil. Trident. Item no-
18 tandum, quòd frequenter in Curia Archiepiscopali Aduocati dicunt præsentatum, facta institutione, esse immittendum in possessionem, non obstante appellatione interposita ab institutione, *ex Lambert. de Iurepatron.*

*patron. in 5. artic. 11. quæst. princip. 2. par. 2. lib.* cuius opinio non est recepta in Curia Neapolit. *ex Lancellotto de attent. cap. 12. limit.* 49. qui dicit, Rotam iudicasse contra Lambertin. Fallit in beneficio curato, ex bulla Pij V. *In conferendis*. Præ-
19 terea quædam alia in Praxi occurrentia notanda censui. Primò, quòd Iuspatronatus potest in alium trāsferri titulo legati, vel donationis; & si in laicum, requiritur consensus Episcopi; si verò in Ecclesiam, non requiritur. *Abbas, & alij communiter in cap. cum sæculum, de Iurepatron.* sed difficultas est, an valeat legatum Iurispatronatus futuri, sine consensu Episcopi, nempe; si testator mandauit creari beneficium, & quòd esset patronus illius, talis extraneus, nullo interueniente consensu superioris: & in hoc casu veritas est, quòd ista voluntas potest mutari, & non dicitur Iuspatronatus; & hæredes ipsius testatoris, siue donatoris, erunt patroni, cum postea interuenerit consensus Episcopi. Ita notabiliter *Lambert. de Iurepatron. 2. part. lib. 1. 5. artic. 6. quæst. princip. ex Card. in d. cap. cum sæculum.* Secundò
20 notandum, fuisse resolutum in Curia Archiepiscopali, assensum Episcopi posse subsequi in donatione Iurispatronatus, etiam quando donatarius esset mortuus; ita quòd hæredes ipsius possent impetrare assensum ab ipso Episcopo, *ex doctrina Afflict. in cap. 1. de probib. feud. alienand. per Federicum, quæst.* 34. Item fuit resolutum in Curia, quòd quando aliquis est in quasi posses-
21 sione Iurispatronatus, & post præsentationem mouetur sibi lis ab aliquo, prætendente Iuspatronatus non debet retardari institutio. Idem dicendum, si fuerit mota lis ante litis contestationem: quia fructus præsentationis, ortus ex quasi possessione, non subiacet amplius restitutioni, *ex doctrina Abb. in cap. cum venissent, de restit. in integrum, & Lambert. de Iurepatron. 1. par. 2. lib. in*
22 *4. artic. 3. quæst. princip.* Ad hæc notandum, quòd patronus Ecclesiasticus, qui præsentauit, non potest variare; laicus verò sic, *cap. cum autem, de Iurepatr. & ibi omnes*; & ista variatio laici est intelligenda, vt possit cumulare, sed non recedere à prima præsentatione, nisi ex causa; quia peruenit ad eius notitiam, præsentatum non esse idoneum, vel indignum. *Lambert. 2. par. 2. lib. 22. artic. 7. quæst. princip.* Non tamen posset cumulare vltra duos. *Calder. in cons. 16. de Iurepatron.* latissimè *Lambert. 23. artic. d. quæst. 7.* & quia patroni, quando præsentant, iurant non variare, nec cumulare, cautela est, vt obtineant absolutionem à iuramento; alias variatio, seu cumulatio non est admittenda à superiore. Si tamen patronus constituat procuratorem ad præsentandum, & iuret non reuocare, aliud est; quia posset reuocare, quamuis esset periurus; secus, si iurauit non præsen-
23 tare, nec cumulare; quia cum præsentatio fiat coram superiore, ille debet eam reijcere, vt latè per *Lambert. 16. art. d. 7. quæst. princip.* Insuper notandū, quòd Iuspatronatus præsumitur hæreditarium, & transit ad hæredes, etiam extraneos; & qui non probat, se esse hæredem, quamuis sit consanguineus, non admittitur

tur ad præsentandum. *Abb. latè in d. cap. cum sæculum, de Iurepatron.* & dicit *Federic. de Senis, consil.* 106. quòd excluditur filia dotata non succedens patri, prout in Regno nostro, stantibus masculis; si tamen testator ordinauerit, quod ad hæredes sanguinis transeat, Iuspatronatus transibit ad eos, etiam quòd non sint hæredes, vt dicit *Petrus de Anchar. in consil.* 81. latè *Lambert.* 2. *par.* 1. *lib.* 2. *artic.* 2. *quæst. princip.* Vlterius
24 notandum, quòd cum in Iurepatronatus succedatur in stirpes, & non in capita, *Clem. si plures, de Iurepatron.* si plures hæredes vnius, qui habebat vocem cum altero, qui hæredes pro vno habentur, discordant inter se, an sit attendenda maior pars eorum, vel habebitur ratio, etiam minoris partis, si minor pars concurrat cum alio compatrono, habente medietatem vocis; ita quod præsentatus à compatrono habente medietatem vocis, & minori parte hæredum, præferatur præsentato à maiori parte? & veritas est, quòd attenditur maior pars eorum, & minor pars non est in consideratione, sed absorbetur à maiori; ita quòd, si sint discordes cum compatrono principalis, magis idoneus erit præferendus; alias erit locus gratificationi. Ita *Cardin. Imola, Bonif. & alij, in dicta Clement. si plures, Lambertin. qui testatur de communi,* 2. *par.* 1. *lib.* 27. *artic.* 1. *quæst. princip.*

Numero primo in fine, vbi allegatur *decisio septima de Iurepatronatus, Achill. de Grassis*, notandum,
25 quòd illa decisione dicitur Iuspatronatus, ex fundatione, & dotatione probari ex tribus instrumentis antiquissimis, enunciantibus Iuspatronatus spectare ad aliquem de iure, vel de consuetudine. Animaduertendum, hanc decisionem esse intelligendam, concurrente quasi possessione, quia dictæ enunciatiuæ probant tantum famam. *Bald. & Paul. in leg. cum aliquis, C. de iure deliberandi. Aretin. consil.* 42. & dato, quod à principio fuerit Iuspatronatus, cum per tempus immemorabile nihil appareat de Iurepatronatus, censendum est, spatio tanti temporis Ecclesiam præscripsisse libertatem. *Cumanus consil.* 84. *num.* 3. & ita fuit resolutum in Rota Romana in vna Barchinonen. vnionis, quinta Decembris 1597. coram Domino Gipsio, fuit etiam adducta *decis.* 2. *Cassador. de probationibus.*

Numero decimoseptimo, Notandum fuisse resolutum in Rota
26 Romana, per confessionem partis non probari Iuspatronatus, iuxta decretum Sacræ Congregationis Concilij, relatum à Rota; verum Rota determinauit per confessionem partis probari Iuspatronatus in præiudicium confitentis, concurrentibus alijs adminiculis, & coniecturis, & intellexerunt domini declarationem Sacræ Congregationis, vt procedat, quando quis sola confessione innititur. Ita fuit decisum coram Illustrissimo Pamphilio in vna Regiensis Prioratus, 9. Maij 1586. *Cassadorus decis.* 7. *de Iurepatronatus. Puteus decis.* 36. *lib.* 3. *Peregrin. decis.* 63. *lib.* 2. *Achill.* 1. *de Confess.*

Num. 18. in fine, ibi: Probata insti-

institutione, intelligitur probata
27 præsentatio. Adde, idem fuisse decisum in Rota Romana in vna Bononiensi Iurispatronatus 25. Maij 1587. in qua fuit dictum, probari præsentationes, & institutiones fuisse fortitas effectum, ex quo vnus per alterius vocationem præsentatus, & institutus fuit, *ad consil. Oldrad. 229. Lambert. lib. 2. part. 2. art. 7. quæst. 10.*

Num. 21. Vbi dicitur, assensum Episcopi posse subsequi, non solum
28 post mortem donantis, sed etiam post mortem donatarij, aduertendum, quod contrariam opinionem, vt non possit subsequi post mortem donantis in præiudicium hæredis, tenent *Abb. in disputat. Augerio. Lambert. de Iurepatr. part. 2. lib. 1. art. 17. part. 7. in princ. Afflict. decis. 235. Ferret. consil. 33. Socinus Iun. consil. 79. num. 37. volum. 2. post Iserniam. Camerarius latè in leg. Imperiali de prohibita feudi alienatione, per Feder. Put. decis. 16. lib. 2.* Contrariam opinionem, quod post mortem donantis, etiam in præiudicium hæredis, qui alium præsentauit, possit subsequi, tenet *Rota decis. 17. de Iurepatron. in antiq.* quia consensus Episcopi non requiritur ad validandam donationem, quia potest subsequi, *capit. cura, capit. suggestum, de Iurepatron.* sed requiritur ad translationem Iurispatron. in donatarium: itaque contractus donationis fieri potest in præiudicium donatoris, sed non translatio Iurispatron. sine consensu Episcopi, & hæredi non fuit hoc medio tempore ius quæsitum aliter, quam penes defunctum esset, qui non poterat venire contra donationem, nec poterit filius: & eandem opinionem tenet *Dec. consil. 639. num. 4. Ioan. de Silua de benefic. quæst. 6. num. 11. Franc. Marc. decis. Roland. consil. 97. num. 57. iuncto num. 37. volum. 1.* & ita fuit determinatum in Hispania *in leg. 8. parte 1. tit. 15.* vbi *Gregorius Lopez* dicit, per illam legem decidi, magnam quæstionem, late *Vincent. Maxilla super consuetudine ciuitatis Bari in consuetudine, Ecclesias, de Sacrosanct. Eccles.* vbi dicit, rationes Dominorum de Rota præponderare rationibus *Abb.* & secundum hanc posteriorem opinionem fuit iudicatum in Rota Romana in vna Pientina beneficij hoc anno 1609. coram Domino Coccino.

## *SVMMARIVM.*

1 *Exempti omnes, etiam Regulares, tenentur accedere ad publicas processiones.*
2 *Processiones publicæ quæ dicantur.*
3 *Regulares an teneantur accedere ad orationem quadraginta horarum extra propria monasteria.*
4 *Regulares, qui absunt à ciuitate, an teneantur accedere ad publicas processiones.*
5 *Clerici, qui teneantur accedere ad processiones.*
6 *Bulla Greg. XIII. super præcedentia in processionibus.*
7 *Confraternitates laicorum an teneantur accedere ad processiones.*
8 *Controuersiæ si oriantur inter laicos in processionibus, an ad Episcopum spectet illas dirimere.*

N 9 Cano-

9 *Canonicus, qui primo adeptus fuit possessionem, præfertur antiquiori in Data, quoad præcedentiam in choro, voce in Capitulo, & alijs propter maiora onera, quæ subijt in Ecclesia.*

10 *Archidiaconus quando præferatur Archipresbytero in delatione Sanctissimi Sacramenti, & alijs functionibus.*

## De processionibus. Cap. LXIV.

1 EX Concilio Tridentino *cap. 13. sess. 25. de regular.* possunt ab Episcopo compelli accedere ad processiones publicas omnes exempti, tàm clerici sæculares, quàm Regulares, exceptis illis, qui in strictiori clausura viuunt. Quæ autem sint istæ processiones, & quomodo, & ad quas Ecclesias sint dirigendæ, Sacra Congregatio remittit arbitrio Episcopi, nempè si indicantur pro bono publico, vel aliàs sint solitæ, & publicæ, vt in festo Corporis Christi, in Litanijs maioribus, in Iubilæis, in Rogationibus, vel vt
2 dicit *Abb. in cap. nimis praua, el secondo de excessibus Prælat. & in cap. dilectus, de offic. Ordin.* quæ fiunt ex magna causa, vt in nouo aduentu Episcopi, vel Legati, vel imminente peste, vel alio flagello, & similibus.
3 Declarauit tamen Sacra Congregatio, non teneri Regulares accedere ad Ecclesias extra propria monasteria pro celebratione orationis
4 40. horarum; sed quando toti populo dicta oratio indicitur, tenentur in proprijs Ecclesijs huiusmodi orationi vacare. Declarauit etiam, non teneri Regulares exemptos accedere ad processiones, si absunt à ciuitate vltra dimidium
5 milliare. Solet autem dubitari, an omnes clerici teneantur accedere ad processiones; & de iure, secundum *Felin. in dict. capit. dilectus,* non tenentur accedere, nisi qui coguntur venire ad synodum; sed ad synodum tenentur solum accedere regulariter habentes curam animarum, *Gloss. in cap. quòd super his, de maior. & obedientia,* & omnes alij beneficiati, vt in Concil. Trident. *sess. 24. de reformat.* & successiuè solum prædicti tenentur accedere ad processiones. *Archidiaconus verò in capit. quando, distinct. 38.* dicit, quòd omnes clerici diœcesis tenentur accedere ad Litanias, quæ fiunt singulis annis in maiori Ecclesia, scilicet, in Rogationibus, vt ibi dicit *Gloss.* & sic ad processiones publicas, quia ille textus æquiparat Litanias, & synodum; & omnes clerici diœcesis tenentur accedere ad synodum, secundum ipsum. Verum Sacra Congregatio Concil. Trident. declarauit his verbis: *Congregatio Concilij censuit, clericos omnes diœcesanos, quantumuis exemptos, si beneficia etiam simplicia in diœcesi obtineant, teneri & compelli posse ab Episcopo, vt accedant ad processiones.* Item declarauit, vt non solum beneficiati, sed etiam obtinentes officium in Ecclesijs, teneantur accedere ad processiones; & officium obtinere potest dici, qui deseruit pro capellano, etiam in Ecclesijs exemptis; & Neapoli ita seruatur. Si autem clerici longe abessent à ciuitate, ex consuetudine non tenentur

nentur

nentur accedere, vt dicuntur *Gemin. & Præpos. in dict. cap. quando, sed tantum vicini*. De præcedentia verò in processionibus inter Regulares, & clericos sæculares, multa tradit *Cardin. Alexand. in capit. Concilia, §. Episcopos, 17. distinct. quem vide*. Placet tamen hoc loco referre bullam Gregor. XIII. super præcedentia in processionibus, quæ talis est.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

6 E*Xposcit, & infra. De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, seu iuris præcedendi sunt, ij, (quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tàm publicis, quàm*
7 *priuatis præcedere debeant: quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi, inter Fratres quidem mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuersiæ; inter Confratres verò inter se litigantes ij, qui prius saccis vsi sunt, in processionibus, tàm publicis, quàm priuatis præcedere debeant: ita vt, si contigerit noua monasteria, aut domos alicuius ordinis mendicantium erigi in loco, in quo alterius ex dictis mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, & instituta sint, ille ordo, qui prius monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat.*

8 Præterea fertur, Sacram Congregationem censuisse, confraternitates laicorum non posse compelli accedere ad processiones; sed tantum Episcopum posse eos inuitare.
9 Sed est dubium, an ad Episcopum spectet definire controuersias, quæ inter confraternitates laicorum, quando accedunt ad processiones, oriri solent, quemadmodum inter Ecclesiasticos potest, *iuxta dict. cap. 13*. & quod ad Episcopum spectet, facit, quòd laici in omnibus actionibus spiritualibus, & concernentibus cultum diuinum, subsunt iudicio Episcopi, *Bar. in l. fi. ff. de colleg. illicitis, quoad temporalia, iudicibus laicis*. Sequitur *Nauar. cons. 3. de foro compet.* vbi declarans, quæ sint istæ actiones spirituales, censet esse actum confitendi, communicandi, audiendi Missas, sepeliendi mortuos in loco sacro, vel non sacro; cum illis, aut illis cæremonijs. Item præscribere modum, & ordinem incedendi in processionibus, comitandi Sanctiss. Sacramentum, deferendi habitum. Idem tenet *Io. Vinc. de Anna doctor eximius in suo singulari tertio*, dicens non potuisse Consilium Neapol. iudicare super præcedentia in possessionibus inter certas confraternitates laicorum, cum sit causa spiritualis, quamuis inter laicos. Sciendum etiam, Sacram Congregationem nuper rescripsisse Curiæ Archiepiscopali Neap. omnes exemptos teneri accede-

cedere ad proceſſiones, *iuxta dict. cap. 13.* etiam ſi haberent priuilegium in limine fundationis in contrarium.

Quæritur, quis debeat præcedere ex canonicis, prior in Data, vel prior in poſſeſſione, licet ſit poſterior in Data: & dicendum eſt, canonico, qui prius accepit poſſeſſionem, deberi præcedentiam in ſtallo, in Choro, voce in capitulo, & alijs; ratio eſt, quia honor iſte datur antiquiori canonico propter eius maiora onera, quæ in Eccleſia ſubijt, per *text. in leg. 2. C. de officio magiſtri officiorum*, ibi, *vel labor prolixior fecerit anteire*, & per *text. in leg. fin. C. de tyronib. lib. 12.* ibi: *Niſi cui, & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur. Gloſſ. not. in c. fin. in verbo, antiquiores*, ibi: *de conſuetud. in ſexto*; faciunt plura adducta per *Caſſan. in Catal. Glor. mund. part. 4. conſil. 76. & part. 11. conſil. 17.* & ita ex prædictis fuit deciſum in Rota Romana in vna Vicentina præcedentiæ 27. Aprilis 1594. coram Gipſio: nec ad rem facit, quod primo loco prouiſus, licet in poſſeſſione poſterior præferatur ſecundo loco prouiſo, *capit. eum, qui, de præben. in ſexto*, & iuxta latè tradita per *Gloſſ. in capit. ſi ſoli, in verbo, infirmitatem, de conceſſione præbendæ in 6.* quoniam id procedit in iuribus, quæ ſimul cum ipſa re transferuntur: ſed non in illis prærogatiuis, & præeminentijs, quæ cohærent perſonæ, & illam ſequuntur, cum ratione alicuius qualitatis ei conceduntur, vt in propoſito caſu propter maiora onera conſiderauerunt Domini de Rota, & hæc nota.

Item quæritur, an Archipreſbyter præferatur Archidiacono abſente Epiſcopo in celebratione Miſſarum in diebus ſolemnibus,
10 delatione Sanctiſſimi Sacramenti in eius feſto, benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum, & alijs huiuſmodi actibus, & functionibus ſacerdotalibus: & videtur quòd ſic, *in textu claro in capit. officium, de officio Archipresb.* vbi abſente Epiſcopo huiuſmodi munia ad Archipresbyterum pertinent. Quare Doctores conſtituunt regulam, quod Archidiaconus præcedit Archipresbyterum in adminiſtratione, ſed Archipresbyter præcedit Archidiaconum in diuinis. *Gloſſ. in capit. primo, de offic. Archipresbyt. Felin. in rubrica de maiorit. & obedientia. Boerius latè in tract. de auctoritate magni conſil. num. 73.* & hæc eſt veritas, quæ tamen recipit notabilem limitationem, vt non procedat, quando Archidiaconus eſt in presbyteratus ordine conſtitutus, tunc cum ſit par etiam in ordine, & maior in adminiſtratione, debet præcedere Archipresbyterum in prædictis functionibus, niſi conſuetudo obſtaret. Ita dicit *Oſtien. in capit. primo, de officio Archipresb.* quem ſequuntur *Ioannes Andreas, Antonius, Abb. Card. Anchar. Bellarm.* qui dicit, hoc eſſe menti tenendum; & eſt communis opinio, quæ fuit à Sacra Congregatione rituum approbata, etiam ſi Archidiaconus eſſet ſacerdos ex deuotione, non ex neceſſitate Eccleſiæ; ita pluries determinauit, & principaliter in vna

Regien-

Regienſis 9. Decembris 1600. his verbis : *Cenſuit Congregatio, Archidiaconum dictæ Eccleſiæ, qui prima dignitas poſt pontificalem exiſtit, & ſacerdos nunc eſt, non quidem ex obligatione, ſed ex ſua voluntate, & deuolutione in decantatione Miſſarum in diebus ſolemnibus, delatione Sanctiſſimi Sacramenti, benedictione Candelarum, Cinerum, & Palmarum, & alijs huiuſmodi actibus, & functionibus ſacerdotalibus, Epiſcopo abſente, præferendum eſſe Archipresbytero, neque allegatam conſuetudinem, quæ legitimè probata non fuit, eidem Archipresbytero ad excludendum Archidiaconum ſacerdotem in caſu, de quo agitur, ſuffragari.* Idem fuit determinatum inter Archidiaconum Sanctæ Agathæ, & Decanum, qui erat ſecunda dignitas, die 23. Martij 1602. Idem in vna Iuuenacenſi die 17. Nouembris 1607. Idem in vna Barenſi die 19. Ianuarij; & fuit dictum, prædicta munia abſente Archiepiſcopo, vel impedito, ſpectare ad primam dignitatem, vel ea impedita ad ſecundam, & ſucceſſiuè ad tertiam, vel quartam, & omnibus dignitatibus abſentibus, vel impediti, ad primum, vel ſecundum Canonicum, dummodo in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti ipſa prima dignitas, vel primus Canonicus præſens Miſſam cantet: quod ſi præſens fuerit, & cantare noluerit, illa dignitas, vel Canonicus Sacramentum deferat, qui Miſſam celebrauit. Quod verò ad diſtributionom Miſſarum, & Veſperarum infra annum, ſeruandam eſſe conſuetudinem Eccleſiæ. Idem anno 1609. in fauorem Archidiaconi Viterbienſis ſacerdotis fuit dictum.

## SVMMARIVM.

1 *Beneficia coram Ordinarijs quibus ex cauſis reſignari poſſint.*

2 *Reſignatio beneficij clerici ſcandaloſè viuentis, ſine alia cauſa ab Ordinarijs recipi poteſt.*

3 *Beneficia tria, non ſufficientia ad victum, ſine diſpenſatione obtineri non poſſunt.*

4 *Beneficia, quæ vacent ipſo iure per aſſecutionem aliorum.*

5 *Beneficia ſub eodem tecto quæ retineri poſſint.*

6 *Pœna nulla imponitur Ordinario, admittenti reſignationem ſine cauſa; ſed reſignatio eſt nulla.*

7 *Beneficia reſignata coram Ordinarijs non poſſunt ab ipſis conferri ſuis, vel reſignantium conſanguineis, vel familiaribus.*

8 *Beneficij, ad cuius titulum qui eſt ordinatus, ſi reſignationem admittat Ordinarius, ipſe tenetur alere reſignantem, & reſignatio valet.*

8 *Beneficia, lite pendente, an reſignari poſſint, quando inquiſitus per ſententiam veniret priuandus beneficio.*

10 *Reſignationem beneficij non poteſt recipere, qui ex priuilegio confert.*

11 *Permutatio beneficij ex qua cauſa fieri debet.*

12 *Capellaniæ duæ ſunt beneficia vniformia, & non poſſunt retineri ſub eodem tecto, ſine diſpenſatione Apoſtolica.*

13 *Capellaniam obtinens ſub eodem tecto ſi adipiſcatur ſecundam, prima*

N 3 *vacat,*

*vacat, & si vult possidere primam, amittit vtramque.*

14 *Beneficia difformia sub eodem tecto, quando retineri possint, & an sit facienda mentio eorum coram Summo Pontifice.*

15 *Beneficia plura, tria, vel quatuor, si sint de Iurepatronatus, an possint retineri absque dispensatione Apostolica.*

16 *Beneficium incompatibile an vacet ipso iure per assequutionem alterius incompatibilis, si non est dignitas, personatus, vel curatum,* iuxta cap. de multa, de præben.

17 *Beneficium primum non vacat per adeptionem secundi, nisi quis adipiscatur possessionem secundi.*

18 *Beneficia coram Papa possunt resignari appellatione pendente à condemnato ad priuationem beneficij, etiam data scientia impetrationis factæ à Papa.*

19 *Impetrans beneficium possessum ab homicida absque dispensatione Apostolica, non tenetur probare homicidium probationibus clarissimis, prout in causa criminali, sed prout in causa ciuili.*

20 *Fructus quomodo diuidantur inter resignantem, & resignatarium, & inter hæredes defuncti beneficiarij, & successorem.*

21 *Annus à quo mense computetur.*

## De resignationibus beneficiorum. Cap. LXV.

QVotidie dubitatur, quando Ordinarius possit recipere resignationes beneficiorum? super quo emanauit bulla Pij V. incipiens, *Quanta*, anno 1568. quam substantialiter referam. Præcipitur enim in ea, resignationes quorumcumque beneficiorum esse nullas, & irritas, si ab Ordinarijs recipiantur, sine aliqua ex infrascriptis causis; nempe, si resignantes sint.

1 *Senio confecti*. Qui verò dicantur senes, remittitur arbitrio boni viri. *Menoch. de arbitrarijs, casu 59.* qui considerata qualitate personæ, iudicabit senem 50. 60. vel 70. annorum; & consideratis etiam oneribus beneficijs. *Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 5. quæst. 6.*

*Aut valetudinarij*. Quòd etiam remittitur arbitrio Iudicis. *Menoch. casu 60. num. 5. eodem lib.* & est communis. *Parisius vbi suprà*, & dicta infirmitas debet esse frequens, adeò vt beneficiatus non possit muneri sibi iniuncto satisfacere. *Geminianus in cap. 1. clerico ægrotante, in 6.*

*Aut corpore impediti*. Vt sunt leprosi, paralytici; laborantes scabiei specie, quam Physici Drioram vocant; Apoplectici, habentes morbum comitialem; lunatici; laborantes morbo Gallico, qui producit vlcera; habentes chiragram continuam, vel frequentem, siue manum tremulam.

*Aut corpore vitiati*. Vt sunt cæci, claudi, habentes manum mutilatam, crus abscissum, vel adeò contractum, vt sit opus ligneo pede. Gibbosi, habentes pedem fractum cum magna deformitate, *iuxta Archid. in cap. hinc etenim, distin. 49.* & tandem *secundum Parisium, vbi suprà*, diminuti qualibet parte corporis notabili.

*Aut*

*Aut crimine obnoxij*. Exemplifica in casibus, in quibus clerici sunt priuandi beneficijs, *arg. capit. nisi cum pridem, de renun.* vt sunt homicidæ, simoniaci, adulteri, concubinarij, qui post monitiones non resipiscunt, sustinentes excommunicationem per annum, vel vltra, *iuxta Abb. & alios in capit. 1. de iudicijs*. Periuri, *Felin. in capit. ex parte, de rescriptis*. Blasphemi *c. si quis per capillos, 22. quæst. 1.* & similia delicta committentes.

*Censurisque Ecclesiasticis irretiti*. Vt sunt excommunicati, suspensi, vel interdicti, *iuxta cap. quærenti, de verbor. signif.*

*Aut qui nequeunt Ecclesiæ, vel beneficio inseruire*. Vt sunt omnes irregulares, exules, & similes. Potest etiam poni exemplum in eo, qui habet capellaniam in ciuitate Neapolitana; & obtinuit beneficium, requirens residentiam in alia diœcesi, & non potest commode inuenire substitutum, qui celebret Missas in dicta capellania, vt sæpè contingit in hac ciuitate; quia poterit admitti resignatio capellaniæ, cum id dicatur fieri non posse, quod commode fieri nequit, *l. nepos Proculo, ff. de verb. signific.*

2 *Aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire*. Vt sunt, qui turpiter, & scandalosè viuunt, qui licet possunt seruire, tamen propter scandalum non debent; & tales posse priuari, dicit Concil. Trident. *sess. 21. de reform. cap. 6.* & ex scandalo inducitur irregularitas. *Ostien. & Abb. in cap. cum de tua, de corpore vitiatis*; vel alij, qui in seruitio Ecclesiæ probent scandalum; vt sunt lunatici, patientes stomachi languorem, siue vomitum, illiterari, imperiti, quibus dandos esse coadiutores, dicit Concilium Tridentinum, *de refor. sess. 21. d. cap. 6.*

3 *Seu qui vnum, aliud, vel plura beneficia obtinuerit; aut quos ad aliud contigerit promoueri*. Quod intelligi debet, quando simul retineri non possunt, vt si vnum sufficiat ad victum, Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 17.* quod si non sufficit ad victum, non potest obtineri, nisi aliud tantum; sed non tria, vel plura, sine dispensatione Papæ; quamuis non sufficiant ad victum; & ita seruatur in Vrbe; quicquid dicat *Hoiedus de incompat. benefic. 2. part. c. 1.* & Illustrissimus, & Reuerendissimus Card. Gesualdus Archiep. Neap. obtinuit à Papa potestatem dispensandi cum obtinentibus quinque beneficia simplicia, non sufficientia ad victum. Quæ autem dicantur sufficientia, remittitur arbitrio boni viri; iuxta latè tradita per *Nauar. in miscell. 61. de oratione*, & per *Parisium vbi suprà*, est enim habenda ratio nobilitatis, dignitatis personæ, litteraturæ, familiæ, consuetudinis regionis.

Hinc arbitror, canonicum Neapolitanum posse obtinere beneficium, cuius redditus ascendant ad ducatos quingentos singulis annis, sine dispensatione; nec habenda est ratio de patrimonio, quod potest clericus conseruare, & redditus beneficij in proprios vsus conuertere. *Innoc. & Abb. in capit. Episcopus, de præben. Couar. in cap. 2. de testam.*

Notandum, quòd per assecutionem alterius beneficij, sufficientis ad victum, non vacat primum
4 beneficium ipso iure; nisi dicta beneficia essent curata, dignitates, vel personatus, de quibus solum loquitur *textus in capit. de multa, de prabendis*, vel si quis adipiscatur alium canonicatum in eadem Ecclesia; tunc primus vacat ipso iure, *capit. litteras, de concessione prabend. Hoiedus, de incompatibil. beneficior. cap.* 12. vel si quis adipiscatur aliud beneficium sub eodem tecto, quando est vniforme, *dict. capit. literas*. Alia verò beneficia incompatibilia non vacant ipso iure; sed datur electio, *capit. referente, capit. praeterea, de prabend. Nauarr. consil.* 17. 18. *&* 19. *de prabendis*. Quando tamen quis adipiscitur secundum beneficium curatum, dignitatem, vel personatum, tenetur primum simile quàm primum verbaliter, & de facto coram Ordinario, & cum publico testimonio dimittere, & resignare; alias carebit vtroque, vt *in extrauag. Execrabilis, de prabendis*. Et ex praedictis
5 notandum summopere putaui; nam frequenter in Curia Archiepiscopali occurrere solet, quòd beneficia plura sub eodem tecto retineri non possunt, si sunt vniformia, seu similia, vt duo canonicatus, & duae dignitates; secus si difformia, *Lapus allegatione* 117. *Felin. in cap. ex parte de rescript. Miles in repert. in verbo, beneficia. Rebuff. in praxi de non promotis intra annum. Nauarr. in consil.* 16. *de praben.* & est communis, quidquid dicat *Hoiedus, vbi supra, capit.* 20. & difformia sunt duae capellaniae cum onere celebrandi Missas secundum aliquos; sed vide in Annotation. Item canonicatus, cum capellania. Item Thesaurarius potest retinere capellaniam in eadem Ecclesia. *Nauarr. consil.* 16. *&* 21. *de prab.* Item rectoriam, & capellaniam licet habere. *Lapus dict. alleg.* 117. quem sequitur *Franch. in capit.* 1. *de consuetud. in* 6. Tria verò beneficia, etiam difformia sub eodem tecto non possunt retineri sine dispensatione Papae, prout seruatur in Vrbe. Est etiam aduertendum, quòd alia beneficia vltra praedicta, quae diximus vacare ipso iure per assequutionem aliorum, quamuis sint incompatibilia cum alijs, non vacant ipso iure, etiam post Concil. Trident. *cap.* 4. *sess.* 7. *de refor.* vt censuit *Rota diuersorum, part.* 1. *decis.* 484. *Nauarr. dict. consil. de praeb. vide Annotationem*.

*Aut ingressuri religionem, vel matrimonium contracturi, si statim re ipsa id exequantur*. Sponsalia verò non sufficiunt, & si Episcopus admittat resignationem illius, qui ingressus est religionem, non potest illud conferre ante professionem, *iuxta cap. beneficium, de regul. in* 6.

*Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij commorari*. Istae sunt causae, quae ponuntur in dict. constit. Pij Quinti, nulla tamen imponitur poena
6 Ordinarijs, admittentibus resignationes sine causa, vel aliqua ex praedictis; sed tantum resignatio est nulla, vt optimè aduertit *Parisius vbi suprà*. Imponitur tamen in d. bulla

7 bulla pœna Ordinarijs conferentibus beneficia, ex prædictis causis resignata suis, vel resignantium consanguineis, affinibus, familiaribus; etiam per fallacem circuitum multiplicatatum in extraneos collationum; vt sint suspensi à collatione beneficiorum, & officiorum, electione, præsentatione, confirmatione, institutione; & quoad Capitula, & conuentus, imponitur suspensio à diuinis, donec à Papa absolutionis beneficium consequantur; & collationes talibus factæ sunt nullæ, & irritæ. Debent tamen Ordinarij animaduertere, quòd constituti in sacris, si volunt ex prædictis causis resignare beneficia, debent habere vnde se alant; nisi ingressuri sint religionem, vt in dicta bulla Pij V. continetur.

8 Est etiam notandum, quòd ex Concil. Trid. *cap. 2. sess. 21. de reform.* beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus in sacris, resignari non potest, nisi aliunde habeat vnde se alat; & mẽtionem faciat, quòd ad illud beneficium fuit promotus? & quod habet, vnde viuere possit. Declarasse tamen, refertur Sacra Congreg. Conc. Trid. quod si Ordinarius admisit resignationem beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, resignatio tenet; sed Ordinarius tenetur administrare alimenta de proprio, dicto resignanti. *arg. cap. Episcopus, de præbend.* de qua declaratione facit mentionem *Paris. dicto tract. lib. 2. quæst. 6.*

9 Notandum etiam in materia resignationis beneficiorum, quòd frequenter in Curia Archiep. Neapol. dubitari solet, an beneficia possint resignari, inquisitione pendente; quando inquisitus veniret priuandus beneficijs in sententia, tàm coram Papa, quàm coram Ordinario. Dicunt aliqui, quod possunt resignari simpliciter, etiam post conclusum in causa; etiam appellatione pendente à sententia priuationis: non tamen ad fauorem alterius, quando testes sunt recepti, & nihil restat, nisi sententia ferenda, & dicit esse communem opinionem *Parisius dicto tractatu, lib. 3. quæst. 16.* nec quando inquisitus sciuit impetrationem factam à tertio de suo beneficio; quia tunc non potest renunciare in fauorem alterius. Ita *Parisius vbi supra, ex Butrio cons. 43. Boer. decis. 205. Lancellott. de attentatis, cap. 5. num. 10.* latissimè *Dominus Campanilis, super titul. 6. Curiæ Archiep.* qui multa dicit, sed vide Annotationem.

10 Notandum etiam, quòd laicus, qui ex priuilegio habet potestatem conferendi aliqua beneficia, vt est Rex in hoc Regno, non potest recipere resignationes beneficiorum, vt dicit *Cardinal. in Clement. 1. de renunciat.* vbi etiam *Imola*, nec immemorabilis suffragatur laico incapaci: *Ioan. Monachus, & Ioan. Andreas, in cap. 2. de præbendis, in 6. Parisius lib. 7. quæst. 10.* & sic anno 1599. D. Cæsar Foglia, Rector S. Angeli, ad signum, fuit coactus resignare dictum beneficium in manibus Illustriss. & Reuerendiss. Card. Arch. licet ei fuisset collatum à Prorege, & fuit dictum non esse verum, quòd dicit *Paris. d. quæst. 10.* quod Proreges Regni Neapolitani ex priuilegio recipiant resignationes, quia non

non reperitur tale priuilegium.

Circa permutationem beneficiorum, ex qua causa fieri debeat: Respondetur, quod propter necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, *cap. quæsitum, de rer. permutat. & ibi Abb. testatur de communi*: expedientia autem personarum, & vtilitas sola personarum etiam sufficit, *cap. cum vniuersorum, vbi Glossa, in verbo, vtilitati, & Abb. eodem tit.*

Notandum primò, quidquid dicat *Nauar.* duas capellanias, vel duo
12 altaria cum onere celebrandi Missas dici beneficia vniformia, & propterea sub eodem tecto retineri non possunt, iuxta veriorem opinionem *Gemin. & Anchar. in cap. 1. de consuet. in 6.* propter rationem textus, sed statim per adeptionem secundæ vocat prima, *iuxta cap. 1. de consuetud. in 6.* & ita fuit resolutum in Rota Romana, in vna Toletana Capellaniæ, quarta Iunij 1590. coram Illustrissimo Mantica, & 15. Februarij, 1591. coram Illustrissimo Pamphilio, & sic requiritur dispensatio Papæ.

Secundò notandum, quòd si obtinens vnam capellaniam in Eccle-
13 sia, adipiscatur alteram in eadem Ecclesia, prima vacat: & si post adeptam secundam velit se intromittere in prima, amittit vtramque, *per textum, in cap. eum, qui, de præbend. in sexto*, in quo habetur, *quod qui se scienter in aliquo beneficio intrudit, ipso iure priuatur eo, quod prius obtinebat*: qui textus fuit intellectus a Dominis, vt procedat non solum in beneficijs cum cura, sed etiam sine cura, dummodo sint incompatibilia, vt sunt beneficia vniformia sub eodem tecto, vt sentit *Archid. in cap. eum qui, num. 2. Gemin. num. 7. Franc. num. 1.* & procedit ille textus etiam in eo, qui absque vi, sed iniustè occupat beneficium: nam textus loquitur alternatiuè de eo, qui beneficium vi occupat, seu si scienter iniustè, & ideò sufficit alteram partem esse veram, *l. si hæredi plures, ff. de condit. & demonstrat. in l. si quis ita stipulatus, ff. de verbor. obligat.* neque obstat, quod *dicto cap. eum qui*, procedat in eo, qui sine vllo titulo scienter se intrudit in alio beneficio, vt sentit *Bonifac. in Clement. si plures, num. 4. de præbend. & Gygas, de intruso, num. 3. & 4.* quia per assecutionem capellaniæ secundæ fuit extinctus titulus prioris Capellaniæ, *Clement. Gratiæ, de rescriptis*, & perinde habetur, ac si nunquam illum titulum habuisset. *Sarn. in regul. de triennali, quæst. 18. num. 1. in fine*, nec facit, quod expectatiua quamuis reuocata tribuat titulum coloratum. *Mohed. decis. 184. Sarnen. de triennali, quæst. 24. num. 4. Caputaquens. decis. 312. lib. 3.* quia hoc intelligitur ad effectum spolij, & in odium spoliatoris; quia spoliatus ante omnia est restituendus, *cap. litteris, de restitut. spoliator.* ita notabiliter Domini dixerunt *in d. decis.* & quod notandum est, nullam habuerunt rationem de allegata ignorantia iuris; quia *Gloss. in d. cto cap. eum, qui*, excusat propter ignorantiam facti, sed non propter ignorantiam iuris; vt in istis terminis post *Geminianum in consil. 78.* tradit *Probus in additione ad Monachum, in dicto cap. eum qui, sub num. 3. versic. ex præmissis*, & idem est scire, ac scire debe-

debere, *l. quod te, ff. si cert. petat. cum similibus.* Potuit itaque scire, & ignorare non debuit, maximè quod ista ignorantia est iuris satis clari, vt latius per Dominos fuit declaratum, & responsum alijs oppositionibus: & non fuit habita ratio, quod prima Capellania erat de Iurepatronatus. Nota igitur prædicta, quia sunt singularia, & practicabilia.

14 Tertiò quæritur, an beneficia difformia indistinctè possint retineri sub eodem tecto, vt Canonicatus cum Capellania, & similis? Respondetur, quod ab Ordinario obtineri possunt, si ita habeat consuetudo, quod obtineantur in eadem Ecclesia, vel statutum Ecclesiæ, aut dispensatio Episcopi. *Gloss. in cap. 1. in verbo, nisi vnicum, de consuetud. in sexto. Ioannes Andreas, Abbas in cap. litteras, de concess. præbend.* ita se habere consuetudinem generalem, dicit *Lambertinum, de Iurepatronatus, lib. 2. par. 1. quæst. 7. artic. 15.* si verò habens beneficia difformia sub eodem tecto à Papa debet in narratiua dicere, quòd duo beneficia sub eodem tecto obtinentur ex dispensatione Apostolica, vel ex consuetudine, & narratur consuetudo hoc pacto, videlicet: *Quæ insimul obtineri consueuerunt absque dispensatione Apostolica*: & talis narratiua est necessaria. Quod si in supplicatione nihil fuisset expressum, supplendum esse ex officio alterum illorum ad electionem partis, & aliter litteræ non expedirentur, & dicta narratiua est iustificanda. Ita fuit notabiliter resolutum in Rota, 26. Iunij 1591. in vna Iuuenacensi Archipresbyteratus, coram Illustrissimo Pamphilio, habita etiam sententia Abbreuiatorum de Parco maiori, & fuit conclusum, narrantem in sua gratia se obtinere canonicatum cum capellania sub eodem tecto ex dispensatione Apostolica, teneri iustificare dispensationem Apostolicam, non obstante, quod dicta beneficia obtineri possint absque dispensatione Apostolica, sed ex dispensatione Ordinarij, vel consuetudine propter stylum Cancellariæ; & ex vulgari regula, quod omnia narrata tanquam pars gratiæ sunt verificanda. *Fel. in c. constitutio, in princ. de rescript.* Itaque in impetratione à Papa requiritur dispensatio.

15 Quartò quæritur, stante dispositione Concilij Tridentini, quod obtinenti vnum beneficium sufficiens ad victum, non possit aliud conferri: an procedat, si beneficium non conferatur; sed præsentetur à patrono ad Iuspatronatus, & sic, an plura beneficia de Iurepatronatus obtineri possint: & in Rota Romana, in vna Cæsaraugustana Capellaniæ, 16. Martij 1577. coram Cardinali Seraphino fuit resolutũ, quod habens vnum beneficium, non possit aliud obtinere, etiam si præsentetur ad Iuspat. & *in d. dec.* asseritur, fuisse resolutũ per Illustriss. Interpretes Congr. Concil. non oriri incompatibilitatẽ respectu adeptionis, sed tantum respectu retẽtionis; itaque habens vnũ beneficiũ, potest præsentari ad aliud, & adipisci, sed nõ retinere sine dispensatione: & ita dicitur in alijs causis fuisse in Rota receptum; militat planè in beneficijs de Iurepatr. ratio Conc. Trid. *d. c. 17.* ne vnus plurium officia occupet.

16 Ad-

16 Aduertendum etiam, quod quãuis Rota tenuerit, vt dicitur in Praxi, beneficium incompatibile non vacare per assecutionem alterius incompatibilis, si nõ sunt personatus, dignitates, vel beneficia curata, *de multa, de præbend.* tamen postea Rota mutauit sententiam, & sequuta est declarationem Illustrissimorum interpretum Sacri Concilij Tridentini, quod vacet quodlibet beneficium incompatibile per assecutionem alterius incompatibilis, etiam si non sint de cõtentis *in cap. de multa*. Ita fuit dictum coram Illustrissimo Pamphilio, in supradicta Toletana Capellaniæ, 15. Februarij, 1591. in qua fit mentio dictæ declarationis: & re vera Concilij Trid. *cap. 4. sess. 7. de reform.* qualiter loquitur, nec se restringit *ad cap. de multa*; sed ponit dictionem, *præsertim*, quæ exprimit aliũ casũ, vt clarũ est.

17 Item notandum est, quod per assecutionem beneficij incompatibilis, vt vacet primum, requiritur perceptio fructuum de æquitate, *cap. si tibi concesso, de præbend. in 6. & ibi per Doctor.* ne interim beneficiatus cogatur mendicare: *addit. ad decis. 3. de præbend. in nouis*; neque obstat, quod assecuta possessione vacet primum, nec possit dimitti, secundum ex notatis per *Gemin. & Franch. in dict. cap. si tibi*, quia non procedit, quando ante assecutionem fructuum est mota lis, quæ impedit vacationem primi. *Clem. si plures, de præbend.* fuit dictum coram Reu. P. Domino Seraphino, vltima Maij, 1591. in vna Placentina portionis.

18 Circa *num. 9.* animaduertendum, in Rota Romana haberi pro indubitato, quod beneficia possint resignari appellatione pendente à condemnato ad priuationem beneficij, & possunt resignari ad fauorem, etiam si habeatur notitia collationis factæ per Papã in casu priuationis: quare in vna Canonicatus Legionens. 15. Februarij, 1593. coram Illustriss. Arrigonio fuit dictum, resignationem Canonicatus factã post appellationem à condemnato ex diuersis criminibus in pœnam perpetui carceris, & deportationis, & priuationis Canonicatuum, & omnium beneficiorum, & admissam appellatione pendente, fuisse validam, & impetrantem à Sede Apostolica esse excludendum. *Antonius de Butrio in consil. 43. num. 2. Crescent. decis. 6. num. 3. de renunc.* nec potest dici, huiusmodi resignationem esse in fraudem collationis *factæ*, tanquam de canonicatu vacãte per priuationem, & merito non esse admittendum, ad tradita per *Butrium in dicto consil. 43.* quia *Butrius* loquitur in resignatione facta in manibus Ordinarij, etiam post habitam notitiam de collatione facta à Papa; secus vbi tractatur de resignatione facienda in manibus eiusdem Pontificis; & pendente iudicio nullitatis, & iniustitiæ, non potest dici vacare canonicatum per priuationem. *Antonius August. decis. 3. lib. 1. Puteus decis. 30. lib. 1.*

19 Sed hic obiter quæro de casu pulchro, cum fuerit aliquid dictum de impetratione beneficij à Papa, propter delictum: pone, quod aliquis impetrauit beneficium à Summo Pontifice, certo modo, ex quo qui illud obtinebat ante impetratio-

tionem commiſerat homicidium, nec impetrauerat diſpenſationem: An homicidium debeat probari, prout in criminalibus, probationibus luce meridiana clarioribus, *iuxta l. fin. C. de probat.* vel ſatis ſit probare, prout in cauſa ciuili, & beneficiali, & ſic in leuioribus. Et in Rota Romana fuit iſte notabilis caſus deciſus in vna Caſalenſis, ſeu nullius Præpoſituræ, 9. Iunij, 1597. coram Gipſio, & fuit dictum, quod impetrans beneficium vacans, quod poſſidebatur ab homicida, abſque impetratione diſpenſationis, tenetur probare homicidium, ſed prout in cauſa beneficiali, non criminali, in qua requiruntur probationes luce meridiana clariores. Et die quarta Iulij, 1597. fuit declarata cauſa ciuilis non obſtante inſcriptione, quia non agebatur criminaliter ad pœnam, ſed tantum ad probandum vacationem.

20 Quæritur de dubio quotidiano, ſi reſignetur beneficium, quomodo fiat diuiſio fructuum pendentium inter reſignantem, & reſignatarium? Iſta quæſtio dependet ab illa, quomodo ſint diuidendi fructus inter hæredes beneficiati defuncti, & ſucceſſorem, in qua communis opinio eſt, quod cum beneficiarius æquiparetur vſufructuario, fructus ante obitum collecti pertineant ad hæredes, pendentes vero ad ſucceſſores, *l. ſi vſufructuarius, ff. quibus modis vſufructus amittatur. Gloſſ. & Doctores, in cap. ſi propter, de reſcript. & in cap. præſenti, de officio Ordinar. in ſexto.* Contrariam opinionem tenet *Albericus in leg. diuortio, num. 12. ff. ſoluto matrimonio.* vt pro rata ſint diuidendi ex ratione *dicta leg. diuortio*, propter onera, quæ ſuſtinet beneficiatus, cum beneficium detur propter officium, *cap. fin. de reſcript. in 6.* Et hanc opinionem veriorem cenſet *Couar. lib. variarum reſolutionum, cap. 15. num. 12.* ſequitur *Auendanus reſponſo 5. num. 1.* & veriorem etiam cenſet *Molina de primogenit. lib. 3. cap. 11. num. 4.* eamque frequentiſſimè in forenſibus controuerſijs receptam vidiſſe teſtatur. Et quidem rationabilis videtur, & eam Couarruuias extendit ex eadem ratione ad renunciantem beneficium Eccleſiaſticum, & ante eum idem tenuit *Andr. Barolus in l. 1. C. de annonis ciuilibus lib. 11.* ſequitur *Pariſ. de reſignat. beneficiorum lib. 1. quæſt. 6. num. 80.* vbi approbat opinionem *Couar.* præſertim in beneficijs curatis, & requirentibus reſidentiam propter curam, & miniſteria exhibita: ſed *Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de annon. ciuilibus*, tenet poſt *Albericum in d. l. diuortio*, omnes fructus pertinere ad ſubrogatum, & dicit, eſſe caſum expreſſum *in authent. vt clerici*, qui recedunt, alijs pro eis ſubrogatis, & quia renuncians fuit in culpa renunciando, exemplo vxoris, quæ dat cauſam diuortio, *§. quia verò, in authent. vt liceat matri, & auiæ*: ſed tenet opiniones *Andr. Baroli*: non enim poteſt conſiderari culpa in eo, qui aliquid facit iure permittente, *l. Gracchus, C. de adulterijs*, & reſignatio beneficij permittitur ſine cauſa coram Pontifice, & cum cauſa coram Epiſcopo: declara, in clericis, qui ſine iuſta cauſa ſe abſentant: nam ſubrogatis debentur

tur fructus, & ita loquitur *dicta authent. vt Clerici*, & ibi dicit *Gloss.* vel si clericus priuetur beneficio propter culpam, *argum. vxoris*, & ita intelligo opinionem *Ioannis de Platea*: quod verò ad fructus non pendentes, communis est conclusio, quod pertineant omnes ad resignatarium, de qua testatur *Parisius loco citato*. Quare pro rata temporis diuidendi sunt fructus. Sed quæritur quando annus incipiat, & à quo mense computetur? In iure, in pluribus casibus, hoc est expressum; vt in feudo, *cap. 1. hic finitur*, *l. in fideicommissario*, *l. Herennius*, *ff. de*

21 *vsuris*. Et in alijs dicendum, attendendam esse consuetudinem, qua cessante annus à die Natiuitatis Domini computabitur; sic enim annus simpliciter sumptus semper computandus est: *textus in Extrauag. 1. §. Nos de omnipotentis Dei, de pænitent. in extrauag. communi*, *& in extrauag. quemadmodum*, *eodem titul. Glos. ordin. in extrauag. vnica, de censibus, in verbo, datam. Rota decis. 17. de iudicijs, in antiq. pulchrè, & decis. 2. de verb. signific. etiam in antiquis*.

*SVMMARIVM.*

1 *Concursus in vacatione Ecclesiæ Parochialis quando fieri debeat.*

2 *Concursus non debet fieri, quando cura animarum spectat ad collegium, vel in permutatione parochialium, & quid in Iurepatronatus, & quando ex alia causa omitti possit.*

3 *Episcopus, vel eius Vicarius, an habeant votum in examine per concursum.*

4 *Electio, seu approbatio examinatorum in parochiali, quæ est de Iurepatronatus, ad quem spectet.*

5 *Appellari an possit ab electione facta in concursu.*

6 *Concursus quando fit, an quilibet de populo possit nominare.*

7 *Approbatus tanquam magis idoneus de litteratura, an semper sit alijs præferendus in concursu parochiæ.*

8 *Episcopus conferens parochiam digno, omisso digniori, nō solum peccat mortaliter, sed tenetur ad restitutionem.*

9 *Appellari an possit à reiectione examinatorum.*

10 *Appellari quando possit ab electione Episcopi facta in concursu.*

11 *Minus doctus quando præfertur magis docto.*

12 *Doctoratus qualitas debet esse in magna consideratione in concursu.*

13 *Scientiæ defectus magis inhabilitat ad beneficium curatum, quam defectus ordinum: & ibi latè, qui præferendi sint in concursu.*

14 *Examinatores in approbatione debent exprimere idoneos, & magis idoneos.*

15 *Electus ab Episcopo in concursu minus idoneus, si reportauit sententiam contra, in Curia Romana sequestratur beneficium, & debet condemnari ad restitutionem fructuum.*

16 *Familiaris Episcopi, an possit admitti ad concursum.*

17 *Examinatores promouendorum ad Parochiales Ecclesias debent esse saltem tres synodales, & quid si aliquis moriatur.*

18 *Et quid si vltra tres synodales alij non synodales adhibeantur, & nonnulla alia notatu digna.*

19 *Examen per concursum quando fieri debeat in Iurepatronatus laicorum.*

De

De concursu ad Ecclesias parochiales latè. Cap. LXVI.

1 EX Concil. Trident. *cap.* 18. *seß.* 24. *de reform.* quando vacat Ecclesia parochialis, debet fieri concursus iuxta formam dicti Capituli, alias collatio est nulla, & irrita, & Papæ postea reseruata, vt etiam habetur in Bulla Pij V. incipiente: *In conferendis*; & debet fieri concursus etiam in beneficijs Sedi Apostolicę reseruatis: nam Episcopus proponit edictum concursus, examinat concurrentes, approbat, & transmittit approbationem Sedi Apostolicę, à qua fit prouisio magis idoneo reperto ab examinatoribus synodalibus, vt *in d. cap.* 18. *& in dicta Bulla Pij V. In conferendis.* Fit etiam concursus ab Episcopo, quãdo collatio spectat ad inferiores, quia Cõcilium Tridentinum committit hoc solis Episcopis, vnde alij excluduntur; & ita pluries fuisse resolutum, dicit *Parisius de resignatione benefic. lib.* 8. *quæst.* 9. Fit etiam concursus in parochialibus ex causa resignationis simplicis, vt *in d. cap.* 18. & si Episcopus infra sex menses non cõfert parochialem, seruata dicta forma, collatio deuoluitur ad Papam. Idem, si infra quatuor menses non notificet approbatos Papæ, quando collatio spectat ad Papam. Item quando infra duos menses non instituit præsentatos à patrono laico ad curam animarum, poterit patronus adire Papam, vel Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum, pro institutione, vt habetur *in dicta Bulla Pij V.* Debet etiam fieri concursus, etiamsi Episcopus vellet cõferre parochiam suo Vicario, vel

2 alteri, quamuis doctissimo; nam debet examinari, vt pluries declarasse Sacra Congregatio refertur. Non tamen fit concursus, quando cura animarum spectat ad collegium, *ex cap. statutum, de electione, in 6.* & ita declarauit Sacra Congregatio, in vna Hebdomadaria Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Ioannis maioris de Neapolim; nec fit concursus in permutationibus beneficiorum; nec in resignatione conditionali in fauorem alterius; nec etiam in parochialibus, quæ sunt de Iurepatronatus laicorum; nam in eis seruabitur dispositio *dicti cap.* 18. nisi aliter in fundatione cautum sit: fit tamen concursus in Iurepatronatus Ecclesiastico, quod procedit, etiam si partim Ecclesiasticum, & partim laicale sit; etiam si pro duabus partibus spectet ad laicos, & pro vna ad Ecclesiam, cum in omnibus istis casibus Iuspatronatus iudicetur Ecclesiasticum, & non laicale, iuxta latè tradita per *Rocchum, de Iurepatronatus, in verbo, ius,* 2. *quæst.* & per *Lambertinum, de Iurepatronatus, lib.* 1. *par.* 2. *artic.* 1. *quæst. princip.* & declarauit Sacra Congregatio. Et in istis casibus poterit Episcopus admittere alios clericos, vltra nominatos

3 à patrono Ecclesiastico, nisi in institutione, vel fundatione aliter cautum esset, tunc enim non debebit præsentatus examinari citra concursum, & approbari ab Ordinatio, vt declarauit Sacra Congregatio, & habetur etiam in Archiepiscopali Bononiensi, *de examine per concursum,* quòd fuit approbatum

tum à Sacra Congregatione. Poteſt etiam omitti examen per concurſum, ex cauſa, ſi non ſunt, qui velint ſe ſubijcere examini; vel oriantur aliquæ rixæ; aut ſi ex oblatis nullus idoneus reperiatur; poterit tunc per alios decem dies prorogari examen: quod ſi nemo etiam ſe obtulerit, procedetur ſine examine, vt *in d. cap.* 18.

4 Notandum tamen, quòd examen eſt faciendum coram Epiſcopo, vel eius Vicario, abſque ipſorum voto deciſiuo, & tantum ipſi poſſunt accedere, vbi vota ſunt paria, vel varia, vt declarauit Sacra Congregatio. *Pariſ. d. quæſt.* 9.

5 Item pluribus approbatis in patronatu Eccleſiaſtico, ad patronum ſpectabit gratificatio, ſi ad Epiſcopum ſpectet collatio, non ad inferiorem; cum verò inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligit digniorem, quem patronus præſentat ei, ad quem inſtitutio ſpectat, vt in d. Archiep. Bononienſi, & ita cenſuit Sacra Congregatio.

Item licebit appellare, à mala electione Epiſcopi: verum appellatio interim non ſuſpendit executionem, ex Concil. Trident. *cap.* 18. & bulla prædicta, & tempus quatuor menſium datum Epiſcopis ex bulla Pij V. non currit niſi à die ſcientiæ, vt tenuit *Rota*, rectè *Pariſius, vbi ſupra*.

6 Item notandum, quòd quando fit concurſus, poteſt quilibet de populo aliquos nominare pro cura animarum, vt dicitur *in dicto cap.* 18. & in edicto concurſus in Curia Archiepiſcopali in ſpecie dicitur, vt quicumque aptos ad dictam curam nominare voluerit, nominet.

7 Item notandum, quòd ſi aliquis ex concurrentibus fuerit repertus magis idoneus doctrina, non eſt ſemper præferendus alijs, qui ſunt idonei doctrina; quia poſſunt eſſe magis idonei ætate, moribus, ſufficientia, prudentia; non enim Concilium reſtringit ſe ad litteraturam tantum, vt *in d. cap.* 18.

8 Vltimò menti tenendum, quòd licet Epiſcopus conferendo beneficium digno, omiſſo digniori, peccet mortaliter, & non teneatur ad reſtitutionem; tamen quando ex aliquo ſtatuto, vel lege, beneficium, vel officium debetur digniori, reperto in concurſu, Epiſcopus non ſolum peccat, ſed tenetur ad reſtitutionem, ſi minus digno conferat, iuxta notabiliter dicta per *Nauar. cap.* 17. *num.* 64. de quo vide latius *in Manuali paſtorum, cap.* 38.

Vltra dicta in Praxi plura occurrũt annotãda in materia concurſus.

9 Primò, quod in approbatione idoneitatis videtur grauata conſcientia examinatorum, quo caſu non datur appellatio, *iuxta Gloſ. in cap. ſtatutum*, §. *aſſeſſorem, de reſcriptis, in ſexto, in verbo, relinquitur*. Verum licet non remedio appellationis, tamen via miſericordiæ, & gratiæ implorato ſuperioris officio ſuccurrendum eſt grauato, præſertim vbi agitur de magno præiudicio: & ita eſt intelligenda alia *Gloſ. contraria, in Clement.* 1. *in verbo, oneramus, de Iurepatronatus*, quæ dicit, *Iudicem, ad quem fuit appellatum, debere emendare, quod malefactum eſt*: & ita concordat dictas Gloſſas

*Anto-*

*Antonius*, quem ſequitur *Felin. in cap. ſignificaſti, de homicidio*, & ita fuit reſolutum in Rota Romana in vna Legionenſis beneficij 13. Februarij 1588. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, & fuit dictum, eſſe admittendum ad nouum examen reiectum ab examinatoribus, & ab Epiſcopo pro beneficio ſimplici presbyterali, quem Epiſcopus ordinauerat presbyterum contra diſpoſitionem *cap. accepimus, de ætat. & qualit.* & etiam Sacra Congrega-
10 tio Concilij cenſuit reprobato ab examinatoribus non dari appellationem ab electione Epiſcopi, qui elegit approbatum ab examinatoribus, ſed à reprobatione examinatorum, ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum.

11 Secundo notandum, quod ſi duo in concurſu fuerint æque idonei reperti, & approbati ab examinatoribus ſynodalibus, ſi Epiſcopus eligat vnum, non poteſt alter appellare, prætendens ipſum debuiſſe eligi, quia erat ſacerdos, doctor, pauper, & ſine beneficio: ſiquidem licet qualitas doctoratus, & ſacerdotij ſint in conſideratione, tamen in alio potuerunt eſſe aliæ qualitates, ex quibus fuit approbatus ęque idoneus, & ex bulls Pij V. *In conferendis*, permittitur appellatio tantum, quando appellans docet de dolo, & irrationabili iudicio Epiſcopi, ibi, carnalitatis affectum, & humanæ paſſionis, non rationis iudicium ſequentes, & ibi, conſtito de prioribus eligentis irrationabili iudicio Epiſcopi, quod non colligitur in æque idoneis repertis propter alias qualitates, quæ in approbato, non doctore potuerunt occurrere, ex quibus reddatur aptior eius miniſterio, *ad not. per Couar. in Reg. peccatum, part. 2. §. 7. num. 4.* Ita ſingulariter fuit deciſum in Rota Romana in vna Rauennatenſi Parochialis coram Illuſtriſſimo Arigonio 2. Decembris 1592. & pluries in alijs cauſis. Sacra etiam Congregatio Concilij cenſuit minus doctum modo idoneum quoad regimen Eccleſiæ parochialis, cuius mores boni ſunt noti Ordinario, eſſe præferendum magis docto, cuius mores vel mali ſunt, vel ignoti Ordinario.

12 Item notandum, quod in concurſu qualitas doctoratus debet eſſe in magna conſideratione, *leg. magiſtros, C. de profeſſ. c. quanto, de magiſt.* Item defectus ſcientiæ magis inhabilitat promouendum ad beneficium, quàm defectus ordinum; nam ſufficit, quod præficiendus Ec-
13 cleſiæ parochiali attingat vigeſimum quintum annum, *ex Gemin. in cap. licet canon, de elect. in 6.* quare presbyter indoctus non præfertur docto, qui poteſt promoueri infra annum. Ita fuit dictum in vna Ciuitatis Caſtellę coram Domino Orano. Item vide in *Manuali Paſtorum capit. 38.* vbi probatur, idoneum de gremio Eccleſiæ, vel de genere fundatoris, vel ciuem, vel conſanguineum Epiſcopi debere præferri, cęteris paribus, alijs non habentibus has qualitates. Item nobilis præfertur ignobili cæteris paribus, & pauper diuiti, & doctor plebeius eſt præferendus nobili tantum ex genere, dummodo neceſſitas Eccleſiæ aliud non ſuadeat; etenim

O ſi Ec.

ſi Eccleſia haberet poſſeſſiones inter inimicos, potius eſſet inſtituendus, qui eſt primus in ciuitate, & dux factionum, vel homo potens, & robuſtus, quam homo litteratus, *capit. officij, de elect.* & ſi eſſet beneficium grauatum debitis, potius eſſet eligendus homo diues, & potens, quam pauper, & litteratus; *Abb. in capit. de conſtitutis, de appellat. Lambert. de Iurepatr. part. 32. lib. 11. art. 5. q. princ.* & in alijs articulis precedentibus, & ſubſequentibus latè tractat de prælatione inter plures concurrentes ab beneficia. Notandum etiam, quod qui eſt de gremio Eccleſiæ, cuicumque eſt præferendus, etiam originario, quia propenſior eſt erga Eccleſiam animus, & deuotio illius, qui in ea obtinet beneficium, quam illius, qui in ea nihil obtinet: quod quidem licet non ſit ita de neceſſitate, vt in contrarium geſta veniant irritanda, tamen conuenit honeſtati, vt dicunt Doctores, *capit. nullus, capit. obitum,* vbi *Turrecrem. & Præpoſ. 61. diſtin. gloſſ. in capit. cum inter canonicos,* vbi *Oſtien. de electione, Ioann. Andr. in c. ne pro defectu, eod. tit.* & ita tenuerunt Domini in vna Placentina Archidiaconatus 15. Martij 1577. coram Illuſtriſſimo Blanchetto.

14 Item notandum, quod redditur ſuſpectum iudicium Epiſcopi in electione, quia noluit relationes ab examinatoribus iuxta ſolitum fieri de magis idoneo, ſed ſolitum ſibi referri iuſſit, an illi, qui concurrebant, eſſent idonei, quod feciſſe præſumendum eſt, vt facilius relinqueretur locus gratificationi, idcirco nulla debet cenſeri electio. Facit, quod in ſimili dicitur de creatione officialis, quæ niſi fuerit facta ſecundum antiquam conſuetudinem, non valet, *leg. Actuarios, C. de numerarijs, & Actuar. lib. 12.* vbi *Bart. Corſetus ſingul. 56.* incipiente, conſuetudo. Præterea ſi Epiſcopus poſſet pro eius voluntate, & arbitrio hoc pacto eligere, ſequeretur, quod de facili bulla redderetur eluſoria, & numquam eſſet locus prouocationi, ſeu appellationi per eam conceſſæ; & ita fuit dictum in vna Derthuſen. parochialis 18. Decembris 1581. coram Gipſio.

15 Et in eadem Derthuſen. 30. Martij 1582. fuit dictum coram eodem Gipſio, ſtante ſententia lata in Rota in fauorem magis idonei, qui fuerat reiectus ab Epiſcopo, & appellauerat ad Vrbem, eſſe ſequeſtrandam poſſeſſionem propter 1. ſententiam in Curia reportatam, *iuxta Clem. vnicam de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum;* non obſtante bulla Pij V. quę pendente appellatione à mala electione prohibet prouiſum ab Eccleſia remoueri, & ſucceſſiuè ſequeſtrum videtur prohibitum, quia fuit dictum, bullam loqui de prima ſententia ab Ordinario lata ibi: hęc tamen appellatio, & pronomen, hæc, ad proxima refertur. *Aretin. in leg. qui curaſſe, §. idem, Pomponius, in 2. notab. ff. de iureiuran. Pariſ. conſil. 19. num. 7. & 35. num. 20. lib. 2.* & in dubio verba ad actum proximum reſtringenda ſunt, *leg. Boues, §. hoc ſermone; cum notatis per Tiraquel. de verborum ſignificat.* Non obſtat, quod Eccleſia hoc pacto debito ſeruitio priuaretur, quia Epiſcopus poterit Vicarium idoneum in ea con-

constituere, qui onera sustineat.

Item in eadem Derthusen. 11. Maij 1582. fuit dictum, prouisum ab Ordinario minus idoneum esse condemnandum ad restitutionem fructuum, quos ex decimis, & primitijs Rectori Ecclesiæ debitis à die motæ litis ipse percepit: cum eius electio, forma Concilij non seruata, nullum ius, aut iustum possidendi titulum præbere potuerit, vt clarè deprehenditur ex Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 16. & dicta Bulla Pij V.

16 Item notandum, quod familiaris Episcopi potest admitti ad concursum Ecclesię parochialis vacantis per obitum, non autem per resignationem. Ita fuit decisum in Rota in vna Fanensis parochialis, coram Corduba die 28. Iunij 1596. & ita fuit intellecta quædam resolutio Congregationis Concilij, quæ indistinctè loquitur, ne familiaris Episcopi admittatur ad concursum, vt procedat, quando Ecclesia vacat per resignationem, non per obitum, ex mente bonæ memoriæ Cardinalis Carafa, qui de hac re allocutus est Pontificem illius temporis; & ita etiam fuit dictum in vna ciuitatis Castelli parochialis die 16. Iunij 1589. coram Orano.

17 Circa examinatores debent esse saltem tres synodales, & si vnus esset non synodalis, fieret nouus concursus, vt fuit dictum in Rota in vna Fanensis parochialis coram Corduba. Verum in vna Toletana parochialis 10. Maij 1596. coram Illustriss. Arigonio fuit dictum, Episcopum posse deputare alios examinatores, quando descripti in synodo sunt mortui, secus si extarent, & deputentur alij; quod probatur in Conc. Trid. *c.* 10. *sess.* 25. *de refor.* vbi, quando moriuntur Iudices synodales, potest Episcopus alios deputare cum consilio Capituli, sed Sacra Congreg. in vna Patauina censuit, quod Episcopus, qui non constituit hos examinatores in synodo, sed ex se ipso deputauit, vel quia priores erant mortui, vel quia nulla aderat facultas congregandi synodum, nulliter prouidet de parochialibus; licet quandoque Summus Pontifex mandauerit istos tolerari, iniungendo, vt quam primum facta synodo noui eligantur examinatores, & quod prouisi per concursum cum examinatoribus ab Episcopo solo deputatis nouas prouisiones impetrent, vel denuò legitimè examinati, & approbati ab Episcopo de ijsdem parochialibus prouideantur, si in mensibus Ordinarij vacauerint; hęc Sacr. Congreg. Quare Episcopi ad tollendas difficultates solent impetrare licentiam à Summo Pontifice deputandi alios examinatores in locum demortuorum; & ita vidi seruatum Neapoli.

Item fertur declarasse, quod vota examinatorum debent esse publica, non secreta, vt Romæ fit: item, quod si nullus idoneus repertus fuerit, parochialis conferatur vni ex comparentibus minus insufficienti, quem postea instrui curare debet Episcopus. Item, quod Episcopus non potest statuere aliquod stipendium etiam minimum examinatoribus deputatis in synodo pro concursu parochialium, & si synodus diœcesana secus statuerit, si

nullum, & irritum. Item quod tres examinatores debent omninò adhiberi etiam in parochialibus modici valoris. Item quod non potest repelli à concursu aliquis, ex quo habeat aliam parochialem. Item, quod examinatores licet debeant quotannis deputari in synodo, nihilominus si synodus non celebretur, examinatores semel deputati hoc munus suum exerceant, donec synodus habeatur. Item quod peracto examine, si ante factam collationem veniat alius, & petat admitti ad examen, non debet audiri, & ita iudicandum, si comparet elapso termino edicti.

18 Item notandum, fuisse decisum in vna Portuensis parochialis die 17. Decembris 1581. coram Gip. sio, posse Episcopum vltra tres examinatores synodales requisitos à Concilio adhibere alios non synodales: quia cum tres ex dispositione Concilij sufficiant, alij ad maiorem cautelam adhibiti non possunt actum vitiare, *leg. testamentum, C. de testam. l. non solum, ff. de reg. iur.* sed hoc intelligo, dummodo attendatur maior pars votorum synodalium examinatorum, alias posset fieri fraus.

Item notandum, quod vt dicitur in Praxi, Episcopus, vel Vicarius in concursu non habet votum decisiuum, sed tantum, quando examinatores fuerint in pari voto, vel vario, possunt accedere; sed hoc intelligitur, dummodo examinatorum vota non fuerint singularia, vt si quilibet vnum approbauit; nam accedente Episcopo, vel Vicario, nullus erit approbatus, sed debent examinati accedente voto Episcopi, vel Vicarij, habere vltra dimidium votorum, alias non censentur approbati; regula enim est, quod in omnibus actibus explicandis per plures, vti plures, requiritur maior pars omnium, qui intersunt, *c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte. Abb. in cap. Ecclesia, de elect.* & ita etiam fertur declarasse Sacra Congregatio. Item Episcopus non tenetur magis eligere illum, qui habet plura vota, & fuit idoneus approbatus, quam illum, qui non habuit tota vota, sed fuit à maiori parte idoneus etiam reputatus, vt fertur declarasse eadem Congreg.

19 Notandum vlterius, quod in Iurepatronatus laicorum non fit examen per concursum, sed hoc intelligitur, quando vnus tantum fuit præsentatus, & ab examinatoribus approbatus; tunc enim non est quærendus alius magis idoneus; vbi verò plures sunt præsentati, interea fit concursus iuxta constitutionem Pij V. iuncta declaratione Congregationis, quam retulit, & sequuta fuit Rota in vna Legionensis parochialis 30. Martij, & 9. Aprilis 1590. coram Domino Comitulo. Fit item concursus, quando deuoluitur collatio ad Episcopum, ob præsentationem non factam, quia cessat obstaculum præsentationis, vt refertur declarasse Sacra Congregatio.

SVMMARIVM.

1 *Potestas Episcoporum, vigore* Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. *late interpretanda.*

2 *Occultum delictum quod dicatur*, iuxta terminos, cap. 6. sess. 24. de refor. Concil. Tridentini.

3 *Famosum delictum an dicatur occultum*, iuxta cap. 6. sess. 24. de refor.

4 *Publicum an dicatur delictum, si ab Ecclesia toleratur; & quid si actus delicti sit publicus, sed delictum ignoratur; & alia circa hanc materiam.*

5 *Delictum quando dicitur deductum ad forum contentiosum; & quid si inquisitus transegit cum Curia, nu. 6.*

7 *Irregularitas ex defectu natalium, vel perfectæ lenitatis an dicatur ex delicto.*

8 *Homicidium voluntarium quod dicatur*, iuxta terminos, cap. 6. sess. 24. de reform. Conc. Trid.

9 Concil. Trid. sess. 24. de reform. *an procedat in mutilante voluntariè.*

10 *Episcopus an possit absoluere à casibus reseruatis in bulla Cœnæ post* Conc. Trid. *& ibi num. 11.*

12 *Episcopus an possit rehabilitare inhabiles ad officia, & beneficia, vigore* c. 6. sess. 24. de reform. Conc. Trid.

13 *Episcopus an post Concil. Tridem. dispenset in adulterio, & alijs delictis*, iuxta cap. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs.

14 *Episcopus an possit post Conc. Trident. dispensare cum homicida voluntario ad ordines, & beneficia; & an cum casuali.*

15 *Episcopus an possit alijs delegare potestatem absoluendi, vigore* cap. 6. sess. 24. de reform. Conc. Trid.

16 *Episcopus potestate sibi concessa à* Concil. Trid. cap. 6. sess. 24. de reform. *non vtitur extra diœcesim, & quid de consensu Ordinarij, & alia ad hanc materiam.*

17 *Absolutio à censuris, vigore* capit. 6. sess. 24. de reform. *an debeat esse sacramentalis.*

18 *Episcopus an possit absoluere Regulares exemptos, & cum eis dispensare*, iuxta cap. 6. de refor. Conc. Trid.

19 *Episcopus an possit vti potestate*, cap. 6. de reform. sess. 24. Conc. Trid. *circa seipsum; & an Capitulum sede vacante, num. 21. & 22.*

20 *Archiepiscopus an vtatur potestate*, cap. 6. sess. 24. de reform. *cum suis suffraganeis, vel subditis suffraganeorum, & an in visitatione, & quando cum eis dispenset.*

23 *Vicarius, vel Pœnitentiarius, cui commissa est potestas absoluendi, vigore* cap. 6. sess. 24. de reform. Concil. Trident. *an possit eam alijs demandare.*

24 *Vicarius Episcopi in casibus sibi specialiter commissis, an dicatur habere iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, num. 25.*


De potestate Episcoporum, *vigore cap. 6. sess. 24. de reform. Concil. Trident. latissimè.* Cap. LXVII.

FRequentissima est in Curia Arch. Neapol. materia potestatis dispensandi, & absoluendi concessæ Episcopis à Concil. Trident. *capit. 6. sess. 24. de reform.* circa quam plura dubia occurrerunt, & in dies occurrunt, quæ hic succinctè ponere volui. Primum dubium, an ista
1 potestas dispensandi sit strictè, vel latè interpretanda? & Doctores concludunt, quòd licet dispensatio sit odiosa, & strictè interpretanda, *cap. 1. & 2. de filijs presb. in 6.* potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda.

*Dominicus in capit. nos consuetudine*, 12. *dist. Anton. Abb. Felin. in capit. postulasti, de rescriptis, communis in capit. at si clerici, §. de adulterijs*.
2 Secundum dubium, quod dicatur delictum occultum, ad finem dispensandi ex *dict. capit.* 6. & est distinguendum, quod occultum dupliciter quid dicitur: omninò occultum; & est illud, quòd per duos testes probari non potest: pene occultum, quod scitur à paucis testibus, tribus, quatuor, vel quinque, non à sex; quia esset publicum. *Gloss. in capit. manifestata, 2. quæst. 1. Anton. in capit. vestra, de cohabit. cler. & mulier. Miles in verbo notorium. Probus in capit. 2. de const. in 6. num. 67. Afflict. decis. 265. textus iuncta Glossa in §. hæc ergo in capit. quis aliquando, de pœnit. dist. 1.* & cum potestas dispensandi sit fauorabilis, debet accipi occultum, pro pene occulto, non pro omninò occulto, & dicitur delictum occultum, *iuxta terminos Conc.* prout distinguitur à notorio, manifesto, vel publico. *Nauarr. in Manual. capit. 27. num. 255. Henriquez de irregular. capit. 20. num. 40.*
3 Tertium dubium, quid si delictum est famosum? quod proprie dicitur, quando de eo est fama in maiori parte populi, orta ab vno, qui interfuit, vel non interfuit facto, vt dicunt *Anton. vbi suprà, & Milet. in verbo, manifestum*; & non posse Episcopum dispensare dicunt, *Nauarr. & Henriquez vbi suprà*, propter scandalum publicum, cui obuiare intendit Concilium. In oppositum facit, quia fama non probat delictum. *Gloss. & communis in capit. veniens de testibus*; nec vnus testis de visu sufficit, & quatenùs non esset omninò occultum, non potest negari, quin saltem dicatur pene occultum, cum difficulter probari possit, & etiam quod scitur à quinque dicitur occultum, quamuis plene probari possit, *iuxta suprà citatos*; sed prima opinio tutior est.
4 Quartum dubium, quid si delictum est occultum, sed ab Ecclesia toleratur? adhuc dicitur occultum. *Antonius, & Miles vbi suprà*; quid si delicti actus est publicus, sed ignoratur esse delictum, puta si excommunicatus occultus publicè celebret, adhuc dicitur occultum delictum. *Nauarr. & Henriquez vbi suprà*. Idem dicendum, si aliquis est excommunicatus in vna diœcesi, & celebrat in alia, in qua non est infamatus. *Nauar. consil. 2. de clerico non ordinato ministrante*.
5 Quintum dubium, quando dicitur delictum deductum in iudicium, seu ad forum contentiosum? & veritas est, quòd quando est facta citatio; nam propriè iudicium incipit à citatione. *Alexand. Paulus, Iason in leg. postquam liti, C. de pactis*, ad nihilum enim deseruit informatio capta in Curia, si Curia non procedit contra inquisitum, neque ipsum citat. Sed quid si delictum est deductum in iudicium, sed postea fuit sequuta absolutio? poterit dispensari. Idem, si ex falsis probationibus quis fuerit absolutus. *Nauar. consil. 2. de re iudic. Candelabrum aureum, de excommun. num. 42. Henriquez dict. capit. 20. §. 4.* Item, delictum meum non dicitur deductum in iudicium, licet socius meus fuerit in iudicium tractus, quia res inter

inter alios acta alijs non nocet, *leg. sæpè, ff. de re iud. Nauar. dict. consil. 2.*
6 Sed quid, si aliquis non fuit absolutus, neque condemnatus, sed transegit, seu se composuit cum Curia? & dicendum est, delictum non dici amplius deductum ad forum contentiosum, quia transactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ, *leg. fratris, leg. non minorem, C. de transact.* & sufficit, quòd inquisitus non reperiatur condemnatus; nec dubium est, quòd condemnetur, dummodo transactio non fiat in casu non transfigibili; quia tunc induceret confessionem, & probationem delicti, *leg. 1. & 2.* vbi *Gloss. ff. de his, qui sibi mortem consciuerunt, leg. fin. ff. de præuaricat. Ias. in leg. transigere, C. de transact.* & probationes, & confessiones factæ in iudicio, inducunt notorium. *Anton. in capit. vestra, de cohabit. cler. & mulier.*
7 Sextum dubium, an irregularitas, quæ prouenit ex defectu natalium, vel perfectæ lenitatis, ex homicidio iusto, dicatur ex delicto? & dicendum est, quòd non. *Caietanus in summa, in verbo, irregularis. Nauarr. consil. 39. de homicid. Henriquez de irregul. capit. 19.* & sic non procedit
8 textus *in d. cl. capit. 6.* Septimum dubium, quòd dicatur homicidium voluntarium, *iuxta terminos dict. cap. 6.* & dicendum secundum *Nauarr. cap. 27. num. 240.* qui rectius alijs dicit, esse homicidium illicitum, intentum, siue volitum in se saltem æquipollenter, aliàs quàm vitandæ mortis causa; qui id colligit ex *capit. 7. sess. 14. Concil. Trident. de refor.* ex quo sequitur, quòd mandans aliquem percuti baculo citra mortem, si sequatur ex percussione mors, est irregularis, sed non indispensabilis, *ex dict. capit. 6.* vt censuit Sacra Congregatio; erit tamen homicida indispensabilis, qui baculo percussit, & occidit. Idem in occidente ad defensionem, sine moderamine, cum alio modo posset euitare mortem, est irregularis, sed dispensabilis, *ex d. cap. 6. Nauar. vbi suprà, & in cons. 27. de homicid. Henriquez dict. cap. 19.* Item medicus, vel chirurgus, qui ex imperitia, aut negligentia occidit, non dicitur homicida voluntarius, nisi intendat accelerare mortem, vt vitet angustias infirmi agonizantis. Item mandans occidi Titium, si occidatur Sempronius est homicida voluntarius indispensabilis, *ex d. c. 6.*
9 vt censuit Sacra Congreg. Sed quid in mutilante voluntariè ex industria? & videtur, quod Episcopus non possit dispensare; quia mors, & mutilatio à pari procedunt, quoad irregularitatem, *c. 1. de cler. in duello pugnantibus.* Contrarium refertur cēsuisse Sacr. Congreg. & credo verius, quia *d. c. 6.* loquitur de homic. & licet à pari procedant homicidium, & mutilatio quoad irregularitatem; non tamen quoad dispensationem, & potestas dispensandi est late interpretāda, vt suprà dixi.
10 Octauum dubium, an Episcopi post Conc. Trid. possint absoluere à casibus reseruatis in bulla Cœnæ, & quidquid dicant moderni, veritas est, quod non: & ita declarauit Gregor. XIII. S. D. N. Clem. VIII. & Sacra Congregatio. Solum potest Episcopus absoluere ab hæresi in foro exteriori in officio sanctæ In-

quisitionis, vt tradit *Eymericus in Direct. Inquisitorum 3. parte, quæst. 92.* & ibi *Pegna Locatus in opere iudiciali in verbo, absoluere. Repertorium Inquisitorum in verbo, absolutio. Simancas de catholicis institutionibus, tit. 3.* Sed maior difficultas est, an possit Episcopus vigore Concilij absoluere à casibus Papæ reseruatis in alia lege lata, post Concil. Tridentin. extra bullam Cœnæ Domini? & videtur, quod sic, nisi in d. l. posteriori fiat expressa derogatio Concilij: nam Conciliaris dispositio habet clausulam derogatoriam, & de ea debet fieri specialis mentio, *iuxta Archid. communiter receptum in capit. 1. de const. in 6. Feliu. latè in capit. nonnulli, de rescript.* In oppositum facit, quòd lex est interpretanda, ita vt non reddatur elusoria eius dispositio, *capit. si ciuitas, de sententia excommunicationis in 6.* Sed talis reseruatio esset frustratoria, si omnes Episcopi possent absoluere. Immo secundum *Bartolum in extrauag. ad reprimendum*; quando fertur secunda lex contraria priori, habenti clausulam, derogat priori, cuius opinionem veriorem putat *Felinus in dict. capit. nonnulli*, quia Princeps præsumitur scire legem priorem, & eo ipso, quòd facit legem contrariam, censetur eam tollere, *iuxta capit. 1. de const. in 6.* Præterea Concil. Trident. in omnibus reseruat auctoritatem, aut contrariam declarationem, seu definitionem Summo Pontifici, *vt in capit. final. sess. 25. de reform. sess. 7. de reform. in princ.* ex quo sequitur, quòd non requiritur derogatio Concilij in lege posteriori Papæ, & ita audiui declaratum fuisse à Sacra Congregatione, quòd hodie Episcopi non possunt absoluere à casibus reseruatis Papæ, in alijs legibus extra

12 bullam. Nonum dubium, an Episcopus vigore *d. ca. capit. 6.* possit rehabilitare inhabiles ad officia, & beneficia, nempè simoniacos, & quod possit, tenet *Henriquez, de excommunicatione, cap. 56. §. 1. in Glossa, in leg. fin.* dicens, quòd inhabilitatio venit sub nomine suspensionis, irregularitatis, aut casus occulti. In oppositum facit, quòd licet inhabilitatio conueniat aliquantulum cum irregularitate, aut suspensione; non est tamen irregularitas, vt idem *Henriquez* fatetur, *dict. cap. 56* neque suspensio, vt clarum est, neque casus occultus, qui præsupponit peccatum, vt dicit *Nauar. in Manual. c. 27. nu. 261.* & proinde Episcopus non poterit rehabilitare, quia esset dispensare contra legem superioris, *c. cum inferior, & c. quòd super his, de maior. & obedientia,* & in dubio tutior via est eligenda, *cap. iuuenis, de spons.* & ita censuit Sacra Congregatio, vt non possit rehabilitare simoniacum occultum ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit: tenet etiam Catechesis Neapol. fol. 227. Sed quomodo Episcopus absoluit ab excommunicatione vigore *d. c. 6.* cùm in eo non fiat mentio de ea, ratio est, quia venit sub nomine casus occulti, Papę reseruati; quia Papa numquam reseruat sibi casum sine censuris. *Nauar. notabiliter in consil. 18. de clerico excomm. minist.* Vndeci-

13 decimum dubium, an post Concil. Tridentinum Episcopus possit dispensare, in foro exteriori, ab adulterio infra, *iuxta cap. at si clerici, §. de adulter. de iudicijs*, & dicendum est, quòd potest; nam correctio legum est euitanda, nisi appareat de expressa correctione, *l. si quando, C. de inofficioso testamento, leg. præcipimus,*
14 *C. de appell.* Duodecimum dubium, an post Concilium Tridētinum possit Episcopus dispēsare cum homicida voluntario ad beneficium simplex, & minores ordines, vt dicunt *Ostiens. Ioan. Andr. Cardinal. in cap. 2. per illum textum, de clericis in duello pugnantibus*, & etiam ad exercendos sacros ante susceptos, iuxta *Archid. in cap. de his, 50. distinct.* & etiam ad retinendum curatum, vt dicit *Decius in dict. §. de adulterijs, num. 129.* & quod possit, post Concil. tenet *Henriquez d. cap. 19.* In contrarium facit, quòd de iure communi non probatur, quòd Episcopus possit dispensare quoad ordines minores cum homicida voluntario, iuxta veriorem opinionem *Abbat. Marian. Socini, in dict. cap. 2. Felin. in cap. ad audientiam, de homicid. Couar. in Clem. si furiosus, de homicid. 2. par. §. 3.* sed tantum in homicidio casuali id procedere dicunt. Quod verò ad beneficia, Concil. Trid. *cap. 7. sess. 14. de reform.* id expresè prohibet; & ita tenet *Nauar. in cap. 27. num. 240.* quod dicta dispensatio non possit fieri ab Episcopo post Concilium Tridentinum cum homicida voluntario; sed cum casuali sic, vel commisso ad
15 defensionem. Tertiumdecimum dubium, an Episcopus possit hanc potestatem sibi traditam à Concilio alijs delegare? Et dicendum est, quod sic; cum competat ei ex officio, & priuilegio suæ dignitatis, quia non est nudum ministerium, sed iurisdictio; secus si ex delegatione Papæ fuisset sibi commissa absolutio, *ex cap. fin. vbi Glossa, Abb. Anch. Cardin. de offic. Ord. Felin. in cap. fin. de officio delegati, in fine*; & ita concordantur dicta duo iura; & seruatur in Curia Neapolitana, quòd dicta potestas *ex cap. 6.* alijs delegatur; non tamen absolutio, quæ ex delegatione Papæ committitur Archiepiscopo, vel Vicario; ita etiam audio declarasse Sacram Congregationem, vt possit Episcopus committere dictam potestatem absoluendi *ex cap. 6.* non solum Vicario generali, sed etiam Pœnitentiario, Confessario, vel Vicario, ad absoluendum in similibus casibus specialiter constituto; & hanc potestatem poterit specialiter committere, non solum vni Confessario, sed pluribus, licet Concilium loquatur in singulari; nam singularitas refertur ad pluralitatem, quando militat eadem ratio in pluribus, quæ in vno, *l. si quis ita, §. 1. ff. de testament. tutel. l. si quis filiabus, ff. de legatis 1. vbi Iason*, & quando constitutio loquitur in singulari, procedit etiam in plurali, & è contra, *l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omnium iudicum, cap. si compromissarius, de electione, in 6. Franchus in capit. 1. de temporis ordinatione, in 6.* Decimumquartum du-
16 bium, dicit Concilium Tridentinum *in d. cap. 6.* quod Episcopus non potest vti hac potestate extra prouinciam, & cum non subditis, sicut Legatus missus nō potest absoluere

non

non subditum, nec subditum extra prouinciam, *cap. penult. de offic. Legati*. Ex quo sequitur, quòd Archiepiscopus Neapolitanus non potest absoluere scholarem exterum, qui in suis partibus taliter deliquit, vt indigeat prædicta absolutione, vt in Legato misso, dicunt *Abb. & Card. in d. cap. penult.* Sed an id possit facere Episcopus cum suis subditis extra diœcesim, de consensu diœcesani, *Ostiens.* in simili casu in legato misso, *in d. cap. penult.* tenet, quod licet videatur rationabile, quod suos subditos possit absoluere extra prouinciam, de consensu diœcesani; tamen cum hoc sit priuilegium à Papa concessum, non audet hanc interpretationem facere, *argum. cap. 2. de auctor. & vsu pallij, cap. sanè, de priuileg.* sequitur *Anchar. & Cardin. in d. cap. penult.* An verò possit Episcopus absoluere non subditos in sua diœcesi de consensu sui Ordinarij? & videtur quòd sic; nam quilibet Episcopus potest absoluere à reseruatis alteri Episcopo peregrinos, ex expressa voluntate sui Episcopi, vel tacita, quæ semper præsumitur, vt pulchrè per *Sotum, in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 2.* Et dum consentit, censetur facere suum delegatum. Sed contrarium est dicendum; nam etiam per delegatum debet absolui in sua diœcesi; vt *in dicto cap. 6.* Sed quid, si non subditus delinquat in aliena diœcesi, & indigeat absolutione prædicta? Et dicendum est, quod poterit absolui à diœcesano loci, in quo deliquit; quia ratione delicti efficitur subditus, *cap. fin. de foro compet.* Ita *Vincent. Ioannes Andr. Anchar. Cardin. in dicto cap. penult.* Pariter poterit absoluere suos subditos, alibi delinquentes. *Card. in d. cap. penult.* Deci-
17 mumquintum dubium, qualis debeat esse ista absolutio, iuxta *dict. cap. 6.* si in sacramento Pœnitentiæ, vel in foro secreto, extra confessionem. *Nauar. in consil. 11. de priuileg.* tenet, quòd sufficit, si fiat extra confessionem in foro secreto, & dicit, quòd illa verba Concilij in foro cõscientiæ tantum significant, quòd absolutio data nihil prosit, quoad forum exterius; & quia absolutio ab excommunicatione non est absolutio sacramentalis, secundum omnes, & clericos in minoribus Vicarius Episcopi potest excommunicare, & absoluere. *S. Thom. in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 2. Gloss. in cap. canonica, de sententia excommunicationis*: & istud videtur verius.
18 Decimumsextum dubium, an possit Episcopus hac potestate vti cum Regularibus exemptis, in sua diœcesi commorantibus? Et dicendum est, quòd non; quia non sunt subditi, etiam ante Concilium Tridentinum. Verior est opinio negatiua, quòd exemptus non potest se subijcere Episcopo, vt ab eo absoluatur, vel cum eo dispensetur, vt tenent *Anton. & Abbas in cap. significasti, de foro compet.* contra *Federicum de Senis consil. 14.* Decimumse-
19 ptimum dubium, an possit Vicarius Episcopus vti hac potestate? & dicitur, quod non; quia sine speciali mandato non potest absoluere à casibus reseruatis Episcopo. *Archid. in cap. 2. de pœnit. in 6.* De-
20 cimumoctauum dubium, an Episcopus possit vti hac potestate circa seip-

seipsum, delegando alteri potestatem absoluendi seipsum à censuris Papæ reseruatis? & videtur, quòd non, saltem quoad excommunicationem; quia excommunicatus caret exercitio iurisdictionis; ergo non potest alteri, quòd non habet, dare; & ita arguendo tenent *Cardin. Imola, & Anchar. in Clement. 1. de religiosis domibus*. Sed in oppositum est veritas; quia excommunicatus occultus potest exercere ea, quæ fiunt ratione publici officij. *Innoc.* communiter receptus *in cap. cum dilectus, de consuetudine*, probatur *in cap. ad probandum, vbi omnes, de re iudicata*, & clarum est, approbare confessarios, eis dare potestatem absoluendi à censuris, & exercere quamcumque iurisdictionem spectantē ad publicum officium, quod gerit Episcopus. Hinc excommunicatus occultus potest alios excommunicare, cum id faciat ratione publici officij. *Innocent. & alij in cap. si verè, de sententia excommunicationis. Felin. & alij in dicto cap. ad probandum*, & prædicta tantò magis procedunt in dispensatione ab irregu-
21 laritate. Decimumnonum dubium, an Capitulum sede vacante possit vti dicta potestate, *cap. 6.* & dicendum est, quòd sic, quia iuxta opinionem veriorem Doctorum, Capitulum sede vacante potest dispensare in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus, vt latissimè probat *Federicus de Senis, cons. 3. & 4. Abbas in cap. cum olim, de maioritate, & obedientia. Pauinus de potestate Capituli sede vacante, par. 1. quæst. 30. Nauar. consil. 31. de temporis ordinatione*, & potest absoluere ab omnibus censuris, à quibus poterat Episcopus, *cap. vnico, de maio-*
22 *ritate, & obedientia, in 6.* Vigesimum dubium, an Archiepiscopus possit vti hac potestate *dicti cap. 6.* cum suis Suffraganeis, vel subditis Suffraganeorum? & quod possit cum suis Suffraganeis clarum est, cum ipse dicatur eorum Ordinarius, coram quo possunt conueniri, *cap. cognouimus, 10. quæst. 5. Abb. & alij in cap. pastoral. de officio Ordinarij*, & dicitur Suffraganeus, de Clero Metropolit. *cap. miratus, & ibi Gloss. 93. distinct.* & potest ab eo absolui à censuris, vel sede Metropolitana vacante, ab eius Capitulo. *Bertachin. de Episc. in prælud. num. 123. Quaranta de auctorit. Archiep. auctor. 16.* sed quoad
23 subditos suffraganeorum, est dubium, quia in eos non habet potestatem, nisi in casibus à iure expressis, *dicto cap. pastoralis, de officio Ordinarij*, & hic casus non reperitur expressus. Sed an possit dispensare, quando visitat prouinciam causa cognita in Concilio Prouinciali, iuxta Concil. Trid. *cap. 3. sess. 24. de reform. Henriq. de irregularit. cap. 18.* tenet, quòd sic, per *text. in cap. fin. de censibus, in 6.* contrarium tenent *Abbas, & Anton. in cap. ad extirpandas, de filijs presbyt.* solum enim potest Episcopus dispensare cum subditis Suffraganeorum in casibus, in quibus potest eos iudicare. *Felin. in dicto cap. pastoralis*, potest etiam eos absoluere à censuris, dum in visitatione audit confessiones eorum, *d. cap. fin.* & in hoc potest vti auctoritate *dicti cap. 6.* quoad absolutionem à censuris, & à peccatis, non tamen quoad dispensationem, & extra casus

sus

ſus ſupradictos Archiepiſcopus nõ poteſt abſoluere eos, neque à minori excommunicatione. *Dominicus, Anchar. Franch. in dicto cap. fin. Sil. in verbo, Archiep.* Vigeſimumprimum,

24 & vltimum dubium, an Vicarius, cui commiſit Epiſcopus poteſtatem abſoluendi, vigore *d. cap. 6.* poſſit eam alijs demandare, & dicendum eſt, quòd quando Vicarius in caſu ſibi ſpecialiter commiſſo habetur pro delegato, non poteſt alijs demaudare, niſi ſolum nudum miniſterium abſolutionis, ita quod prius ipſe audiat pœnitentem, imponat pœnitentiam, & nihil arbitrio eius, qui abſoluere debet, remittat, ſed tantum nudum miniſterium abſolutionis: & ita poſſunt facere Pœnitentiarij, qui habent hanc poteſtatem ſibi delegatam, nã poſſunt ſolum ſubdelegare nudum miniſterium abſolutionis. Ratio eſt, quia delegatus ab Ordinario non poteſt ſubdelegare, niſi ſolum articulum non iuriſdictionalem, ſeu nudum miniſterium, vt notabiliter dicit *Felin. in cap. ſuper quæſtion. num. 19. de officio delegat. Nauar. cap. 27. in Manual. num. 45.* quando verò Vicarius in caſu ſibi ſpecialiter commiſſo habet iuriſdictionem ordinariam, poteſt etiam ſubdelegare iuriſdictionem cum poteſtate arbitrandi, & iniungendi pœnitentiam, iuxta tradita per eundem *Felin. vbi ſupra*; ſed quando Vicarius dicitur

25 vti poteſtate ordinaria, vel delegata in caſibus ſibi ſpecialiter commiſſis, ſunt opiniones, ſed magis communis opinio eſt, quòd ſiue ei committantur caſus ſpeciales ſimul cum commiſſione generali, ſiue diuiſim; ſi poſt commiſſionem aliquorum caſuum particularium ponitur clauſula generalis, tunc habebit iuriſdictionem ordinariam, cum ille ſit Ordinarius, cui committitur vniuerſitas cauſarum, *leg. prætor, ff. de iudicijs*; ſi verò non ponitur clauſula generalis, tunc in caſibus expreſſis requirentibus ſpeciale mandatum habebit delegatam. Ita *Dominicus, Anchar. in cap. 2. de officio Vicarij, in 6. Rota tamen in nouis, deciſ. 371.* incipiente, *Si Epiſcopus*, tenet indiſtinctè, quòd in caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, Vicarius habeat poteſtatem delegatam, & ab eo poſſit appellari ad Epiſcopum. Quapropter tutius eſt committere nudum miniſterium abſolutionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Excõmunicationis remedium eſt ſubſidiarium, quando executio realis, vel perſonalis fieri non poteſt.*
2 *Excommunicatio lata nõ in ſubſidium iuxta formam* cap. 3. ſeſſ. 25. de reform. *ligat; ſed eſt iniuſta.*
3 *Nuncio creditur non potuiſſe exequi in bonis, nec in perſona.*
4 *Excommunicatio an poſſit à principio ferri, ſi notoriè appareat, non poſſe deueniri ad exequutionem realem, vel perſonalem.*
5 *Laici, & clerici ſub quibus pœnis citantur in Curia Neapolitana.*

De excommunicatione ferenda in ſubſidium. Cap. LXVIII.

DE iure cõmuni in actione reali, contra contumacem, remediũ ex-

excommunicationis debet esse subsidiarium, quando non potest fieri missio in possessionem bonorum, *cap. tuæ fraternitatis, vt lite non contest.* in actione personali est in arbitrio iudicis, an velit procedere ad excommunicationem, vel ad exequutionem realem, *cap. quoniam frequenter, §. fin. eod. tit. Abb. in d. cap. tuæ,* & adest Ritus Curiæ Archiepiscopalis 16. qui loquitur in actione personali, iuxta Oliuam ibi; sed post
1 Concilium Tridentinum de quauis causa agatur, remedium excommunicationis debet esse subsidiarium, vt *in cap. 3. sess. 25. de reform.* adeo quod fertur declarasse Sacra Congregatio, quòd si duo sunt obligati insolidum, in forma Cameræ, pro eodem debito; & contra vnum potest deueniri ad exequutionem realem, vel personalem, & contra alium non, potest iste alter excommunicari, cum hoc remedium sit subsidiarium; & possit esse consul-
2 tum alia via per executionem realem contra alium; si tamen Iudex excommunicaret priusquam constet de impedimento, vel perturbationibus, propter quas non potest deueniri propria auctoritate ad exequutionem realem, vel personalem, est valida excommunicatio; vt declarauit Sacra Congregatio; sed quod debent Ordinarij curare, vt seruetur forma *d. cap. 3.* Idem dicit *Abbas in dicto cap. tuæ fraternitatis,* in actione reali ante Concilium; nam excommunicatio lata contra formam iuris non essentialem ligat; sed est iniusta, vt si sine monitione, vel sine scriptis. *Doctores in cap. sacros. de sentent. excom. & in cap. 1. eod. tit. in 6.*

3 Quomodo autem debet constare, non potuisse fieri executionem in bonis, vel in persona? respondetur sufficere, si constet per relationem Nuntij, cui in hoc casu creditur, *leg. properandum, §. & si quidem, C. de iudicijs. Bart. in l. d. diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14.* Et ita fertur censuisse Sacra Congregatio, & seruatur in Curia Neapolitana. Si au-
4 tem notoriè appareret, non posse deueniri ad executionem realem, vel personalem, crederem à principio posse deueniri ad excommunicationem ex his, quæ dicunt *Bart. Ias. & alij in leg. final. ff. si certum petat.* quod quando est facienda discussio bonorum, vt deueniatur ad alium actum, potest omitti, si notoriè constat, debitorem non esse soluendo. *Nicol. de pignorib. 1. membro 8. part. num. 14.* qui loquitur in hypothecaria, in qua præcedere debet excussio bonorum, *Auth. hoc si debitor, C. de pignorat.* Constat autem notoriè de paupertate, per librum extimi, vel si vadit ostiatim mendicando, aut si cessit bonis, vt latè per eundem *Nicol. ibidem*, facit, quia notorium releuat ab onere probandi. *Anton. Abb. & alij in cap. vestra, de cohabit. clericor. & mulier.* Et prædicta pari ratione procedunt, quando notoriè constat, non posse procedi ad exequutionem personalem. In Curia Neapolitana seruatur, quòd clerici, & laici in causis spectantibus ad Curiam Ecclesiasticam, citantur sub pœnis pecuniarijs ceræ laboratæ, & similium, & in subsidium excommunicationis; & facta relatione per cursorem,

quòd

quòd non potuit exequi in bonis, nec in perſona, proceditur ad excommunicationem. Laici verò, quando citantur pro teſtibus in aliqua cauſa, ſolum eis imponitur pœna excommunicationis, *ex not. ſup. in cap.* 10. non loquor in cauſis Sanctæ Fidei, in quibus poſſunt per Epiſcopum carcerari, & quouis modo puniri teſtes, & alij, & officiales temporales impedientes ſunt excommunicati, & incurrunt in grauiſſimas pœnas, contentas in Bulla Pij V. *ſi de protegendis, &c.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnam pecuniariam an poſſit Epiſcopus ſibi retinere.*
2 *An conuertere in ſolutionem mercedis Vicarij, & aliorum officialium Curiæ, vel in fabricam Eccleſiæ Cathedralis.*
3 *Et quid ſi Epiſcopus eſt pauper.*
4 *Nuncius Regni Neapoli Sede vacante, an poſſit pœnas pecuniarias applicare Cameræ Apoſtolicæ.*
5 *Pœna Clerici committentis delictum Sede vacante, ſed condemnati ab Epiſcopo ſucceſſore, an pertineat ad Nuntium Apoſtolicum.*

De pœnis pecuniarijs, conuertendis in pios vſus. Cap. LXIX.

Dicit *Oſtienſ. in ſumma de officio Ordin. §. quid pertinet*, quòd vbi
1 per ſtatutum imponitur pœna pecuniaria, poteſt Epiſcopus illam ſibi retinere; vbi verò per ſententiam, licet poſſit, honeſtius facit, ſi pro euitanda ſuſpicione auaritiæ, deputet ad pios vſus: quem ſequuntur magis communiter Doctores, quos numerat *Felin. in cap. irrefragabili, de offic. Ordin. Abb. in cap. licet, de pœnis*; niſi Epiſcopus indigeret euidenter, iuxta communem *in d. cap. irrefragabili*, de qua teſtatur *Felin.* quia prima charitas incipit à ſeipſo; & quia obligatus facere eleemoſynam nomine alterius, poteſt ſibiipſi illam facere, ſi eſt in neceſſitate, vt latè probat *Felin. vbi ſupra*, & obligatus ad reſtituendum pauperibus poteſt ſibi retinere, tanquam vnus ex pauperibus. *Nauar. cap. 17. num. 91.* & dicit *Cardin. in Clem. ad noſtrum, in fin. de hæret.* quod Inquiſitores pœnas pecuniarias non poſſunt ſibi retinere, ſed in pios vſus conuertere; niſi retineant pro vtilitate, vel neceſſitate officij; ſed poſt Concil. Trid. *cap. 3. ſeſſ. 25. de reform.* pœnæ pecuniariæ, eo ipſo, quod exactæ fuerint, ſunt aſſignandæ pijs locis, quòd ſeruatur in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Refertur etiam Sacra Congreg. cenſuiſſe,
2 non poſſe Epiſcopum dictas pœnas conuertere in ſolutionem mercedis Vicarij, & aliorum officialium Curiæ, nec in fabricam Eccleſiæ Cathedralis, cum ad hoc ſint aſſignati redditus Epiſcopi, *cap. cum ab omni, de vita, & honeſt. clericorum*, ſi tamen
3 Epiſcopus eſſet pauper, aliud videtur dicendum ex ſupradictis; ſed conſulenda eſſet in dubio Sacra Cõgreg. notificando ei redditus Epiſcopatus, & onera, *ex dict. cap. 3.* fuit
4 dictum in Curia Archiepiſcopali, quòd ſede vacante non poteſt Nuncius Apoſtolicus Regni Neapolitani, compoſitiones, & alias pœnas applicare Cameræ Apoſtolicæ; ſed illas.

illas poterit Vicarius Capituli statim assignare locis pijs.

5 Quæritur, si sede vacante clericus committat delictum, vel tempore prædecessoris Episcopi, & postea à successore confiscentur bona clerici, nempe propter falsam monetam, *iuxta l.2.C.de falsa moneta*, vel ob alios casus in iure expressos: an dicta confiscatio pertineat ad Nuncium Apostolicum, quasi tempus delicti inspici debeat, vel ad Episcopum condemnantem? *Petrus, Cinus, & Bald. in l. fin.ff.de iurisdict.omnium Iudicum*, dicunt esse attendendum tempus delicti, quoad pœnas percipiendas, & sic deberentur Nuncio; contraria opinio est verior, quòd pœnæ exactio pertineat ad illum, cuius tempore condemnatus fuit. Ratio est, quia pœnæ fiscales ante factam condemnationem non debentur. *Bald.* sibi contrarius *in l. fin. C. de fructib. & litium expens. Imola in l. diuortio, §. si vir, vbi Franciscus de Aretio, ff. soluto matrim. Guid. Pap. decis.535. Rebuff. in l.5. C. de suscepto, & Arca, lib.10. Bertrand. consil.214. Tiraquel.* qui plures cumulat *de retract. conuention. §.5. Gloss.4. num. 21. Molina de primogen. lib.4. cap.11. num.20. latè*; nisi condemnatio tempore primi facta fuerit, & executio tempore secundi, vel condemnatio tempore primi facta fuisset, & causa per appellationem penderet, nam quamuis sententia postea confirmetur, pœna tamen primo, cuius tempore condemnatio facta fuit, non autem secundo, cuius tempore fuit confirmata, debebitur: vel nisi essemus in casibus, vbi pœna ipso iure commissa est, tunc cum condemnatio non ad pœnæ acquisitionem, sed solum executionem, & declarationem necessaria sit, consequens est, vt primo, non secundo, debeatur. Ita *Rebuff. Tiraquel. Molina in loco citato, Boer. decis.5.* & nota, quod non loquimur hic de pœnis pecuniarijs, quæ, vt fuit dictum in praxi, etiam sede vacante, Cameræ Apostolicæ non debentur, sed locis pijs applicandæ sunt, iuxta Concilium Tridentinum.

## SVMMARIVM.

1 *Appellans habet annum, & ex causa biennium, ad prosequendum appellationem, nisi Iudex, à quo abbreuiet terminum.*

2 *Iudex à quo potest plures terminos assignare appellanti.*

3 *Et quot assignet Curia Archiepiscopalis Neapolitana.*

4 *Apostoli quomodo conceduntur in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*

5 *Iudex à quo, qui non detulit appellationi, an possit præfigere terminum appellanti, ad prosequendum appellationem.*

6 *Inhibere quando possit Iudex ad quem Iudici à quo, & praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ.*

7 *Iudex à quo, cui præsentatur appellatio, & nihil respondet, censetur deferre appellationi; & ibi praxis Curiæ Archiepiscopalis in admittendis appellationibus.*

8 *Appellationi notoriè friuolæ non est deferendum.*

9 *Secus, si est dubium, an sit friuola.*

10 *Appellationi friuolæ est deferendum post inhibitionem.*

11 *Iudex ad quem in appellationibus, quem ritum ſeruare debeat.*
12 *Appellari ab iniuſta carceratione ſemper poteſt, etiam poſt decem dies.*
13 *Appellatio ab interloquutoria debet continere cauſam grauaminis, & quando non.*
14 *Appellatio à ſententia, habente vim definitiuè, non requirit expreſſionem cauſæ.*
15 *Appellatio à ſententia definitiua quando debet continere cauſam.*
16 *Iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam Iudicis à quo: etiam ſi fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis.*
17 *Appellationem à tortura non admittit Curia Archiep. Neap. & quare.*
18 *Clericus non poteſt torqueri, niſi ſit infamatus de crimine: quod non ſeruatur in praxi.*
19 *Tortura in clericis non debet eſſe ita ſeuera, ſicut in laicis.*
20 *Iudices reprehenduntur, qui exquirunt noua genera tormentorum.*
21 *A ſententia deſertionis poteſt appellari.*
22 *Deſerta appellatione an poſſit peti executio ſententiæ coram Iudice à quo.*
23 *Iudex ad quem, an poſſit confirmare ſententiam Iudicis à quo, vel infirmare, aut reformare, quando appellatio eſt deſerta.*

## De appellatione magis practicabilia. Cap. LXX.

APpellationis materia, quæ longè, lateque diffunditur, in innumeris libris tacta reperitur; mihi verò quædam pauca in Curia Archiepiſcopali in dies occurrentia ſubnectere placuit. Et primò notan-
1 dum, quòd appellans de iure habet annum, & ex cauſa biennium ad proſequendum appellationem, niſi Iudex à quo, breuiorem terminum ſtatuerit; nam illo elapſo, deſeritur appellatio, *cap. cum ſit Romana, cap. perſonas, de appellat.* Propterea
2 ſciendum, quod Iudex à quo, poteſt præfigere plures terminos appellanti. Primus ad iter arripiendum verſus Vrbem, *cap. peruenit, el 2. eodem titul.* Secundus ad præſentandum ſe coram Iudice ad quem, *dicto cap. perſonas*. Tertius ad recipiendum apoſtolos, & ſi in termino non comparet, deſeritur appellatio. *Clem. 2. eodem tit.* Quartus, ad præſentandum ſe coram Iudice ad quem, cum apoſtolis, qui terminus, ſi eſt competens, deſeritur appellatio. *Bald. in l. præſes, C. eodem. Franch. in dict cap. perſonas.* Quintus, ad proſequendum appellationem, *cap. ad hæc, eodem tit. Franch. vbi ſupra.* Sextus, ad proſequendum appellationem, & ad faciendum fidem de proſequutione, quo caſu non deſeri appellationem, tenet *Federic. conſil. 28.* ſed talis aſſignatio operabitur vnũ notabilem effectum, quòd ſi appellans, iuſto impedimento ceſſante, non faciet fidem coram Iudice a quo de ſua proſequutione, & præſentatione infra terminum ſibi aſſignatum, cui non coutradixit; tunc poterit Iudex à quo, ſtatim mandare ſuam ſententiam exequutioni; nec retractabitur per viam attentati, ſed pendebit à futuro euentu ipſius appellationis: ſequitur *Franch. vbi ſupra.* Sed quid ſi in termino prædicto ad faciendum fidem Iudex cõminetur, quòd appellatio

ſit de-

fit deserta? *Lap. in Clement.* 1. *eodem tit.* tenuit deseri. Contrarium *Ancharan. Imol. in dict. Clem. Franch. vbi suprà*: non tamen potest præfigere terminum ad finiendam ipsam appellationem, vel ad redeundum cum litteris impetratis; quia esset imponere legem superiori. Ita not. *Franch.* qui omnes istos modos
3 enumerat in *dict. capit. personar.* In Curia Archiepisc. Neapol. seruatur, quod appellanti statuitur terminus dierum decem ad recipiendum Apostolos, decem ad arripiendum iter, & se præsentandum conspectui Apostolico, & aliorum decem ad faciendum fidem Domino Vicario, de diligentia in impetratione rescripti, cum comminatione, quòd si defecerit in vnoquoque termino, appellatio habeatur pro deserta: & à multis retro annis ita seruatum fuit, vt dicit *Oliua super ritu Cur. Archiepisch.* 35. & non assignatur hodie terminus, prout in dict. Ritu, quod si appellans ostenderit aliqualem diligentiam per litteras alicuius commorantis in Vrbe, solet assignari alius terminus dierum quindecim ad faciendum fidem prædictam, & pro Apostolis Curia Neapol. concedit appellanti copiam sententiæ, quod exprimit
4 D. Vicarius, quando admittit appellationem, videlicet: *qui Dominus Vicarius appellationem admisit, & mandauit pro Apostolis concedi appellanti copiam sententiæ, cum termino prædicto.*

5 Sed difficultas est, an Iudex, qui non detulit appellationi, possit præfigere terminum ad prosequendum illam, & verior opinio est, quòd sic. *Domi. in capit.* 1. *& in capit. cum appellationibus, de appellat. in* 6. & ibi *Ancharan. Zabarell. in Clem.* 1. *eodem tit. quæst.* 28. *Ioan. Andr. in dict. capit.* 1. *& in capit. personas, cap. sæpè, capit. cum sit Romana, extra, eodem. Franch. latè in dict. capit. personas.* Colligitur *ex Specul. §. sequitur, eod. tit.* probatur in dd. iuribus, in quibus ponitur regula, quod Iudex à quo, potest præfigere terminum appellanti, sine distinctione. *Felin. in capit. cum Bertoldus, de re iudic.* latissimè *Suarez in Praxi* 6. *part. tomo* 1. *capit.* 1. nec obstat *text. in capit. ex eo, de regulis Iuris in* 6. quia procedit, quando quis impugnat in vtilitatem propriam, tunc ex eo, quòd impugnauit non potest commodum consequi, sed appellatio non reijcitur à Iudice in sui fauorem, sed in vtilitatem appellantis, & in commodum Reipublicę, vt citius finiatur lis, vt benè aduertit *Suarez vbi suprà.*

6 Secundò notandum, quòd circa appellationes est obseruandus *text. in capit. Romana, de appellat. in* 6. quacumque consuetudine etiam immemorabili, stylo, vel priuilegio in contrarium non obstantibus, aliter inhibitiones processus, & inde secuta sunt ipso iure nulla. Ita statuitur in Concil. Trid. *capit.* 7. *sess.* 22. *de reform.* & propterea animaduertendum circa inhibitiones, quòd vt notant *Innocen. Domin. Franch. & alij in d. cap. Romana, ex illo tex.* Iudex ad quem, non potest inhibere Iudici à quo, nisi prius incipiat de causa cognoscere, quando fuit appellatum ab interloquutoria, & quando à definitiua, nisi prius

cognouerit fuisse appellatum intra decem dies, & propterea, vt ibi dicit *Ioan. Andr.* cauti appellantes deferunt copiam sententiæ; sed quando appellatio est prohibita à definitiua, nisi in certis casibus, tunc prius debet incipere de causa cognoscere. Ita præcitati DD. deducunt ex *dict. cap. Romana, §. si verò, §. quod si obijciatur, & sequent.* In Curia Archiep. Neap. olim statim fiebat inhibitoria, vt in Ritu 36. hodie verò in causis à Papa delegatis seruat Ritum, & statim inhibet, & iustè, ex adductis per *Oliuam super d. Ritu.* In causis verò iure metropolitico deuolutis per appellationem non statim inhibet, sed solet Vicarius mittere litteras Suffraganeo, vt transmittat acta, & interim supersedeat, & cum inceperit de causa cognoscere, & de legitima appellatione, inhibet in forma, aliàs non; & ita etiam refertur censuisse Sacra Congreg. Sacr. Conc. Trident. vtque Episcopus suffraganeus teneatur suis litteris sibi amicabiliter transmissis obedire, aliàs posset mandari, quod transmittat acta, & per aliquot dies supersedeat.

7 Tertiò notandum, veram esse doctorum opinionem, quòd quando appellatur à sententia Iudicis, & præsentatur ei appellatio, ac petuntur Apostoli, si Iudex nihil respondet, censetur deferre appellationi, & non potest amplius in causa se intromittere. Ita *Glos. Cardin. Imol. Bonifac. in Clem. quamuis, de appellat. Lap. allegat.* 24. vbi *Mandosius* dicit esse communem, *Franch. in cap. ab eo, de appellat. in* 6. Solet tamen Vicar. Neapol. cui præsentatur appellatio, mandare ipsam intimari parti ad dicendum, an debeat admitti, si, vel non, & interim non censetur admittere appellationem. Item seruat, quòd quando appellatio non est admittenda, solet incipere à negatiua, dicens, non admisit, nisi si, & in quantum, aliàs ab affirmatiua, ex dictis per *Franch. in c. sæpè, 2. not. de appellat.* de qua Praxi facit etiam mentionem *Lucas Pætus, de iudiciaria formula, lib.* 5. *nu.* 10. dicens illam parum operari *ex not. per Felin. in cap. cum contingat, nu.* 13. *de offic. delegat.*

8 Quartò notandum in Praxi, quòd Iudex à quo, potest, & debet non admittere appellationem notoriè friuolam, *tex. in cap. cum appellationib. de appellat. in* 6. *latè Lancellot. de attentatis limitat. in* 6. *capit.* 12. vbi infinitos cumulat; sed id procedit, quando appellatio est notoriè friuola; aliàs in dubio est ei deferendum, nec appellatione pendente de-
9 bet fieri exequutio. *Gloss. in leg. qui restituere, §. fin. ff. de rei vendic. Ias. in leg. præses, ff. de re iudic. Dec. in capit. cum sit Romana, num.* 8. *de appellat. & in consil.* 28. *num.* 2. *&* 83. *num.* 6. *Afflict. in constit. appellationum tempora, num.* 39. *Lancellottus vbi suprà*; qui adducit plures limitationes ad regulam, quòd appellatio friuola non est admittenda, inter quas ista est notabilis, vt sit admittenda post inhibitionem Iudicis ad quem, dicens ita fuisse in Rota decisum, ne sub clypeo inhibitionis iniustæ Iudices contemnant inhibitiones, & diu litigetur, an inhibitio sit iusta, vel non.

10 Quintò notandum, quòd Archie-

chiepiſcopus in ordinatorijs tenetur ſeruare Ritum Curiæ Metropolitanæ, in deciſorijs Ritum Curiæ Suffraganei, *Ant. in rub. de conſuetud. Felin. in capit. ſuper his, num. 13. verſ. & pro hac parte, de accuſ.*

11 Sextò notandum, quod poſt Conc. Trident. non poteſt appellari, niſi à definitiua, vel ab habente vim definitiuæ, aut ab interlocutoria continente grauamen irreparabile, *cap. 20. ſeſſ. 24. de refor. & cap. 1. ſeſſ. 13. de refor.* quæ autem dicantur ſententiæ habentes vim definitiuæ,

12 vide *Felin. in rub. de ſentent. & re iud. & Roman. in rub. ff. eod. tit.* qui plures enumerant, & iuſta carceratio dicitur continere grauamen irreparabile, à quo poteſt appellari, etiam poſt decem dies, cum ſemper grauet. *Philippus late in capit. ex parte tua, de appellat.* & ita etiam fertur cenſuiſſe Sacra Congregat. &

13 nota, quòd quando appellatur ab interloquutoria, debet exprimi nominatim cauſa in appellatione, *cap. vt debitus honor, de appellat.* & non ſufficit exprimere per relationem ad acta, niſi dicatur prout in actis in tali loco, nempè in litis conteſt. vel quando præſumitur, vt ſi Iudex interloquatur aliquem eſſe torquendum, vel carcerandum, tunc non debet exprimi cauſa. Ita *not. Bald. in leg. minoribus, C. de his quibus, vt indignis. Philippus, & Prapoſ. late in dict. capit. vt debitus.*

14 In appellatione verò ab habente vim definitiuæ non requiritur expreſſio cauſæ, ſicut nec à definitiua, requiritur tamen, quando appellatur à definitiua, ſi appellatur à correctione, vel ab exequutione, vel quando fuit cauſa commiſſa ap-

15 pellatione remota, vel quando appellat tertius cuius intereſt, qui non auditur, niſi exprimat cauſam rationabilem, per quam iuſtum intereſſe prætendat, *l. à ſententia, ff. eodem tit. ita latè, & not. Franch. in d. c. vt debitus.* Notandum eſt referri, Sacram Congregat. cenſuiſſe, quòd Concil. Trident. in *d. cap. 20.* non prohibet appellationem in cauſis, in quibus Epiſcopi procedunt tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, ex Concil. nec etiam ſtatuit aliquid, an cauſa ſit remittenda ad Iudicem à quo, vel non .... ne, ſed id relinquit diſpoſitioni iuris communis.

16 Septimò notandum in Praxi, quòd Iudex ad quem, poteſt confirmare ſententiam Iudicis à quo, ex quauis cauſa nullam, etiam ex defectu iuriſdictionis. *Alex. not. in conſil. 111. vol. 5. Achil. de Graſſis deciſ. 4. de ſent. & re iud.*

17 Octauò notandum, quòd Curia Neapol. non ſolet admittere appellationem à tortura, quamuis contineat præiudicium irreparabile, quod videtur contra ius, *ff. de appellat. r ecip.* Concil. Trid. *dict. cap. 1. ſeſſ. 13.* Sed Curia Archiep. ipſam non admittit, tamquam friuolam, quod facere poteſt iuxtà ſupradicta, & latiſſimè tradita per *Proſper. Farinaceum quæſt. 38. num. 23.* & quamuis cognitio, an appellatio ſit calumnioſa, vel non, ſpectet ad Iudicem ad quem; tamen cognitio, an appellationi ſit deferendum, vel non, ſpectat ad Iudicem à quo. *Franch. in capit. conſtitutus, num. 19. & capit. de Priore, de appellation. Farinacius vbi ſuprà,* qui

testatur de communi; numquam enim Curia Archiepiscopalis procedit ad torturam, nisi manifesta adsint indicia contra reum, cum in ea semper adsint Iudices peritissimi, & integerrimi, quales hodie sunt Curtius Palumbus Vicar. generalis, Horatius Venetia, & Stephanus Quaranta, Canonici Metropolit. Eccles. Neap. qui ob iustitiæ zelum, integritatem, singularem probitatem, eximiam doctrinam, nec non cæteras virtutes, quibus clarere dignoscuntur, summa cum prudentia, exactaque diligentia iudicis officium exequuntur. Et vt obiter aliqua de clericorum tortura dicamus, sciendum, quòd iuxta opinionem *Abbatis antiqui in cap. 1. de deposito;* qui est communiter re-
18 ceptus, clericus non potest torqueri, nisi sit infamatus de delicto, de quo inquiritur, quamuis contra ipsum adsint alia indicia; sed in contrarium se habere praxim, dicunt *Bossius de iudicijs, num. 103. Clarus in §. fin. quæst. 64.* & ita seruatur in Cur. Neapol. quòd non requiritur diffamatio, si adsunt alia indicia ad torturam. Sciendum præterea, quòd iuxta *Abbatem in capit. cum in contemplatione, num. 6. de regul. iur.* tortura non debet esse ita seuera in clericis, sicut in laicis, vnde non debent secundum ipsum supponi equuleis, vel fidiculis, seu corrigiatis: & Curia Archiepiscopalis clericis infert tormentum funis absque paruis funiculis, & quando delictum est atrox, solet mandare quassari funem, vel affici aliquibus tractibus chordæ, aut appendi aliquod onus in pedibus, & abhorret noua genera tormentorum; reprehenduntur enim Iudi-
19 ces, qui exquirunt noua genera tormentorum. *Anton. Gomesius lib. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 15. Pegna in 3. par. Director. super q. 6.*

20 Vltimò notandum in Praxi, quòd à sententia desertionis appellationis potest appellari. *Bart. in leg. 2. C. de Episc. audient. Philippus in cap. ex ratione, num. 80. de appellat.*

21 Verum ad euitandos circuitus. *Angel. in leg. si contra, C. de appell.* dat cautelam, quòd quando qui obtinuit sententiam, deprehendit, quòd appellatio est deserta, modus est, vt adeat Iudicem à quo, ad quem spectat exequutio, & petat, vt sententiam exequatur; & si appellans compareat, & opponat de pendentia appellationis, duplicabitur, non esse appellatum, vel non formiter, aut appellationem desertam: Iudex à quo, de isto incidenti se informabit; & constito de non appellatione, vel desertione, non declarabit appellationem desertam; sed suam sententiam exequetur absque alio decreto. Idem tenet *Franch. in dict. capit. ex ratione, num. 99.* qui dat cautelam in contrarium, quod appellans adeat Iudicem ad quem, & petat inhiberi Iudici à quo, prosequatur appellationem coram ipso Iudice ad quem: & si opponatur de desertione, replicetur de impedimentis, & petatur in integrum restitutio, tunc Iudex ad quem poterit cognoscere, & pronunciare appellationem non esse desertam, & reuocare per viam attentati exequutionem factam per Iudicem à quo.

Num. 26.

Num. 16. Quæritur, an Archiepiscopus, ad quem fuit appellatum,
21 possit confirmare sententiam Iudicis à quo, quando appellatio fuit deserta ob non prosecutionem, & videtur quod non, *ex Clem. si appellationem, de app.* vbi appellatione deserta impeditur prosecutio appellationis; & ibi dicit *glos.* quod sententia confirmationis erit postea lata à non suo Iudice. Stylus Rotæ Romanæ est in contrarius, quòd Iudex ad quem, potest confirmare sententiam Iudicis à quo, appellatione deserta: de quo stylo testatur *Vitalinus in d. Clem. si appellatione*, quamuis ipse teneat contra stylum, quem stylum defendit *Sarnensis in Reg. de trienn. q. 54.* & ita fuit decisum in vna Seguntina Canonicatus 11. Octobris 1562. coram Robusterio, & habetur *decis. 14. de app. in nou.* Verum circumscripto stylo verior opinio est, quod aut est certum tempora instantiæ fore lapsa, & tunc non poterit pronunciare, aut est dubium, an appellatio sit deserta, & est reuocatum in dubiũ coram Iudice appellationis, & tunc poterit pronunciare. Ita *Bald. in l. eos, C. de appell. additio ad decis. Rotæ 14. de appell.* vbi dicit, quod ex solo cursu temporis non constat, nisi biennium sit elapsum, nam ante biennium poterunt interuenire impedimenta, quorum probatio, vel reprobatio in facto consistit, & ideo dubium est. Idem tenet *Franc. in capit. ex ratione, num. 29. de appell.* qui sequitur *Imolam* procedit itaque opinio *Gloss. leg. eos*, quando ex actis constat appellationem esse desertam.

*SVMMARIVM.*

1 *Corpora, & reliquiæ Sanctorum, an possint de loco ad locum transferri.*
2 *Corpora aliquorum sociorum Sancti Ianuarij sunt condita sub altari maiori Ecclesiæ Cathed. Neap.*
3 *Corpora defunctorum quando possint transferri.*
4 *Reliquiæ Ecclesiæ an possint ab Episcopo, vel Rectore Ecclesiæ alijs concedi, vel donari absque licentia Papæ.*
5 *Reliquias surripientes committunt sacrilegium.*
6 *Reliquias in Processionibus debent portare Diaconi.*

## De corporibus Sanctorum, quando possint transferri de loco ad locum. Cap. LXXI.

1 Dicit *text. in c. corpora, de consecr. dist. 1.* corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat sine consilio Principis, id est, Papæ, vel Episcopi, & sanctę Synodi, id est canonicorum, vt ibi declarat *Archidiac.* qui *text.* intelligitur de corporibus Sanctorum, traditis perpetuæ sepulturæ, & tunc neque de loco ad locum intus eandem Ecclesiam possunt transferri, sine prædicta auctoritate, vt tenet *Nauarr. cons. 9. de sepultur.* alia verò corpora Sanctorum, non tradita perpetuæ sepulturæ, aut reliquiæ alicuius sancti, quæ asseruantur in capsulis, & deferuntur in processionibus, non subiacent dispositioni *d. c. corpora, Gloss. & Doct.* ibi, *Sil. in verb. reliquiæ, & Nauarr. in loco citato*, &

ſic anno 1597. Illuſtriſs. & Reue-
2 rendiſs. Archiep. ex iuſta cauſa accommodandi Eccleſiam, transtulit altare maius Eccleſiæ Metropolit. Neapol. quod erat ſitum quaſi in medio cupulæ, prope parietem dictæ cupulæ, in quo altari aderant, & inſunt corpora aliquorum Sanctorum, ſociorum Beati Ianuarij huius Ciuit. Patroni, & Protectoris. Sic
3 etiam corpora aliorum defunctorum tradita perpetuæ ſepulturæ non ſunt transferenda de loco ad locum, ſine licentia ſuperioris, & ex iuſta cauſa ruinæ, vel alia, *leg.* 1. *leg. humanum, C. de relig. & ſumpt. funer.* niſi fuiſſent depoſita in aliquo loco, tunc poſſunt alio exportari, *leg. ſi nec dum, C. eod.* & ita hodie ſeruatur.

4 Quæritur, An Epiſcopus, vel Rector Eccleſiæ poſſint alijs concedere, vel donare reliquias ſuæ Eccleſiæ abſque licentia Summi Pontificis, & videtur quod ſic ex *cap. Corpora Sanctorum, de conſ. diſt.* 1. vbi dicitur, corpora Sanctorum poſſe de loco ad locum transferri de licentia Epiſcopi, & *Cardinalis de Turrecrem. in dict. capit. corpora*, in ſpecie ſequendo *Vgonem* dicit, per illum textum non prohiberi, quod reliquiæ aliquæ, quæ ſunt in Eccleſia, non poſſint concedi alicui ſine conſenſu Papæ, vel Epiſcopi; ſed tantum prohiberi, quod corpora Sanctorum, quæ in aliqua Eccleſia tamquam ſepulturæ perpetuæ tradita ſunt, ſine conſenſu Papæ, aut Epiſcopi non transferantur ad alium locum: & ſic videtur quod Epiſcopus, & Rector poſſint alijs particulas reliquiarum concedere, quando non ſunt traditæ perpetuæ ſepulturæ ſine licentia Papæ, & quando ſunt traditæ, de licentia Epiſcopi. In contrarium facit, quod Epiſcopus ſine auctoritate Summi Pontificis prædia Eccleſiæ, & omnia mobilia pretioſa alienare non poteſt, *extrauag. Pauli II. de reb. Eccl. non alien.* multo minus videtur poſſe alienare reliquias Sanctorum, quæ ſunt res Eccleſiæ pretioſiſſimæ, per quas, vt dicit ſacroſanctum *Concil. Trident.* de Inuocatione, Veneratione, & Reliquijs Sanctorum, multa beneficia à Deo hominibus præſtantur, & ſacrilegium committunt, qui reliquias Sanctorum furantur, niſi quando illas ſurripiunt à locis Saracenorum, vt dicunt *Archid. & Turrecrem. in dict. capit. Corpora*; &
6 vaſa, in quibus reliquiæ portantur, dicuntur ſacra, quæ à Diacono ſaltem in proceſſionibus deferri debent, vt dicit *Gloſ. notab. in capit. non liceat, diſt.* 23. & in magna veneratione habendas eſſe, & alijs non extra capſam oſtendendas eſſe, nec paſſim; ſtatuerunt canones *capit.* 2. *de Reliq. & Vener. Sanctorum*; videtur itaque abſurdum, poſſe ad libitum alijs concedi reliquias, quas canones in ſumma veneratione habendas eſſe ſtatuerunt. Et hæc eſt veritas, quod requiritur licentia Papæ, & ita ſeruatur de ſtylo Curiæ Romanæ, & Sanctiſſimus Pontifex Paulus V. qui hodie feliciter regit Eccleſiam, quando concedit licentias extrahendi particulas reliquiarum à diœceſibus Epiſcoporum, ponit clauſulam, dummodo non extrahantur particulæ de Reliquijs inſigniori-

ribus,

ribus, nec de muro clausis, & cum consensu Episcopi. Caueat igitur Episcopus, vel Rector, ne sine tali licentia alijs reliquias concedat: non obstat *cap. Corpora*; vbi sufficit licentia Episcopi, etiam quando corpora sunt tradita perpetuæ sepulturę, quia procedit de Iure antiquo ante extrauagantem Pauli II. in qua prohibetur alienatio mobilium pretiosorum inconsulto Romano Pontifice; nam ante illam poterant etiam aliæ res Ecclesiæ alienari auctoritate Episcopi, *capit. sine exceptione, 12. q. 2.*

*SVMMARIVM.*

1 *Oblationes factæ Imagini alicuius Sancti, depictæ in pariete domus priuati, cui debeantur.*

2 *Imago Sancti, depicta in pariete domus priuatæ personæ, quando destrui possit de ordine Episcopi, vel sine.*

3 *Oblationes factæ capellæ, an debeantur Rectori Ecclesiæ, vel beneficiato.*

4 *Legatum factum capellæ confraternitatis Corporis Christi, cui debeatur.*

5 *Legatum factum Sanctis, an debeatur Ecclesijs illis dedicatis, vel Ecclesijs, in quibus sunt recondita corpora Sanctorum.*

6 *Legatum factum canonicis, cui debeatur.*

7 *Episcopus, si celebrat Missam in parochia, cui debeantur oblationes.*

8 *Oblationes factæ in consecratione Ecclesiæ, cui debeantur.*

9 *Oblationes quæ fiunt in consecratione Episcopi, cui debeantur.*

10 *Oblationes debitæ Rectori in die Dominico, & Episcopo in festiuitate Sancti, cui debeantur, si festum occurrat in Dominico.*

11 *Oblationes, quę fiunt in Missa de sponso, quæ celebratur à parocho in aliena parochia, cui debeantur.*

12 *Purificatio mulierum post partum, benedictio ouorum, & domorum, ad quem spectet.*

13 *Oblationes, quæ fiunt in Iubilæo, vel Anno Sancto in Ecclesia Cathedrali, an pertineant ad Episcopum, vel ad Archipresbyterum, qui exercet curam animarum.*

14 *Legatum factum monasterio intelligitur de monasterio patriæ testatoris.*

15 *Legatum factum Ecclesiæ, si sunt plures in Ciuitate, debetur pauperiori, & in dubio monasterio monialium.*

16 *Legatum factum Canonicis ducentorum aureorum pro celebratione Missarum, an possit diuidi statim inter Canonicos, vel sit conuertendum in annuos redditus, vt in perpetuum celebrentur Missæ, & anniuersaria.*

## De oblationibus latè. Cap. LXXII.

DE oblationibus, quæ fiunt à fidelibus Ecclesijs, & alijs locis, solet dubitari: de quibus aliqua
1 succinctè dicemus. Et primò solet dubitari, cui quærantur oblationes, factæ alicui imagini depictæ in pariete domus alicuius personæ priuatæ? & magis communis opi-
2 nio est, quod non domino domus, nec Ecclesiæ Cathedrali, sed debeâtur Ecclesiæ parochiali, in cuius parochia situs est paries, & *Anton. Abb. Imol. in capit. pastoralis de his, quæ fiunt à Prælatis sine consens. Ca-*

pit. *Marian. Socin. de oblation. libel.* 18. *quæst.* 6. vbi testatur de communi, facit *dict. capit. pastoralis, & capit. quoniam, de decimis*; in quibus iuribus patet, quòd parochus habet fundatam intentionem super oblationibus, quæ fiunt intra parochiam. Dicit etiam esse communem *Troilus Malvet. de oblationib. in* 4. *dubio, colum.* 6. nisi offerens obtulisset contemplatione domini domus, puta si talis esset pauper, vel tales oblationes in Pios vsus conuertebat, tunc illius domini efficerentur oblationes. Idem si ex tacita voluntate, vt si offerens sciebat dominum domus ex consuetudine conuertere oblationes in suas necessitates, vel in pios vsus. Nec obstat, *capit. hanc consuetudinem*, 11. *q.* 1. quia loquitur de oblatis in Ecclesia, non in loco profano: quòd si daretur ignorantia in offerente, vel non posset apparere de voluntate offerentis, tunc non acquirerentur domino domus. Ita *Marian. Socin. vbi suprà*, & dicit *Angel. in leg. in rem, §. Item quæcumque, ff. de rei vendic. & in sua disput. incip. In refulgenti deliciarum Palatio*. Quod si imagini donaretur pes, aut brachium, quod illi deficiebat, tunc est domini illius domus, quia corpus principale trahit ad se illam partem, vt in *dict. §. Item quæcumque*. Refert *Felin. in capit. dilectus, de offic. Ordin.* Sed an possit Episcopus compellere dominum domus, vt destruat Imaginem? est dicendum, quòd non, cum in septima Synodo fuerit statutum, imagines Sanctorum posse detineri in priuatis domibus, & vijs publicis, vt refert *Simanc. de Cathol. instit. tit.* 33. *de Imaginibus*; quòd si populus abuteretur dicta Imagine, vel esset periculum idololatriæ, posset Episcopus illam destrui facere, idque sine scandalo populi, & offensione Sanctorum faciendum est. *Simanc. vbi suprà not.* dominus verò domus posset Imaginem delere, frangere, & abradere. *Soc. d. cap.* 18. quòd intelligo, dummodo non fiat in contemptum, & sine populi scandalo, ex reg. quod nihil cum scandalo fieri debet, *cap. nihil*, vbi late *Felin. de præscript.*

3 Secundò quæritur, cui debeantur oblationes factæ, capellæ existenti in aliqua Ecclesia, Rectori ne Ecclesiæ, an Capellano beneficiato dictæ capellæ, & veritas est, quod debentur Rectori, non beneficiato altaris, siue Capellæ, nisi relinquantur intuitu ipsius altaris. In dubio autem oblationes, quæ fiunt in aliquo altari, præsumuntur fieri intuitu Ecclesiæ. Ita *Abb. in cap.* 2. *de successiòn. ab intest. Marian. Socin. dict. libell.* 18. *q. fin. Felin. in dict. cap. dilectus*; & ex coniecturis percipi potest, cuius intuitu fiant oblationes: nam si in ipso altari adesset Imago alicuius Sancti, vel titulus Sancti, cuius intuitu fierent oblationes, debentur altari, non rectori *Ecclesiæ. Felin. vbi suprà*.

4 Tertiò quæritur, cui debeatur legatum, factum capellæ, in qua est confraternitas corporis Christi? hanc quæstionem ponit *Durandus, de arte testandi tit.* 6. *cautel.* 7. dicens, quòd legatum debetur Ecclesiæ, & sic rectori, non confraternitati; nisi testator exprimat confraternitatem, *ad not. per Doct. in leg. Statuæ*,

*tua, ff. de vsufructu*, quod videtur verum, nisi appareat ex coniecturis offerentem voluisse offerre confraternitati, vt quia confratres tradunt matrimonio puellas, vel faciunt alia opera pietatis.

5 Quartò quæritur, cui debeatur legatum factum Ecclesiæ, quæ non reperitur in diœcesi? & deberi Ecclesiæ Cathedralis, dicunt *Lap. alleg.* 18. *Felin. in d. cap. dilectus*.

6 Quintò quæritur, cui debeatur legatum factum aliquibus Sanctis, Ecclesijs illis dedicatis, sub eorum inuocatione; vel Ecclesijs, in quibus sunt recondita corpora dictorum Sanctorum? & deberi Ecclesijs illis dedicatis, licet alibi sint corpora, nisi in ciuitate non adessent Ecclesiæ sub inuocatione ipsorum, tenet *Afflict. decis.* 244.

7 Sextò quæritur, cui debeatur legatum factum Canonicis? & deberi ipsis Canonicis, non Ecclesiæ, dicit *Gloss. in cap.* 12. *quæst.* 2. *Antonius Abbas in cap. requisisti, de testam. Socin.* qui dicit esse communem *in l.* 2. *ff. de rebus dubijs. Couar. dicto cap. requisisti, num.* 10. quòd si fiat ab extraneo alicui Canonico, debetur illi soli, iuxta omnes supradictos, & legatum factum Canonicis est diuidendum inter eos eo pacto, quo cætera ipsius Capituli bona diuidi solent, vt plus vni, quàm alteri detur, iuxta solitum. *Imol. in dict. cap.* & de legato facto Canonicis non debetur quarta Episcopo. *Couarr. vbi supra*.

8 Septimò quæritur, si Episcopus celebrauerit Missam in parochia, in qua Missa fiant oblationes, cui debeantur? *Marian. d. lib.* 18. *quæst. fin.* dicit, quòd licet oblationes, quæ fiunt in parochia, vel intra parochiam alicuius, etiam in Missa, sint parochi; tamen fallit, quando celebraret in parochia Episcopus; nam tota sua diœcesis intelligitur eius parochia, *cap.* 1. *de raptor.* ita concludit ex *Ostiens. de parochijs*, §. *in quibus, versic. quid ergo si Episcopus*, vbi *Ostiens.* limitat, quando consuetudo esset in contrarium, vel nisi Episcopus in vno loco nimis longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret. Idem putat *Ostiens.* in Archiepiscopo celebrante Missam, dum visitat prouinciam, sequitur *Marian. vbi sup.* concludens etiam
10 oblationes factas in consecratione Ecclesiæ pertinere ad ipsum Episcopum, *ex cap. peti*, 18. *quæst.* 3. Idem dicit de oblationibus factis in consecratione Episcopi, vt debeant esse Episcopi, non assistentis.

11 Octauò quæritur, pone, quòd consuetudine, vel statuto, oblationes, quæ fiunt die Dominico, debeant esse Prælati, & in festo principali debeant esse Episcopi, si festum principale occurrit in die Dominica, cuius debeant esse oblationes? *Bald. in l.* 3. *ff. de tutel.* dicit, quod oblationes, quæ fuerunt factæ contemplatione Dominicæ, cedunt Prælato, aliæ cedunt Episcopo. Sequitur *Marian. dicta quæst. fin.* qui dicit, oblationes factas ab alienis parochianis, censeri factas, ratione festiuitatis, à proprijs parochianis, esse dubium cuius cõtemplatiõne fiant,
12 sed eas esse diuidendas. Et ex his potest resolui alia quæstio, quod oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ celebratur à parocho in

aliena

aliena parochia, debent esse celebrantis, cum eius contemplatione dentur.

Et ex dictis *in princip. huius capit.* quod parochus habet fundatam intentionem super omnibus oblationibus, quæ fiunt intra parochiam, videtur dicendum, quòd licet purificatio post partum non sit actus necessitatis, sed deuotionis, *cap. vnico, de purific. post partum*, & proinde videtur, quòd ab omnibus sacerdotibus, etiam Regularibus, expleri possit; tamen quia in ea fit quædam oblatio candelæ in honorem oblationis factæ per B. Virginem, turturum, vel columbarum: super quibus oblationibus parochus habet intentionem fundatam, quòd ad ipsum solum, non ad alios sacerdotes spectet purificare mulieres post partum; & absurdum esset, quòd in vna Ecclesia fieret purificatio, in alia oblatio, seu alteri sacerdoti: non enim perficeretur ille actus deuotionis purificationis. Item benedictio nuptiarum est de consilio, *cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. Concil. Trid.* vt probat *Nauar. cap. 22. num. 83.* & tamen à proprio parocho fieri debet, *dict. cap. 1.* Idem videtur dicendum de benedictione ouorum, & tanto magis domorum, cum fiat extra Ecclesiam in parochia, in qua non possunt se intromittere regulares; sed habenda est ratio consuetudinis legitimè introductæ, iuxta *cap. fin. de consuetud.*

13 Quæritur de oblationibus, quæ fiunt in Iubilæo, vel anno sancto, seu Iubilæi in Ecclesia Cathedrali, an pertineant ad Episcopum, vel Archipresbyterum, qui exercet curam animarum. Hæc quæstio fuit discussa in Rota Romana, in vna Beneuentana Spolij, 2. Decembris, 1585. coram Orano, & fuit decisum, oblationes factas anno Iubilæi spectare ad Archipresbyterum Ecclesiæ Cathedralis Beneuentanæ, non ad Archiepiscopum: quoniam cum Archipresbyter habet curam animarum, & administrationem sacramentorum, habet consequenter in omnibus oblationibus de iure communi fundatam intentionem, *cap. cum in tua, cap. dudum, cap. quoniam, de decimis, cap. Pastoralis*, vbi omnes de his, quæ fiunt à Prælatis; idque priuatiuè ad Episcopum. *Abbas in cap. quoniam, 1. not. de decim. & in cap. 1. in fin. de success. ab intest. Maluet. de oblat. 4. dub. num. 401. Ferrer. consil. 143. num. 4. in fine*, fuit etiam dictum in eadem causa, die 19. Iunij, 1587. ad Archipresbyterum spectare impensas pro hominibus, & quod possit Archiepiscopus augere summam luminum rationabiliter, iuxta temporum qualitatem, & Archipresbyter teneatur, dummodo possit deducto victu.

Item notandum, quod quamuis legatum factum Canonicis, vt dicitur in Praxi, censeatur factum non intuitu Ecclesiæ, tamen intelligitur relictum Collegio, siue Capitulo, non autem singulis personis. Ita tenet *Cardin. in cap. requisisti, de testam.* quæ inuestigatio est vtilis; nam si singulis intelligatur relictum, inter Canonicos æqualiter diuidi debet; si autem Collegio, eo modo diuiditur, quo reliqua ipsius Collegij bona diuiduntur, vt plus vni Canonico, quam alteri tribuatur, secundum statu-

statuta, & consuetudinem Ecclesiæ. *Imola, & Couar. in d. cap. requisisti*, & hanc esse veriorem opinionem tradit *Illustris. Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 21.*

14 Item relictum monasterio simpliciter, intelligitur de monasterio patriæ ipsius testatoris. *Paris. consil. 24. num. 4. vol. 3.*

15 Item relictum Ecclesiæ, si plures sint Ecclesiæ in Ciuitate ipsius testatoris, debetur pauperiori, *§. si quis in nomine, in auth. de Eccles. titul.* Ex quo sequitur, quod in dubio magis intelligitur relictum monasterio Monialium, quam Monachorum, quoniam masculi possunt melius sibi prospicere, & ideo monasterium Monialium censetur pauperius, *argum. l. quisquis, §. ad filias, C. ad leg. Iul. maiest.* & dicit *Cyn. in l. cum multa, C. de donat. ante nupt.* & magis monasterio mendicantium, quam non mendicantium. *Ioan. Andr. in cap. 1. de testam. in 6.* sed prædicta procedunt, nisi coniecturæ essent in contrarium; vt si parochus Ecclesiæ Sancti Petri relinquat centum Ecclesiæ Sancti Petri, nam debetur Parochiali, licet in Ciuitate sint aliæ eiusdem nominis. *Abb. in cap. indicante, de testam. latè Illustris. Mantica, dicto tract. vbi supra tit. 6.* qui alia ponit circa hanc materiam.

16 Sed casus notabilis est, de quo sæpe vidi hæsitari, si fiat legatum Canonicis Ecclesiæ ducentorum aureorum, vel alterius magnæ quantitatis pro Missis celebrandis pro anima defuncti, an intelligatur, quod dicti aurei conuertantur in redditus, & in perpetuum celebrentur Missæ, & anniuersaria pro anima defuncti, iuxta quantitatem reddituum, vel possint statim Canonici post mortem testatoris diuidere inter se dictos aureos, & celebrare Missas iuxta eleemosynas solitas dari pro celebratione Missarum, & censeo, dictam pecuniam legatam esse conuertendam in annuos redditus, nisi ex coniecturis aliud appareret, quoniam quando testatoris voluntas est ambigua, & respicit pietatem, benignior interpretatio, & magis verisimilis sequenda est, ac illud, quod credibile est testatorem cogitasse, *l. in testamentis, la prima, ff. de condit. & demonstr. leg. cum in testamento, ff. de rebus dubijs,* latè tradit *Illustrissimus Cardin. Mantica dicto tract. lib. 3. titul. 2.* & magis vtile est testatori, quod in perpetuum celebrentur Missæ, maximè accedente consuetudine generali, quod non solet legari magna quantitas, nisi pro anniuersarijs perpetuis, secus autem si esset modica quantitas, vel si fieret legatum ab aliquo Principe, vel alia persona valde diuite, qui solent legare annuos redditus pro anniuersarijs perpetuis, & vltra eos aliquam magnam quantitatem, centum, vel ducentorum aureorum pro Missis celebrandis statim post eorum mortem; nam secundum consuetudinem regionis interpretatur voluntas testatoris, *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. primo, l. cum delanionis, §. item cacabos, & ibi glos. ff. de fundo instructo, cum alijs*, & fideicommissum recipit interpretationem à consuetudine patriæ, vt intelligatur eo modo, quo relinqui consueuit. Tradit *Parisius consil. 7. num. 40. & consil. 50. num. 41.*

*num.41. volum.3. latè Cardin. Mantica dicto tract. lib.6. tit.8.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Episcopi, an teneatur dare sindicatum.*
2 *Moyses non redarguit Aaron coram populo propter dignitatem Ecclesiasticam.*
3 *Episcopus quando visitat monasteria, non debet introducere laicos.*
4 *Generalis ordinis, vel alia eminens persona, sindicari non debet.*

De Vicario Episcopi an teneatur dare sindicatum. Cap. LXXIII.

1 AN Vicarius Episcopi teneatur dare sindicatum? & videtur, quòd sic, *ex l. vnica, C. vt omnes Iudices, tàm ciuiles, quàm criminales*. In contrarium se habet consuetudo, & ita expresse declarauit Greg. XIII. in quadam bulla, anno 1578. directa Clero, & Communitati Tarentinæ, siquidem cum Communitas, & Clerus prætenderent Vicarios Archiepiscopi esse obnoxios sindicatui, Greg. XIII. respondit his verbis, *Statuimus, & mandamus, quòd Vicarij, & officiales, siue generales, siue particulares, etiam foranei nuncupati, per eundem Archiepiscopum, siue eius pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, siue eius diœcesi deputati, vel deputandi, ad aliquem sindicatum nullo modo teneantur, aut eidem, sub quouis prætextu sint obnoxij*; & hæc bulla reperitur impressa *in lib. de antiq. Tarentin. in fin. fol. 222.* De Vicario Capituli sede vacante, dicit Concilium Tridentinum *cap. 16. sess. 24. de reform.* quod tenetur reddere rationem administrationis nouo Episcopo.

Notãda est bulla Gregorij XIII. qua Vicarij non tenentur ad sindicatum, quoniam alibi reperiebatur dispositum contrarium, vt in constitutione Regni Hispaniæ *lib.3. tit. 7. leg. quam defendit Azeuedus*; sed ipse fortè non vidit præfatam constitutionem, Iure optimo fultam propter dignitatem Vicariorum, qui coruscant radijs dignitatis Episcoporum, & propter dignitatem Ecclesiasticam: etenim personæ qualitas operatur, vt præsumptio sit, iustè iudicaturos, *text. notat. in l. 1. circa med. ff. de officio præfecti prætorio*, tradit notabiliter *Bart. in l. ambitiosa, num.27. ff. de decretis ab Ordinario faciendis*; maximè attenta appellatione, & reuera sindicatus tenderet in magnum dedecus personarum Ecclesiasticarum, quibus laici solent esse valdè infesti, *cap. laicos, 2. quæst.*
2 *6.* Vnde legitur de Moyse, quod Aaron propter peccatum vituli publicè coram populo non redarguit, vt Doctores considerant, propter dignitatem Ecclesiasticam. Esset planè exemplo Cham, detegere verenda patris, & maledictionem incurrere, vt dicit *text. in cap. sententia, 2. quæst.7.* & in tota illa quæstione prohibentur laici accusare clericos propter frequens odium discolo-
3 rum erga illos, & ob eandem causam non potest Episcopus laicos introducere, quando visitat monasteria, ad correctionem faciendam, vt dicit *gloss. in cap. vt iuxta, de offic. Ordin.* & supra fuit dictum *cap.21.* non posse Prælatum in visitatione proponere

ponere edictum, vt quicumque aliquid scit contra Rectorem Ecclesiæ, denunciet, ex eadem ratione pro conseruanda fama Clericorum, esset planè in sindicatu eos constituere tanquam signum ad sagittam. Sancta itaque, & iusta est constitutio Gregorij XIII. Pariter Generalem ordinis, & alios in eminenti dignitate constitutos non debere sindicari, probat *Cephal. consil.* 39. & hæc nota.
4

*SVMMARIVM.*

1 *Nuptiæ secundæ quando possint benedici, & quid Neapoli seruetur.*
2 *Consuetudo valida in Sacramentalibus.*
3 *Nuptiæ secundæ benedicuntur, quando alias non fuerunt benedictæ.*
4 *Benedictio secundarum nuptiarum est prohibita, etiam si non fiat viuente prima coniuge.*
5 *Benedicens secundas nuptias punitur arbitrio Iudicis.*

## De secundis nuptijs, quando possunt benedici. Cap. LXXIV.

1 Dicit *text. in cap. vir autem, de secund. nupt.* quòd secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ, etiam si vnus coniugum fuerit primo loco benedictus, quem text. *Panorm.* intelligit, etiam si viduus ducat virginem. *S. Thom. in 4. dist.* 42. *quæst.* 3. *in fin.* dicit, quod possunt benedici, quando ducitur virgo, alias non, sequitur *Sil. in verbo, nupt.* 1. *Glos. in dict. cap. vir autem*, dicit, quòd stante consuetudine, quando ducitur virgo, possunt benedici, sequitur *Nauar. in cap.* 22. *num.* 83. qui intelligit opinionem *D. Thom.* procedere stante consuetudine, quæ potest inducere, vt benedicantur nuptiæ; etiam quando vidua ducit virginem, vel viduus viduam. Neapoli seruatur, quòd quando mulier tantum est virgo, iteratur benedictio omnium:
2 consuetudo enim valet in Sacramentalibus, vt firmat *Nauar. vbi supra, per cap. de trinacr. iuncta Glos. & DD. de consecr. dist. 4. & cap. 2. de tempor. ordin.* Sed quid si omnes sint vidui, sed non fuerunt alias benedicti, possunt de nouo benedici? *dicto cap. vir autem à contrario sensu. Nauar. vbi supra*. Neapolim si vidua non fuit benedicta, iteratur benedictio omnium; secus si vir tantum.

Animaduertendum, quod *Ioannes Andr.* ex pœna graui suspensionis ab officio, & beneficio, & adeundi Sedem Apostolicam impositam *in cap. 1. de secund. nupt.* contra Sacer-
4 dotem benedicentem secundas nuptias, arbitratus fuit, illum textum procedere, cum viuente prima vxore sacerdos benedicit secundas nuptias in odium dicti criminis; & eius opinionem sequitur *lex Regia Hispaniæ, par. 4. tit.* 12. *l.* in qua dicitur, posse semper benedici secundas nuptias, tertias, & quartas, ac vlteriores, & affertur ratio, quia istæ benedictiones non sunt sacramenta, sed potius orationes, quæ dicuntur super sponsos, & propterea cum non sint sacramenta, nulla videtur fieri iniuria, cum non reiteretur Sacramentum. Nihilominus in contrarium est *textus in cap. vir autem, eodem titul.* dum dicit, cum alia vice benedicti sint, & commu-

nis

nis opinio Canonistarum, & Theologorum est in contrarium, à quibus non est recedendum: est tamen attendenda consuetudo, vt dicitur in Praxi. Verum circa pœnam impositam *in dicto cap. 1.* suspensionis
5 ab officio, & beneficio, notandum, quod non infligitur ipso facto, vt ibi notat *Ostiens.* & non est semper benedicens mittendus ad Sedem Apostolicam, vt dicit *Abb.* qui tenet pœnam *d. cap.* esse arbitrariam, attentis circumstantijs, & consuetudine loci: sequitur *Menoch. de arbitr. casu* 417. qui testatur de communi: supradicta verò *Ioan. Andr.* consideratio deseruit, vt leui pœna sacerdos puniatur.

## SVMMARIVM.

1 *Extrauagantia Pauli II. de rebus Ecclesiæ alienandis, est vsu recepta in Ciuitate, & diœcesi Neapolitana.*
2 *Alienatio rerum Ecclesiæ fieri non potest sine consensu Papæ; etiam in casibus alias à iure permissis, iuxta formam extrauagantiæ ambitiosæ.*
3 *Terrulæ, & vineolæ Ecclesiæ possunt alienari sine solemnitate, & quæ tales sint.*
4 *Mobilia pretiosa quæ dicantur.*
5 *Solita concedi in feudum, vel emphyteusim, quæ dicantur.*
6 *Et in quibus casibus non possint de nouo concedi.*
7 *Fructus, & alia bona Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, alienantur inconsulto Papa, & quæ talia sint.*
8 *Pecunia an connumeretur inter mobilia, vel immobilia.*
9 *Et quid si sit destinata ad emptionem immobilium, vel redacta ex venditione immobilium, aut posita in bancho.*
10 *Locatio bonorum Ecclesiæ per triennium permissa, & quando vltra.*
11 *Commissarij alienationis Ecclesiæ quid aduertere debent.*
12 *Vtilitas Ecclesiæ in concessione rei emphyteuticæ solitæ concedi, quando considerari debeat.*
13 *Nepos an repræsentet patrem, & admittatur vna cum patruo ad emphyteusim Ecclesiasticam.*
14 *Alienari non potest sine solemnitate magna quantitas pecuniæ, quæ est in proprietate Ecclesiæ, non in fructu.*
15 *Locatio prædij Ecclesiæ vltra triennium est nulla, etiam pro triennio.*
16 *Fructus prohibentur alienari vltra triennium ab Ecclesia.*
17 *Dismembratio fructuum est alienatio, & requirit solemnitates requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ.*
18 *Ministri in cantandis Missis, & Horis Canonicis in Ecclesia Parochiali, sunt tantum ad bene esse.*
19 *Concordia super decimis non ligat successores sine confirmatione Apostolica.*
20 *Concordia super dimissione partis decimarum debitarum à laicis factà ab Ecclesiasticis, non valet sine confirmatione Apostolica.*
21 *Commissarius an teneatur examinare testes super vtilitate Ecclesiæ.*

## De alienatione rerum Ecclesiæ nonnulla practicabilia. Cap. LXXV.

1 Circa alienationē rerum Ecclesiæ, quædam pauca magis practicabilia hic inferere decreui: de hac verò materia facit amplum tractatum celeberrimus Iurisconsultor Ste-

Stephanus Quaranta, Canonicus Neapolitanus.in Summa Bullarum, ad quem te remitto. Et primò notandum, in Ciuitate, & diœcesi Neapolitana esse vsu receptam *extrauag. Pauli II. de reb. Ecclesi.alien.* quæ incipit, *ambitiosæ*, tàm quoad pœnas intrinsecas nullitatis contractus, quàm quoad pęnas extrinsecas censurarum, & alias; de quo etiam *supra in cap.51.* aliquid tetigimus.

2 Secundò notandum, quòd verus intellectus dictæ extrauagantiæ est, quòd hodie, etiam in casibus à iure permissis, non possunt alienari res Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, nisi iuxta formam dictæ extrauagantiæ; & ita in Vrbe, & Regno practicatur, quòd vix alienãtur modica, sine assensu Papæ, *iuxta cap.terrulas, 12.quæst.2.* quidquid dicat *Rodoan.de reb.Ecclesi.alien.quæst.36.*

3 Tertiò notandum, quod post dictam extrauagantiam possunt sine assensu Papæ alienari terrulæ, vineolæ, & domunculæ Ecclesiæ, minus vtiles, & à longe positæ, siue paruæ, *iuxta d.cap.terrulas:* siquidem in generali prohibitione alienationis non veniunt modica. *Abb.in cap. vt super, de reb. Ecclesiæ non alien.* & de modicis aut parum, aut nihil curatur, *l.scio, ff.de rest. in integr.* & lex generaliter loquens, non includit modica. *Socin. in fallent.229.* Sed difficultas est, cuius valoris debeant esse dicta prædiola, vt dicantur modica. *Gloss.in d.cap.terrulas*, dicit, puta, si valeant viginti solidis, id est, viginti aureis, vt declarat *Archid. in cap. si quos, ead.caus.& quæst.* In contrarium est veritas, quòd Iudicis arbitrio remittitur, qui attendere debet consuetudinem terræ; facultatem rei datæ, & venditæ, *iuxta cap.cæterum, de donat.* ita *Archid. in d.cap.terrulas, Ostiens. in summa, de his, quæ fiunt à Prælatis, §.fin. Goffred.in summa, eod. titul. & §.* etenim respectu Ecclesiæ pauperis, terra potest esse magni valoris, & non respectu diuitis, sicut causa de porcello dicitur magna inter pauperes, & rusticos, vt latè per *Corset. in tract.de minimis. Innoc.Card.& alij in cap.fin.§.his autem, de offic. deleg.* Regulariter autem dicitur minimi valoris terrula, ascendens ad summam ducatorum decem, & non plus; & remitti arbitrio tenet celeberrimus Doctor Pater Marius de Andria, Societatis Iesu decus, ac totius Regni Neapolitani ob longum rerum experimentum singulare in legendo, & consulendo præsidium. Prædiolum verò exiguum Ecclesiæ vtile non potest alienari sine solemnitate, *cap.1. 17. quæst.4. vbi Doctores, & in d. cap.terrulas.* Fuit etiam dictum in Curia Archiepiscopali aliud esse alienare terrulas, aliud alienare modicam partem magni prædij Ecclesiæ; nam istud secundum fieri non potest, quia hoc modo paulatim possent alienari omnia prædia Ecclesiæ, & fieret fraus legi, *l. non dubium, C. de leg.* & ex his habetur, quæ dicantur mobilia pretiosa, quæ alienari non possunt, vt habetur *in dict. extrauag.* Iudicis enim arbitrio remittitur, cum in iure non reperiatur expressum, qui prædicta considerare debet; & regulariter, quando excedunt summam decem ducatorum, dicuntur pretiosa, ex communi existimatione.

5 Quartò

5 Quartò notandum, quòd ex dicta extrauagantia possunt alienari res solitæ concedi in emphyteusim, vel in feudum: quæ autem dicantur solitæ concedi, variæ sunt Doctorum opiniones, *in cap. 1. qui feud. dare possunt*: sed opinio *Iacobi de Belusio* ibi est, quòd requiruntur duo actus concessionis, sine solemnitates intra spatium quadraginta annorum, & quòd talis consuetudo sit vtilis, & non damnosa Ecclesiæ; & ista opinio est magis communiter recepta, vt testatur *Clar. in §. feudum, quæst. 13.* verum, si semel res fuit cum solemnitate concessa in feudum, vel emphyteusim, tunc non obstante lapsu temporis, & geminatione actus, dicitur solita concedi; & potest de nouo infeudari sine solemnitate; vt per plura probat *Curtius Iunior de feudis 2. par. quæst. 4.* vbi dicit esse communem, sequitur *Rodoan. de rebus Ecclesiæ, quæst. 65.*

6 Quintò notandum, quòd in pluribus casibus Prælatus non potest infeudare, vel concedere in emphyteusim res solitas concedi. Primus est, quando cessat prima causa concessionis, vt si res inculta data esset in feudum, vel emphyteusim, vt reduceretur ad culturam, si postea redacta ad culturam rediret ad Ecclesiam, non poterit de nouo concedi sine solemnitate. *Abb. singul. in cap. vt super, de rebus Eccles. Curtius vbi supra, quæst. 1.* Secundus casus, quando Ecclesia tempore primæ concessionis erat diues, nunc verò depauperata. Ita *Iacob. de Belusio, Cardin. Aluar. & communis, in dicto cap. Rodoanus, vbi supra, quæst. 61.* Tertius casus est, quando res solita concedi est incorporata mensæ Ecclesiæ; quia non potest amplius alienari sine solemnitate. *Arcbidiacon. in cap. 1. 35. quæst. 8. Abbas in d. cap. vt super, communis in dicto cap. 1. qui feudum dare possunt*: sed quando dicatur res incorporata mensæ, sunt plures opiniones, quas refert *Curtius, vbi supra, quæst. 5.* sed melior opinio est, quòd requiratur expressa declaratio Prælati; vt si expressè describi faciat rem reuersam inter bona mensæ, iuxta *Bart. in leg. si vacantia, C. de bonis vacantibus, lib. 10. Bald. in cap. 1. de clerico, qui inuestituram fecit*: vel tacita declaratio, hoc est, quod Prælatus collegerit fructus ipsius, prout solet facere de alijs rebus incorporatis. Et hanc opinionem dicit esse magis communem *Curtius dicta quæst. 5. Clar. dicta quæst. 13.* Quartus casus est, quando talis consuetudo esset inducta per vim. *Iacob. Bald. Card. in dicto cap. 1.* Quintus casus est, quando res est data Ecclesiæ, cum conditione, & pacto, quòd alienari non possit; quia tunc non potest de nouo concedi. *Aluar. Card. in dicto cap. 1.* Sextus casus est, vt non possit concedi, alterando solitum; puta, si solet concedi masculis, non potest concedi fœminis, nisi ex magna causa, vt si præcessisset meritum ex parte recipientis, qui fecerit aliquod notabile seruitium Ecclesiæ, quia potest concedi etiam quoad fœminas: Ita *Iacob. Card. Curtius, & communis in dicto cap. 1.* Sed dubium est, si nulla existente causa fiat concessio pro masculis, & fœminis, contra solitam concessionem, quæ erat pro masculis tantum, an valeat, saltem quoad

mascu-

masculos, vel in totum vitietur. *Bald. in dict. cap. 1.* tenet, quòd valet, quoad masculos tantum; quia in separabilibus vtile per inutile non vitiatur; *leg. sancimus, C. de donat.* Contrariam opinionem tenet *Bart. in auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles.* sed prima opinio est communis, quam latè defendit *Curt. dict. capit. 1. quæst. 6.* Pretcrea notandum, quòd quando concedi solita dantur in feudum, vel in emphyteusim, debet in noua concessione adesse euidens vtilitas Ecclesiæ, ex verbis claris dictæ extrauag. & propter illam dictionem, tunc, quæ denotat extremitatem temporis, *l. 4. ff. de cond. & demonstr.* quidquid dicat *Peret. in d. cap. extrauag.* qui dicit sufficere vtilitatem adfuisse in antiqua concessione, & euidens vtilitas Ecclesiæ dicitur manifesta, & magna, idest notabilis, vt post alios dicit *Prob. in cap. vnic. de cler. non resid. in 6.*

7 Sextò notandum, quòd fructus, & bona, quæ seruando seruari non possunt, sine solemnitate possunt alienari, vt in dict. extrauag. Dicuntur autem bona, quæ seruando seruari non possunt, quæ non solent durare triennio, *iuxta Gloss. singul. in l. 1. C. si aduers. vsucap. Alex. & Angel. in leg. 1. §. quæsitum, ff. ad Trebel.* vel non sunt duratura triennio absque notabili deterioratione, secundum *Beroum in cap. nulli, de rebus Eccles.* vel etiam vltra triennium, absque notabili deterioratione, secundum *Rodoan. vbi suprà quæst. 6.* & tales sunt vestes attritæ, quæ veterascunt, animalia superuacua, & similia. *Abb. Card. & communis in d. c. nulli*; licet sint mobilia pretiosa,

8 *iuxta Gloss. in cap. tua, de his, quæ fiunt à Prel.* vbi *Abb. & alij*, pecunia etiam inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt, numeratur; quia retenta nihil operatur, *capit. eyciens, 88. dist. Abb. & communis in dict. capit. nulli*; sed difficultas est de pecunia destinata ad emptionem immobilium, an dicatur res mobilis, vel immobilis? Et fuit in Curia Archiepisc. bis determinatum, inter mobilia connumerari; ac fuit dictum, hanc esse magis DD. communem opinionem, quam tenet *Cin. Bald. Alb. Ang. Imol. Florian. Alex.*

9 *Aretin. Iason in leg. cætera, §. sed si parauit, ff. de legatis primo. Boer. latissimè, decis. 209.* vbi enumerat omnes Doctores. *Roland. de lucro dotis, quæst. 11. Grass. comm. opin. §. legatum, quæst. 19. Illustriss. Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 2. Pinellus in leg. 1. C. de bonis mater. 2. part. num. 42.* Et propterea fuit dictum, non requiri solemnitatem in alienatione dictæ pecuniæ. Sed quid de pecunia, redacta ex venditione rei immobilis? & dicendum est, inter mobilia connumerari, vt pulchrè per *Tiraquell. de vtroque retract. §. 1. Gloss. 7. num. 113. Rodoan. vt suprà quæst. 6. contra Foller. in praxi, in verbo, annotentur bona*; quid autem in pecunia, posita in banco? & inter immobilia connumerari, tenet idem *Tiraquel. vbi suprà, num. 114. post Bald. in capit. post causam, de re iud.*

11 Septimò notandum, circa locationem per triennium permissam fieri sine solemnitate, *iuxta dict. extrauag.* quòd procedit, quando prædia Ecclesiæ quotannis coluntur,

& quolibet anno fructus colliguntur; vnde si quolibet biennio, vel triennio fructus colliguntur, potest ad sex annos, & vsque ad nouem annos fieri locatio. Ita notabiliter *Barbat. in Rub. de rebus Ecclesiæ*, *Couarr.* qui comprobat *lib. 2. variarum resol. capit. 16.* Sed quid si prædium quotannis redderet fructus, & fieret locatio vltra triennium, an valeret, saltem pro triennio? *Bald. in auth. si quas ruinas, C. de Sacrosanct. Eccles.* tenet, quòd sic, idem *Paulus in auth. qui rem, C. eod. tit. vbi Iason, & Decius testantur de communi*, *Couar. vbi suprà*, qui etiam dicit esse communem; limitant tamen, quando ex coniecturis appareret locatorem, vel conductorem, non minori tempore rem illam vel locaturum, vel conducturum; quia tunc in totum esset nullus contractus, *iuxt. Alexand. Socin. & Alciat. in leg. 1. sed si mihi, ff. de verborum oblig.* sed vide Annotationem. Nec valet locatio vltra triennium, cum clausula, *quod tot sint locationes, quot sunt triennia*, vt firmat idem *Couar. vbi suprà*.

11 Vltimò notandum, quòd ex Bulla Pauli IV. Commissarij, quibus à Romano Pontif. committuntur rescripta, Si in euidentem, sunt excommunicati ipso facto, si sunt inferiores, & Episcopi per annum suspensi ab exequutione officij, & obligati ad restitutionem damni illati Ecclesiæ, si suæ conscientię prodigi, in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ, per gratiam, timorem, vel sordes alienationi consenserint; aut decretum, aut auctoritatem interposuerint. Hi verò, qui dolo, vel fraude scienter in detrimentum Ecclesiarum procurauerint alienationem, siue decretum, sunt etiam ipso facto excommunicati, & non possunt, nisi à Papa absolui.

12 Num. 6. Adnotandum, fuisse pariter decisum in Rota Romana, in noua concessione rei emphyteuticę debere adesse euidentem Ecclesiæ vtilitatem tempore vltimæ concessionis, seu nouæ, & non sufficere adfuisse in antiqua concessione, & ita pluries fuit decisum in Rota, vt testatur, & probat *Cæsar de Grass. decis. 4. de reb. Eccl. non alien.*

13 Circa eundem numerum sextum, vbi agitur de emphyteusi Ecclesiastica, quæritur de pulchro dubio non parum vtili Ecclesijs, An in emphyteusi Ecclesiastica, quæ regulariter recipi solet, pro se, filijs, & nepotibus, filius ingrediatur in locum patris, ita quod succedat vna cum patruo tamquam repræsentans personam patris, vel primo ad filios, & illis non existentibus ad nepotes deueniat. *Bart.* fuit in opinione, quod filius non ingrediatur locum patris, & eius personam non repræsentet. Ita dicit in *Auth. post fratres, C. de legit. hæred.* quem secuti sunt *Castrens. 146. viso puncto lib. 2. Alex. consil. 204. num. 8. lib. 2. & consil. 129. num. 8. lib. 5. Rubeus in l. Gallus, §. quidam recte, num. 136. ff. de liberis, & posth. Anc. cõs. 82.* & alij relati à *Rol. cons. 68. lib. 1. & à Menoch. consil. 200. lib. 2. num. 61.* quia successio ista non regulatur secundum successiones ab intestato: ex quo non est quid hæreditarium, sed à Domino concedente prouenit. Contrarium tenet *Fulgosius in dict. Auth.* post

*post fratres*; & alij, quos recenset *Menoch. loco citat.* vt filius ingrediatur in locum patris, & admittatur vna cum patruo. Prima opinio est recepta à Rota Romana, vt primo ad filios, & demum illis non existentibus ad nepotes deueniat: & ita fuit iudicatum in vna Romanæ emphyteusis anno 1570. coram Cardinali Seraphino, & in vna Romana domus 6. Martij 1595. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, non obstantibus allegatis per *Rolan. in d. consil. 68. & Hier. Gabr. consil. 76. lib. 1.* ac etiam non obstante, quod in defectum generationis fuerit data facultas nominandi personam extraneam: quia ex hoc non dicitur alterata natura emphyteusis Ecclesiasticę, vt etiam durante generatione dicatur transitoria ad hæredes, *leg. in agris, ff. de acquiren. rerum domin.* & istæ decisiones sunt notandæ, cum emanauerint à tribunali supremo Ecclesiastico, & sunt non parum vtiles Ecclesijs.

14 Num. 8. Adnotandum, fuisse in Rota Romana decisum in vna Veneta nullitatis contractus 13. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Pamphilio, non posse Prælatum alienare magnam quantitatem pecuniæ etiam conuertendam in vtilitatem monasterij, licet sit mobilis sine solemnitate, si est in proprietate monasterij, quia potest Ecclesia in contractu emptionis decipi in pretio. *Bero. in cap. nulli, num. 83. de rebus Eccles. Rodoanus in suo tract. tit. de pecun. Eccles. num. 15.* facit text. in *leg. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. actione tut.* cum alleg. per *Tiraquel. de retract. §. 1. gloss. 7. num. 106.* non enim ista pecunia erat in redditu, vel fructu, vt de ea Prælatus, sicut de alijs fructibus disponere posset, vt loquitur *Clem. 1. de rebus Ecclesiæ in fin.* sed erat in proprietate monasterij, & erat magna quantitas ducatorum quatuor mille: requirebatur igitur solemnitas; & ita fuit notab. decisum.

Num. 10. Adnotandum in Rota

15 Romana haberi pro indubitato, locationem prædij Ecclesiæ vltra triennium esse nullam, etiam pro triennio, *ac extrauag. Pauli II. de reb. Eccles.* annullate contractum locationis in totum. Et ita fuit decisum in vna locationis Brixien. 5. Decembr. 1594. coram Domino Pegna, & coram Illustrissimo Pamphilio 20. Martij 1600. in vna Comensis locationis, & sæpius in alijs causis. Et eandem opinionem tenuit Consilium Neapolitanum, & probat *Affl. &. decis. 107. in causa domini Motiæ*: & in eadem Comensi fuit no-

16 tabiliter dictum, quod quamuis *Bartol.* communiter receptus in *leg. codicillis, §. Instituto, ff. de leg. 2.* dicat prohibitionem alienationis rei non extendi ad fructus, quoniam aliud est res, aliud fructus rei: nihilominus extrauag. comprehendit etiam fructus, quando locantur vltra triennium, ex verbis claris, cum excipiat fructus, qui seruando seruari non possunt.

17 Item notandum, dismembrationem fructuum dici alienationem, & requirere omnes solemnitates requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ. *Rota decis. 1. de rebus Ecclesiæ, in nouis. Franch. eodem tit. in 6. Rebuff.*

*in compendio alienat. num.* 68. & proinde fuit dictum in Rota Romana in vna Marsicana, non potuisse Episcopum dismembrare fructus parochiæ pro erigendis nouis canonicatibus in ea, cum numerus parochianorum non fuerit talis, quod rector cum vno Clerico in administratione Sacramentorum non posset supplere, *capit. vt quisque*, vbi *Cardinalis, Imola, & alij de vit. & honestat. Cleric. Cassad. decis.* 19. *de Preben. Rebuff. de congrua, num.* 65. præsertim cum non fuerit probatus defectus seruitij, ita quod propter paucitatem ministrorum, & multitudinem parochianorum aliqui decesserint sine sacramentis, & tanto magis, quod Canonicis, seu coadiutoribus nouiter erectis, non fuit impositum aliquod onus adiuuandi rectorem in administratione Sacramentorum, & aliàs non sunt necessarij, cum ministri pro can-
18 tandis Missis, & Horis Canonicis in Ecclesia parochiali sint tantum ad benè esse, vt aliàs fuit resolutum in vna Legionensi congruæ die 11. Aprilis 1587. coram Lauretano, nec potest dicta dismembratio sustineri vigore Concilij Tridentini, quandoquidem sacra Congregatio relata à *Rota in dict. decis.* censuit, Episcopum non potuisse ex fructibus huius Parochialis erigere Canonicatus. Ita fuit resolutum in vna Marsicana dismembrationis fructuum die 14. Februarij 1594. coram Illustris. Cardin. Pamphilio.

19 Postremò adnotandum, concordiam super decimis non ligare successores, nisi adsit auctoritas Apostolica, *capit. veniens; de transaction. Abb. in cap. ex multiplici, num.* 2. & *capit. cum homines, num.* 4. *de decimis. Caputaq. decis.* 165. *part.* 3. & fuit dictum in vna Messanensi præeminentiarum 1585. coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna Conchen. limitum decimarum 4. Martij 1596. coram eodem, & in eadem Conchen. 5. Martij 1597. coram Litta. Item fuit decisum in Rota Romana, concordiam super dimissione partis decimarum debitarum à laicis, factam à personis Ecclesiasticis, non valere sine confirmatione Apostolica, nec sufficere consensum Episcopi: & ita fuit dictum in causa Nouarien. decimarum 28. Maij 1593. coram Illustris. Card.
20 Arigonio: fuit etiam visa Rotę iusta concordia super reductione decimarum ad vigesimam, stante difficultate exactionis, & paupertate soluentium. Ita fuit resolutum in vna Ecclesiens. confirm. concordiæ 20. Febr. 1595. coram Seraphino.

21 Circa num. 12. Quæritur an Commissarius, cui commissum est Breue Apostolicum, *Si in euidentem*, teneatur super euidenti vtilitate Ecclesiæ examinare testes, & citare partes. *Abb. in cons.* 41. *lib.* 1. tenet quod non, sicut non teneretur delegans; sequitur *Rodoanus de rebus Ecclesiæ non alien. in tit. de causæ cognitione*; & secuta fuit Rota in vna Lauden. bonorum 8. Iunij 1588. coram Gipsio, & fuit dictum, testes examinatos à Commissario super euidenti vtilitate non separatim, sed simul, non esse reijciendos, non obstante *capit. venerabili, de testibus*; quem textum dixerunt pro-

procedere, quando testes examinantur in forma Iudicij, secus si extraiudicialiter. Nihilominus contraria opinio est verior, quod debeat euidenter constare de vtilitate Ecclesiæ per testes, & alias legitimas probationes, & non credatur assertioni Commissarij, & aliàs alienatio iudicabitur nulla ex textu aperto in *capit. 1. de rebus Eccles. alien. in 6.* in quo tex. aderat instrumentum alienationis, in quo enunciabatur vtilitas Ecclesiæ, & quia non probabatur, fuit declarata alienatio nulla; & ibi hoc notat *Ioan. Monachus, Ioan. Andr. Domin. num. 5.* vbi dicit, nota optimum text. quod licet in alienationis instrumento rei Ecclesiasticæ narretur, vtilitatem, vel necessitatem alienandi subesse, nisi aliter probetur, non adhiberetur fides, nam supra dicitur, quod in instrumento hoc continebatur, & tunc Papa dicit, quod non suberat. Sequitur *Philippus Franch. Aegid. Bellamera in repetitione Clementinæ, si vna, de rebus Ecclesiæ num. 256. & sequentibus* concludens, neque esse adhibendam fidem executori, cui Papa commisit, quod diligenter se informaret de causa vnionis faciendæ, & prædicta procedunt multò magis attento stylo hodierno, quo in Breui Apostolico ponitur clausula, *Si tibi legitimè constiterit*, quæ denotat causæ cognitionem, & citationem partium iuxta veriorem opinionem *Glos. in Clem. præsenti, de censibus, Gloss. in Clem. multorum, de pœnis, Abb. in capit. sacro, de sententia excommunic. & in capit. conquerente, de restitut. spoliat. Felin. in capit. si constiterit, de accusation.* Idem etiam seruatur in alienatione rei pupilli. *Bart. in leg. Non puto, §. Non passim, ff. de rebus eorum*; pulchrè *Decius in leg. si donatione, C. de collat.* quod non credatur Iudici, nisi in pertinentibus ad iurisdictionem, ex *glos. in capit. pastoralis, in verbo, exonerare, de offic. deleg.* & idem tenet *Caualcan. decis. 45. parte prima, D. Stephan. Quaranta in summa bullarum, in verbo, alienationum, 12.* attento stylo hodierno, & dicit aliter esse dicendum quando Papa simplititer committit Commissario, quod se informet, tunc stabitur assertioni Commissarij, & sufficit iuditialis informatio, vt in hac materia distinguunt Domini de Rota in *decis. diuers. 716. vol. 1. & 160. vol. secundo*; nihilominus teneo indistinctè semper debere constare euidenter de vtilitate Ecclesiæ per *Doct. supra allegatos in capit. 1. de rebus Eccles. non alien. in sexto*; vt per illum textum, & dicta per *Bellameram.*

## SVMMARIVM.

1 *Quarta funeralis an debeatur, si moritur persona insignis, & post sepultum corpus in patria fiant exequiæ solemnes in alio loco.*

2 *Electio sepulturæ commissa voluntati alterius, an valeat.*

3 *Electio sepulturæ, facta ad suggestionem alterius, non valet.*

4 *Pater, vel dominus, an possint eligere sepulturam filio, vel seruo impuberibus, & quid Neap. seruetur.*

5 *Electio sepulturæ spectat ad Vicarium Neap. quando, qui elegit, non potuit*

*sepeliri in Ecclesia electa.*

6 *Confratres alicuius Congregationis in quo loco sepeliendi.*

7 *Ius funerandi non intelligitur concessu, concessa capella, nisi exprimatur.*

8 *Electio sepulturæ quomodo probetur.*

9 *Exigi an possit aliquid pro sepultura, antequam corpus sepeliatur.*

10 *Sepultura an possit denegari, ob non solutionem decimarum.*

11 *Sepultura Ecclesiastica debent priuari, qui in Paschate non communicauerunt, & quid Neap. seruetur.*

12 *Capitulum Cathed. Neap. quando inuitatur ad funus, ipsum solum defert crucem per alienas parochias.*

13 *Officia mortuorum circa cadauera, in Ecclesijs mendicantium à quibus peragi debent.*

14 *Mendicantes, quando inuitantur ad funus, non possunt per alienas parochias deferre crucem.*

15 *Sepulturam eligens voto, vel iuramento non ad suggestionem, tenetur ad obseruantiam.*

16 *Electio sepulturæ per quot testes probetur.*

17 *Propositum eligendi sepulturam sine electione non attenditur.*

18 *Parochus an possit propria auctoritate subtrahere sacramenta parochianis ob non solutionem oblationum.*

19 *Sepultura an possit denegari ob non solutionem decimarum.*

20 *Mortuus repertus in puteo, vel suspensus, quando debeat priuari Ecclesiastica sepultura.*

21 *Orari an possit pro illo, qui seipsum interfecit.*

22 *Sacramenta quilibet potest recipere in Ecclesia Cathedrali inuito parocho.*

23 *Episcopus concurrit in cura animarum cum alijs parochis suæ diœcesis.*

## De sepulturis plura scitu digna. Cap. LXXVI.

1 Moritur Rex, vel alia persona insignis, sepelitur in sua patria, postea Neapol. vel alibi fiunt exequiæ solemnes in Ecclesia, ponitur capsa, siue cænotaphium cum culcitra, cereisque accensis, canitur Missa, ac si ibi adesset corpus mortuum; quæritur, an ista funeralia dici possint, ita vt de illis debeatur quarta funeralis? & videtur, quòd non; siquidem iuxta notata in *Clem. dudum, de sepult.* funeralia dicuntur, quæ cum funere ducuntur. Contrarium verò tenet *Calder. in cons. 4. de sepult.* ex pluribus, ad quem te remitto; & ita seruatur in Ciuit. & diœcesi Neap. nam Archiep. Neapol. ab antiquissimo tempore exigit quartam partem omnium cereorum, qui accenduntur circa cadauer sepeliendum in quauis Ecclesia, etiam exempta, dum diuinum officium peragitur, illamque exigit, quando fiunt exequiæ aliquorum Principum, qui alibi sepulti

2 sunt. Et quia Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Neapol. habet priuilegium, & est in antiquissima possessione sepeliendi omnes decedentes in Ciuitate, & diœc. Neap. qui cum potuissent, non elegerunt sepulturam, nisi habeant proprium sepulchrum: propterea non abs re esse putaui quædam pauca, quæ circa sepulturam in dubium reuocantur, hic inserere. Et primò solet dubitari, an valeat electio sepulturæ commissa voluntati alterius, in præiudicium Capituli? *Anch. & Dom. in cap. 1.*

*in cap. 1. de sepult. in 6.* dicunt valere prædictam electionem in præiudicium parochiæ, cui de iure competit sepultura, non facta electione; & successiuè in præiudicium Capituli, quod succedit in locum parochiæ in hac ciuitate; quia satis dicitur elegisse, qui per alium elegit; & ex alijs. Contrariam autem opinionem tenent *Lapus in dicto capitulo primo, & idem Petrus de Ancharano in consilio ducentesimo decimoquarto*, vbi post *Lapum* concludit non valere dictam electionem, nisi Commissarius eligat viuente, & sciente committente; valere tamen electionem loci sepulturæ, commissam alicui in Ecclesia per committentem electa. Ista secunda opinio videtur verior, quam pluribus rationibus probant *Lapus, & Petrus vbi suprà*, illa præcipua ratione, quòd, licet electio committi potuerit, & ipse committens decesserit commissione iam facta, non tamen decessit facta electione, & ideò acquisitum fuit ius Ecclesiæ, in qua debebat sepeliri, non electa sepultura, aliud enim est eligere sepulturam, aliud eius electionem committere; & ita Neapoli seruatur. Sed pone, quòd

3 Parochus, dum accedit ad communicandum infirmum, non interrogat ipsum in genere, in qua Ecclesia vult sepeliri; sed in specie dicit infirmo, vis sepeliri in parochia, vel alia Ecclesia? ipsam specialiter nominando. Dicendum est, non valere hanc electionem, tamquam factam ad suggestionem, sed debere in genere interrogari, *arg. text. in leg. 3. §. pen. ff. de quæst.* Ita notabiliter ex pluribus concludit *Crauetta in consilio decimosexto volumine primo*; sequitur *Bursatus, consilio ducentesimo*

4 *vigesimosexto numero 18. volum. tertio*. Aliud est dubium, an pater, vel dominus possint eligere sepulturam filio, vel seruo impuberibus, *text. in capit. licet, de sepult. in 6.* dicit, quòd stante consuetudine, potest pater eligere sepulturam filio impuberi, quem text. extendunt ad dominum circa seruum, *Petrus de Vbaldis de canon. Episc. in fin. cap. 11. Sil. in verbo, sepultura, §. 1. Sebast. Medices de sepult. quæst. 8.* vbi etiam dicunt, seruum puberem posse sibi eligere sepulturam: & dicit *Sil. ibidem*, quòd seruus quoad spiritualia liberatur à domini potestate. Ita consuetudo non est in ciuitate Neapol. & quia impuberes, quando malitia supplet ætatem, possunt sibi eligere sepulturam. *Petr. & Sebast. vbi suprà*, cum etiam matrimonium carnale contrahere possint. Seruatur Neapoli, quod Capitulum tradit sepulturæ impuberes, siue seruos, siue liberos decedentes, post duodecimum ætatis annum completum, non ante; sed relinquit parochiæ. Pariter Capitulum sepelit puberes, decedentes in furore; nam licet non dicatur nolle, qui non potest velle, *leg. pater Seuerinam: vbi Bartolus, ff. de condition. & demonstration.* potuerunt tamen eligere, dum erant sanæ mentis; nec consideratur ratio diuersitatis inter istos, & illos, qui sani mente incidunt in aliquam infirmitatem, & amittunt loquelam, *leg. illud, ff. ad l. Aquiliam*; decedentes verò fa-

ſta electione ſepulturæ, qui non potuerunt ſepeliri in Eccleſia electa, ob aliquod impedimentum, Vicarius Neapolit. arbitratur in qua Eccleſia ſint ſepeliendi, ſecundum coniecturas, & deuotionem; non enim poſſunt dici deceſſiſſe ſine electione, nec habuiſſe intentionem vt ſepelirentur in parochia. Præterea confratres alicuius Congregationis ſunt ſepeliendi in parochia, ſi non eligant ſepulturam.

6 *Petrus de Vbal. vbi ſuprà in fine, in capit. incip. veniamus ad alias perſonas;* & ſic ad Capitulum ſpectat ſepultura, nec Capitula Congregationis, ſiue ſtatuta, poſſunt aliquid decernere in præiudicium Capituli, nempè, quòd confratres ſepeliantur in loco Congregationis: ſiquidem nec priuilegium Principis intelligitur cum præiudicio tertij, *leg. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico;* & ex regula, *leg. id quod noſtrum, ff. de regul. iuris;* ita

7 quòd, niſi Confratres eligant expreſsè ſepulturam, Capitulum eos ſepelit. Item notandum, quòd conceſſa Capella alicui, etiam cum iure patronatus, non intelligitur conceſſum ius ſepulchri, niſi expreſsè concedatur. *Archid. in capit. 1. de pact. in 6. Bonif. in Clement. dudum, §. huiuſmodi, de ſepult.* & ſaltem debet adeſſe licentia Epiſcopi tacita, iuxta à nobis latius tradita in *capit. 40.*

8 *num. 17.* Item notandum, quòd electio ſepulturæ probatur per teſtes ſingulares, ſi vnus deponat audiuiſſe eligi ſepulturam à Franciſco in tali loco, & alius in alio loco. *Guidopap. notab. liter in deciſ. 594.* Neapoli ſtatur dicto confeſſarij, vel teſtamento, aut teſtibus, vt in Concil. Prouinc. ſtatuitur ſub *tit.*

9 *de ſepult.* Ad hæc notandum, quòd magis communis Doct. opinio eſt ex laudabili conſuetudine, poſſe aliquid recipi pro ſpiritualibus adminiſtrandis, *iuxta capit. ad Apoſtolicam, de ſim.* ſed non poſſe peti, antequam adminiſtrentur, non obſtante conſuetudine. Ita *Oſtien. Innoc. Ioan. Andr. Anton. Abb. Felin. & alij, in d. cap. ad Apoſtolicam;* idque clare probatur in dict. text. videtur enim in ſe habere ſpeciem mali, à qua eſt abſtinendum, *c. cum ab omni, de vit. & honeſt. cler.* dicit tamen *Caiet. in ſum. in verb. ſimonia;* quem ſequitur *Nauar. c. 23. in Manual. nu.* 106. quòd, quando probabiliter timentur futuræ moleſtiæ, & contentiones, ad illas tollendas, poſſunt conſueta dari, & peti ante adminiſtrationem: & ita Neapoli ſeruatur circa ſepulturas, quòd ante ſepulturam defuncti datur pignus, vel alia idonea cautio de ſoluendo,

10 quod fuerit iuſtum, & aliàs non ſepelitur cadauer defuncti, vt in *dict. Concil. Prouinc. Neap. capit. 47.* Nec etiam debet denegari ſepultura ob non ſolutionem decimarum, vel alterius debiti; nam impium eſt, *arg. cap. non æſtimemus, 13. q. 2.* & creditores impedientes ſepulturam debitorum, propter debitum, amittunt debitum, ſunt infames, publicantur eorum bona, & alijs pœnis puniuntur, *l. fin. cum auth. item, C. de ſepul. viol.* tantò magis parochus. *Nauar. conſil. 2. de decimis;* qui dicit in ſpecie non licere parocho propria auctoritate repellere parochianos à perceptione ſacramentorum.

tum.

rum, ex quo non soluerunt decimas, non debere Episcopos talia scandalosa tolerare, sed acriter punite prædicta facientes, sed vide
11 Annotationem. Vltimò notandum, quod, qui non confitetur semel in anno, nec in Paschate communicat, potest priuari Ecclesiastica sepultura, vt habetur *in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* & potest etiam excommunicari: sed Neapoli seruatur, quòd propter amplitudinem Ciuitatis, non solent in genere excommunicari omnes, qui non adimpleuerunt præceptum supradictum, sed solent excommunicari in specie, qui in specie denunciantur in Curia, & in genere prope festum corporis Christi solet interdici ingressus Ecclesiæ omnibus, qui infra totã octauam corporis Christi præcepto non satisfecerint: & anno 1600. Dominus Hercules Vaccarius, tunc Vicarius Neapolitanus, doctrina, & probitate insignis, mandauit sepeliri in loco profano quendam iuuenem, qui, vt ex fide Parochi apparebat, duobus annis non communicauerat in Paschate, nec ostenderat in mortis articulo signa contritionis; & fuit dictum sibi incumbere onus probãdi, quòd communicauerat extra parochiã in Ecclesia Cathedrali Neapolitana. Est etiam notandum, quod quando Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Neapolitanæ inuitatur ad funus, ipsum
12 solum defert crucẽ per alienas parochias, & non aliæ parochiæ. Facit not. doctrina *Felin. in cap. cum non liceat, de præscript.* vbi dicit, quòd Capitulum Cathedralis debet præcedere Prælatum Ecclesiæ inferioris collegiatæ, quando inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius parochiam, quia Episcopus præcederet; ergo & Capitulum.
13 Item pluries declarauit Sacra Congregatio, quòd quoties cadauera ad Ecclesias fratrum mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua officia, quæ in huiusmodi ministerio circa cadauera adhiberi solent, non à Canonicis, neque à cle-
14 ro, sed à fratribus obiri, & peragi debent. Item notandum, quod quidquid dicant *Oldrad. in consil. 259. & Abb. in cap. cum liberum, de sepultur.* mendicantes, quando vocantur ad funus, non possunt deferre Crucem inuito Parocho, per eius parochiam, ex bulla Leonis X. Sacro approbante Concilio.

Adnotandum, quod pactum, iuramentum, votum, vel fides interposita ad suggestionem Regularium, vel clericorum, de eligenda sepultura, vel electa non mutanda, sunt prohibita, sub pœnis contentis *in cap. 1. de sepulturis, in 6.* & inducentes sunt ipso facto excommunicati, *Clem. cupientes, de pœnis.* Nihilominus, qui non inductus ad aliorum suggestionem promittit, & liberè se obligat ad sepulturam in aliquo loco, & iurat, tenetur ad obseruantiam iuramenti: ita determinauit *Rota Romana decis. 2. de sepulturis. Cæsar. de Grassis ex Speculatore, §. compendiosè, num. 26. de instrument. editione, & in titul. de sepulturis, num. 6. & Ostiens. quem sequitur Angelica, in verbo, sepultura, num. 40.* quidquid alij dixerint, & conclusum fuit in Rota, quod accipiens maioricatum, fideicõmissum, vel

vel donationem, & astringens se iuramento ad eligendum sepulturam, secundum voluntatem testatoris, tenetur ad obseruantiam, quia res debet transire cum causa sua, & si nolebat iuramento astringi, debebat dimittere maioricatum, vt latius *in dicta decis.* habetur.

Num. 8. Notandum, quod ad probandam electionem sepulturæ requiruntur saltem duo, vel tres testes, cum sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Ecclesiæ parochialis, sicut qualiber dispositio ad pias causas requirit numerum duorum, vel trium testium, *cap. cum esses, de testamentis.* Ita *Sebastianus Medices, de sepulturis, quæst. 8.* quo loco subdit solum propositum eligendi sine electione sepulturæ non sufficere, quia propositum in mente retentum nihil operatur, *l. si repetendi, C. de conditione ob causam, & in decis. Guid. Pap. 594. allegata in Praxi*, erant quatuor testes deponentes de electione sepulturæ.

Num. 10. In quo dicitur sepulturam non esse denegandam ob non solutionem decimarum, nec licere Parocho propria auctoritate repellere parochianos à perceptione sacramentorum. Notandum in quamplurimis diœcesibus seruari contrarium quoad sepulturam, vt denegetur ob decimas non solutas, quæ consuetudo est toleranda in locis, in quibus est difficilis exactio decimarum, ex dictis *num. 9.* auctoritate *Nauarri cap. 23. num. 106. & Caietani in summa, verbo, simonia*, concludentium, posse peti solita dari ante administrationem spiritualium, quando timentur futuræ molestiæ & contentiones: sed *Rebuff. de decimis, quæst. vlt. num. 16.* dicit, laicos detinentes decimas debere carere Ecclesiastica sepultura ex *cap. prohibemus, de decim.* Sed an ob reddentes decimas, & alias debitas oblationes possint puniri per subtractionem sacramentorum, notanda sunt verba *D. Thomæ 2. 2. quæst. 86. artic. 1.* cuius verba sunt, *quòd illi, qui oblationes debitas non reddunt, possunt puniri per subtractionem sacramentorum, non per ipsum Sacerdotem, cui oblationes sunt faciendæ, ne videatur per Sacramentorum exhibitionem aliquid exigere, sed per superiorem aliquem*: hæc sunt verba, super quibus dicit Caietanus: *quid faciet Sacerdos in tali casu, si ministrat Sacramenta existenti in peccato mortali, peccat, si non ministrat, peccat, erit ergo perplexus*: ad hoc dicit, quod Sacerdos debet charitatiuè monere hominem non reddentem debitas oblationes, vt saltem sit paratus consulere conscientiæ suæ iuxta boni viri iustum arbitrium: & si quidem consenserit, potest illi iam in bono statu existenti ministrare Sacramenta; si non consenserit, protestari debet coram alijs, quod non propterea, quia ad eum peruenire debent oblationes, sed quia non est paratus conscientiæ suæ consulere, negat ei sacramenta, donec superior consultus prouideat: & sic debet denunciare superiori, & interim non tanquam Iudex, sed tanquam deuitans participare in peccato mortali, cum illo Sacramenta negare poterit; non remanet ergo perplexus, nec oportet eum vsurpare sibi supe-

superioris potestatem.

Num.11. Alias personas, quæ carere debent Ecclesiastica sepultura, enumerat *Sebastianus Medices de sepulturis, quæst.11.* 20 Vnum tamen singulariter nota, quod si reperiatur aliquis mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, non debet priuari Ecclesiastica sepultura. Quoniam licet seipsum occidens non sit in Ecclesia sepeliendus, *cap. placuit, 23. quæst.5.* nisi indicijs, & coniecturis liqueret eum furore, aut mentis alienatione seipsum occidisse, vt Neapoli seruatum fuit cum quodam Canonico Ecclesiæ Cathedralis, qui ex furore seipsum in puteum proiecit, nam honorificè in Ecclesia sepultus fuit: tamen vbi non constat, quod seipsum interfecerit, vel præcipitauerit, id nec est præsumendum. Nemo enim præsumitur delinquere, *l. merito, ff. pro socio.* Potuit enim ab alio in puteum proijci, vel suspendi. Ita *Marianus Socinus, cons.51. volum.2. Couarr. lib.2. variar. resolut. cap.1. num.11.* quod si vehemens præsumptio esset in contrarium, aliud esset dicendum, nempe si aliquis reperiatur suspensus in cubiculo ianuis retro clausis, cum quo nemo morabatur, maximè si aliqua magna causa doloris præcessisset, tunc arbitror esse priuandum Ecclesiastica sepultura; pro illo autem,

21 qui seipsum interfecit, licet carere debeat Ecclesiastica sepultura, potest priuatim orari, potuit enim fieri, vt in vltimo vitæ spiritu contritionem peccati commissi habuerit. Ita tenet *Paludanus in 4. distinct. 20. quæst.1. Cardinalis de Turrecremata 21. quæst.2.*

22 Eodem num. ibi: quod communicauerit extra parochiam in Cathedrali. Notandum, quod quilibet Diœcesanus potest recipere Sacramenta in maiori Ecclesia: *glos. in cap. officium, de officio Archipresbyteri*, & potest inuito Parocho adire Episcopum pro Sacramentis; nam Episcopus concurrit in cura cum alijs Parochis, omnes *in d. cap. omnis vtriusque, de pœnitent.* & ipsi Episcopo principaliter est commissa cura animarum omnium plebium suæ diœcesis, *cap. quæcumque, 10. quæst.1. cap. præcipimus, 12. quæst.1.*

## SVMMARIVM.

1 *Clerici negotiatores esse non possunt.*
2 *Negotiatio, & artificium differunt.*
3 *Clerici an possint lucrari ex artificio, sine necessitate.*
4 *Clericus an possit exercere artificium mixtum cum negotiatione.*
5 *Clericus an possit aliquando exercere negotiationem.*
6 *Et an per alios.*
7 *Clericus an possit tenere tabernam, & vendere vinum, quod colligit in possessione sua.*
8 *Negotiator dici non potest, qui semel negotiationem exercuit.*
9 *Clerici in minoribus non beneficiati non probibentur exercere negotia sæcularia alias licita.*
10 *Clericus potest incumbere artificio, dummodo non se subtrahat à diuinis.*
11 *Clericus potest ex artificio lucrari absque necessitate.*
12 *Clerici quando possunt conducere possessiones.*

13 Cle-

13 *Clerici possunt locare animalia sibi obuenta ex decimis, donatione, vel hæreditate.*
14 *Clericus potest emere animalia, si habet multa pascua, vt depascantur.*
15 *Clericus quando possit vendere rem emptam non mutatam.*
16 *Clericus potest abundanter prouidere domui suæ ne indigeat.*
17 *Clerici an possint tenere tabernas.*
18 *Clerici quando possint esse tabelliones.*
19 *Notarij Apostolici non possunt impediri exercere suum officium.*
20 *Clericus non potest esse maiordomus Principis.*
21 *Clerici piscatores an dicantur negotiatores.*

## De Clericis negotiatoribus. Cap. LXXVII.

1 QVia clerici prohibentur esse negotiatores, *cap. eijciens, cap. negotiatorem clericum, & per totam 88. distinct. cap. fin. de vita, & honestate clericorum, cum similibus*, & sæpè in iudicio quæritur, quas negotiationes exercere possunt; quæ vt plurimum in dubium reuocantur, hoc loco exercere volui. Sit itaque
2 conclusio, quod clerici non possunt aliquid lucrari ex negotiatione; sed ex artificio sic: dicitur autem negotiatio, quando res empta, non mutata forma, alteri venditur; artificium verò, quando quis emit aliquam materiam, & per artificium reducit ad aliquam formam, vt si forte emat vimina, & faciat canistra, vel emat chartam, & conficiat libros, vel emat aliquod lignum, vt conficiat aliquam domum, vel emat filum, vt faciat retia, *iuxta cap. nunquam, de consecr. dist. 5. cap. clericus victus, 91. distinct.* Ita *Ant. Abb. Imol. in cap. fin. de vita, & honest. clericorum*; non tamen artificia inhonesta exercere debent, vt esse carnifex, vel publicus faber, pelles, vel coria aptare, & huiusmodi vilia, & immunda exercere; poterunt tamen vineas proprias vitare, vel fodere, domos suas reficere, ligonizare in propria vinea;
3 sed non locare operas suas ad arandum, vel fodiendum. *Speculat. de cleric. coniug. num. 6. & seqq. Imol. notab. in dicto cap. fin. de vita, & honestate clericorum*: & lucrari ex artificio licet clericis, etiam sine necessitate. *Ostiens. Anchar. in cap. secundum instituta, ne cleric. vel monach. Federic. de Senis consil. 207.* concludens licitum fuisse certis monachis, siue abundarent, siue non, facere deferri venam ferream de vno loco ad alium lucri causa, ex quo rudem illam materiam per eorum artificium reducebant ad aliquam formam, & illam vendebant; & quòd tenebantur soluere gabellam. Idem tenet *Ioannes Baptista Ferrettus in conf. 145.* incipiente, *Quæritur vtrum,*
4 *cap. Odoardus.* Sed quid si artificium sit mixtum cum negotiatione, puta, si clericus emat possessionem ad finem vendendi fructus percipiendos? *Dominic. Anton. in dicto cap. fin.* dicit, esse prohibitum propter talem mixturam. Contrariam opinionem veriorem esse dicit *Imola in dicto cap. fin.* idem tenet *Ferret. vbi supra*: & si poterit clericus emere puellos equorum, & postea equos perfectos suo labore, & industria alijs vendere, & similia facere.

Sed

Sed an clericus possit aliquando exercere negotiationem emendo, & vendendo alteri rem, non mutata forma? & dicendum est, quod sic ex causa necessitatis, & tunc honestè, sine mendacio, & periurio, cum pretio moderato, dicendo veritatem, & non mendacium, & tantum volo lucrari. Ita *Specul. & Imola, vbi supra*, & assignat rationem *Imola*; quia negotiatio est clericis prohibita; nam vt plurimum non fit sine mendacijs, *dicto cap. eijciens*. Idem tenet *Gloss. in dicto cap. negotiatorem. Ostiens. & Anchar. vbi supra*. Sed an
6 liceat negotiationem per alios sine necessitate exercere? *Gloss. & Doctores communiter in Clem. 1. de vita, & honestate clericorum*, dicunt, quòd clericus, qui per alios exercet artem macellarij, vel tabernarij, licet non incurrat pœnam *dict. Clement.* tamen est in culpa, & sic delinquit: faciat *reg. qui per alium, &c.* & ista videtur verior opinio, quam tenet *Ignatius Lopez super Praxi Diaz, cap. 95.* maximam enim cupiditatem bonorum temporalium præsefert. Posse nihilominus per alios exercere pro honesta sua, & suorum sustentatione. *Nauar. cap. 25. num. 111.* Sed an
7 possit clericus tenere tabernam, & vendere vinum, quod colligit in possessione sua, vel Ecclesiæ? Et dicendum est, quòd potest tenere tabernam, etiam in domibus Ecclesiæ, dummodo non vendat illud per seipsum; sed per alium. *Domin. & Franch. in cap. vnico, de vita, & honest. cleric. in 6.* & posse vendere per alios, etiam per minutum, censeo, cùm diuersitatis ratio reddi non possit. Notandum prætereà, cleri-
8 cum non posse dici negotiatorem, per vnius rei emptionem, vel venditionem; sed plures actus requiruntur. *Gloss. & Bart. in l. 1. §. licet, ff. de tributor. action.*

9 Adnotandum, quod clerici in minoribus non beneficiati non prohibentur exercere negotia sæcularia, alias licita, ita *Abb. post Ostiens. & Innoc. in cap. 1. ne clerici, vel monachi.*

10 Item notandum, quod clericus potest incumbere artificio, dummodo non se subtrahat à diuinis, & Ecclesiasticis officijs, *glos. in summa, distinct. 91.* probatur *in cap. clericus, eadem distinct.*

11 Item notandum, quod clericus potest ex artificio lucrari etiam sine necessitate, & vltra Doctores allegatos in Praxi id tenet *Innocent. in cap. secundum, ne clerici, vel monachi*, & est magis communis opinio, quamuis *Abbas in dicto cap. secundum, & in cap. 1. ne clerici, vel monachi*: teneat non licere absque necessitate, per *text. in dicto cap. 1.* cuius opinio posset procedere, quando ardens auaritiæ animus cum scan-
12 dalo conspiceretur. Item clericus non potest res conductas habere, *dicto cap. cum secundum, & cap. 1.* declara, vt instante necessitate possit. *Abb. in dicto cap. cum secundum, ne clerici, vel monachi*, vbi dicit, clericis posse locari omnes obuentiones Ecclesiæ, quæ locatio non debet fieri laico, ne Ecclesia subijciatur regimini, vel dispositioni laicorum; instante tamen magna necessitate, posset fieri talis concessio laico, non tamen, vt ipse regat Ecclesiam, sed per alium clericum faciat

ciat gubernari: sed hodie ex Conc. Trid. *cap.* 11. *sess.* 25. *de reform.* non licet iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se, aut alios eas exercere, aliterque concessiones etiam à Sede Apostolica factæ subreptitiæ censeantur. & ex dictis per *Abb.* dico, quod si Ecclesia frequenter solet defraudari mercede à conductoribus laicis possessionem propter eorum paupertatem, vel malitiam poterunt locari possessiones clericis, quando melius soluunt mercedes, propter Ecclesiæ necessitatem: possunt etiam clerici, si succedunt conductori, remanere in conductione, & possessionem conductam colere vsque ad præfinitum tempus. Ita *glos. in dicto cap.* 1. *ne clerici, vel monachi, ex l. Decurio, ff. de Decurionibus*: vbi Decurio, qui conducere prohibebatur quædam, si successit in conductione, remanet in ea, quia cessat ratio cupiditatis.

13 Item potest clericus locare animalia, & oues, & boues, si habet ex decimis, vel successione, aut alias sibi data, aut si habens pascua multa, emit animalia, vt illa depascerent, ad sustentationem sui, & suorum, & pauperum, non autem si emit, vt traderet ad incrementum, vel aliud ageret in fraudem negotiationis: ita *Rodoanus, de spolijs quæst.* 2. *post Raymundum, & alios per ipsum allegatos.*

Præterea si clericus emit rem, non vt vendat, sed ad sui vsum, si postea propter aliquam necessitatem velit vendere, non prohibetur vendere etiam pro maiori pretio, si tantum tunc valet. *Abbas in dicto cap.* 1. *ex D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 67. *artic.* 4. faciunt notata per *Bartolum l. cætera, §. fin. ff. de leg.* 1. vbi dixit, *quod si statutum imponit pœnam ementi frumentum, vt vendat, non habet locum in illo, qui emit pro vsu suo: & postea vendidit, quia eo non indiguit:* potest etiam clericus emere pro victu suo in abundantia, exemplo Ioseph, *Genes.* 41. *& si quid superest, potest vendere. Rodoanus loco citato.* Item clericis est prohibitum tenere tabernas, *cap. nulli liceat, distinct.* 44. sed contrarium habetur *in leg.* 2. *C. de Episcopis, & clericis*; sed illud potest intelligi, & concedi propter necessariam, & honestam negotiationem: ita dicit *Glos. in cap. negotiatorem,* 88. *declarans d. l.* sequitur *Rodoanus num.* 41. vbi dicit, ex eadem causa necessaria posse clericos præesse ergasterijs, seu Agastarijs, seu stationibus operarum. Item clericus potest emere rem, vt eam melioratam vendat carius, puta equum pullum nutriendum, vt dicitur in Praxi, vel tabulam, vt Imaginem faciat, quia in talibus non est negotiatio, sed artificium. *Rodoanus quæst.* 2. qui id probat.

Vlterius, non potest clericus exercere officium tabellionis, cum sit officium vilissimum, & est quoddam genus negotiationis, & dicitur tabellio seruus publicus seruiendo omnibus, & quod videtur officium sæculare, à quo debet clericus abstinere, sed debet intendere circa Rempublicam Ecclesiasticam, & spiritualem, non circa mundanam, *cap. sicut, ne clerici, vel monachi*, declara

clara, quod licet non possint recipere nouas rogationes tanquam tabelliones veteres, tamen poterunt complere, *ex glos. notabili*, quam extollit *Philippus in cap. vt officium, in verb. præmissa, de hæret. in 6.* quæ hoc determinat in monacho.

Item possunt clerici, siue in sacris constituti, siue in minoribus, si non habent competentia beneficia, aut indigent exercere officium tabellionis, tàm coram Papa, quàm in alia curia. *Abb. in dict. cap. sicut, & ibi Zabar. Rodoanus loc. cit.* Notandum, quod Notarij Apostolici, creati à Papa, non possunt ab Episcopo prohiberi conficere instrumenta, si sunt idonei. Ita fuit pluries decisum in Rota Romana, & signanter in vna Vicentina Scribaniæ, 28. Nouembris, 1588. coram Seraphino. *Ruin. cons. 201. num. 3. lib. 1. Iason. cons. 222. col. 3. lib. 4. Dec. cons. 17. num. 2.*

18 Item clerici non possunt exercere officium maioris domus alicuius Principis, vt probatur *in auth. de sacrosanct. Episcopis, §. alium autem, & in cap. 2. ne clerici, vel monach. 161. ne ministri*: & in Hispania id expressè cauetur *in l. Partitarum, tit. 6. l. 45. par. 1. & ibi Lopez.*

19 Vlterius quæritur, an clerici piscatores dicantur negotiatores, vt puniri possint.

20 Respondeo, quod piscatores non dicuntur negotiatores: vt est *text. clarus in l. legatis seruis, ff. de leg. 3.* vbi *Albericus* notat: sed limitat, quando venderent pisces, quia tunc dicerentur negotiatores: sequitur *Sebastianus Medices in tract. de venatione, & piscatione, quæst. 60.* quod nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici blasphemi quomodo puniantur.*

2 *Intellectus Bullæ Pij V. de pœnis blasphemantis Deum, & Sanctos.*

## De clerico blasphemo. Cap. LXXVIII.

1 Dicit Bulla Pij V. incipiens, *Cum primum*, quòd clerici blasphemantes nomen Dei, & Beatæ Mariæ, si habent beneficia, pro prima vice amittant fructus vnius anni, pro secunda vice priuentur beneficijs, pro tertia omnibus etiam dignitatibus priuati, deponantur, & in exilium mittantur: quod si non habeant beneficium, pro prima vice, pœna pecuniaria, vel corporali puniantur, pro secunda carceribus mancipentur, pro tertia verbaliter degradentur, & ad triremes mittantur; si verò reliquos Sanctos blasphemauerint, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, pro arbitrio Iudicis puniantur. Et cum fuisset inquisitus in Curia prima vice quidam clericus, non habens beneficia, quòd pluries blasphemauerat Deum, & B. Virginem, dubitabatur an deberet condemnari ad triremes? Et fuit dictum, quod illa verba

2 bullæ, *pro prima vice*, intelliguntur de prima vice punitionis, non blasphemiæ? facit *cap. cum non ab homine*, & ibi *Abb.* notabiliter *num. 28. de Iudic. l. capitalium, §. solent, ff. de pœnis*, ibi, *quòd si ita correcti, cap. graue, de præbend.* ibi, *post primam, & secundam correctionem, text. in §. si quis in do-*

*in domo, in authent. vt liceat matri, & auiæ, & in auth. de Eccles. titulis, §. sin autem, collat. 9. & in auth. si quis ei, C. de adulter.* & ita in similibus casibus, de iure esse, tenet *Abendanus, de exeqution. mandati Regis, par. 2. cap. 9.* quem refert, & sequitur *Ignat. Lopez super Praxi Diaz, super cap. 70.* videtur enim bulla habuisse respectum ad correctionem clericorum: & quia dictus clericus pluries blasphemauerat Deum, fuit factus exul à ciuitate per quinquennium pro prima vice.

*SVMMARIVM.*

1 *Missæ plures eodem die celebrari prohibentur, regulariter.*
2 *Celebrantes duas Missas eodem die, quomodo puniantur.*

De celebrantibus plures Missas eodem die. Cap. LXXIX.

1 Verior est opinio Doctorum, dicentium, esse prohibitam celebrationem plurium Missarum eodem die, per *cap. sufficit, de consecr. distinct. 1. & cap. consuluisti, de celebr. Missar. ita Archidiac. & Cardinal. de Turrecrem. in dicto cap. sufficit. Angel. in verbo, Missa, num. 46. Sil. in verbo, Missa, el 2. num. 7. Nauar. cap. 25. num. 87. Iacob. Menoch. de arbitr. centur. 5. casu 407.* qui alios refert, quamuis *Diaz in Praxi sua crimin. cap. 35.* dicat de iure non prohiberi, omni tempore celebrare plures Missas: possunt tamen plures Missæ celebrari eodem die in aliquibus casibus, quos refert *Nauarr. vbi supra.* Sed dubium est, qua pœna sit puniendus sacerdos, celebrans duas Missas eodem die, in casibus non permissis. *Diaz, & Menoch. vbi supra*, dicunt remitti arbitrio Iudicis, qui iuxta facti qualitatem, & scandalum, pœnam indicet. Neapoli cum pluries hic casus accidisset, fuit imposita pœna triremium per triennium, & suspensionis à celebratione Missæ.

2 Animaduertendum, pœnam triremium per triennium impositam cōtra celebrantes duas Missas, fuisse inflictam propter celebrationem duarum Missarum eadem die ex auaritia pro pecunia, quod summoperè damnatur à sacris canonibus, *cap. sufficit, de consecr. distinct. 1.* quòd si non ex auaritia, sed ex aliqua causa, licet non vrgenti, *iuxta cap. consuluisti*, celebrarentur duæ Missæ eodem die, non crederem tàm acri pęna sacerdotem plectendum, nempe si contra loci consuetudinem celebraret quis alteram Missam pro defunctis, non præsente corpore mortuo: nam *Archidiaconus in dicto cap. sufficit*, tenet posse celebrari alteram Missam pro defunctis, etiam si non sit præsens corpus mortuum, sed pro anniuersario, vel deuotione, dummodo non sit corrupta intentio, nec contra consuetudinem loci, aut constitutionem synodalem, ex generalitate *d. cap. sufficit*, & sequitur *Cardinalis de Turrecremata*. Nec obstat *dict. cap. consuluisti, de celebrat. Missarum*, in quo exprimitur causa necessitatis; quià satis videtur, quod sacerdos commodè propter alias occupationes alia die celebrare non possit, *iuxta l. nepos Proculo, ff. de verbor. significat.* & se-

& secundum *Archid.* potest dicere quis duas Missas eadem die pro defunctis; sed in Regno Neapolitano consuetudo est in contrarium. Animaduertendum etiam, quod *Ioan. Andreas in dict. cap. consuluisti*; tenet, ex causa licere celebrare Missam pro defunctis, quando fuit dicta prima Missa de die, sed non quando prima Missa fuit pro defunctis: affert rationem, quia à defunctis nullus regreditur; & ideò celebrata Missa defunctorum, non celebratur altera de die, sed omnes tendimus ad mortem. Vnde celebrata Missa de die, potest pro defunctis celebrari; & ita dicit, se habere consuetudinem. Sequitur *Gregorius Lopez part. 1. tit. 4. super l. 50.* sed re vera talis ratio non satisfacit, & in contrarium est *text. apertus in d.c. sufficit*, in quo præsupponitur, primam Missam fuisse celebratam pro defunctis, secundam de die. In Hispania, propter penuriam sacerdotum, in aliquibus locis sacerdos celebrata Missa in vna terra, se confert ad aliam, & celebrat secundam Missam, quod fieri potest, *iux. Ioan. Andr. in d. cap.* quando vnus præest duabus Ecclesijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus officium diuinum omittens per longum tempus, potest priuari beneficio.*

2 *Officium diuinum quando recitari possit vltra descriptum in Breuiario Romano.*

3 *Episcopus, vel alia persona principalis non tenetur dicere, asperges, in diebus Dominicis.*

## De clerico beneficiato omittente recitare diuinum Officium. Cap. LXXX.

1 Ex Concilio Lateranensi, *sess. 4.* sub Leone X. clericus habens beneficium, si post sex primos menses, à die obtenti beneficij, absque impedimento, non recitauit officium, beneficiorum suorum fru-
2 ctus suos non facit, pro rata omissionis recitationis officij, & temporis: sed eos, tamquam iniustè perceptos, in fabricas beneficij, vel pauperum eleemosynas erogare tenetur; si verò vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium; intelligatur autem officium omittere quoad hoc, vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies saltem non dixerit, quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra facere conuincantur; ita habetur in dict. Concil. *Sotus de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 6.* dicit, hanc constitutionem non fuisse vsu receptam quoad priuationem beneficij ob omissionem diuini officij. *Menoch. de arbitr. casu 429.* dicit arbitrio
3 Iudicis puniri omittentem recitare Horas Canonicas. In Curia verò Archiepiscopali quidam clericus, qui vltra decem annos non recitauerat diuinum officium, fuit priuatus beneficio.

Quæritur, an satisfaciat beneficiatus, vel constitutus in sacris, recitans aliud officium, quam designa-

R tum

tum in Breuiario Romano? Reſpondetur, circa hoc eſſe declarationem quandam Gregorij XIII. quę incipit, *Paſtoralis officij*. Ad omnẽ ſcrupulum dimouendum, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hæc, quæ ſequuntur, declaranda duximus, & concedenda. In primis illud nobis declarandum ſe offert, ex quo magna oriri poterat confuſio; cum enim prædeceſſor prædictus indiſtinctè conceſſerit, vt Eccleſiæ Hiſpaniæ poſſint celebrare officia propria Sanctorum illius prouinciæ, illæque plures ſint numero, ex hoc ſequebatur, vt officium maioris partis feriarum anni omitteretur, & ordo Breuiarij fere ſubuerteretur. Nos huic incommodo occurrere volentes, & prædeceſſoris prædicti mentem ſano modo interpretantes, declaramus vnamquamque Hiſpanię Eccleſiam eorum tantum Sanctorum, qui in Breuiario non ſunt deſcripti, officia propria celebrare poſſe, qui vel illius diœceſis ſunt naturales, vel eius Eccleſiæ, ſeu diœceſis ſunt patroni, vel eorum corpora, ſeu notabiles reliquiæ in ea Eccleſia, ſeu diœceſi requieſcunt: de alijs verò Sanctis, etiam ſi ſint naturales, vel patroni alterius diœceſis, etiam ſi illorum corpora, vel notabiles reliquiæ in aliqua Eccleſia alterius diœceſis requieſcant, non celebretur officium proprium, ſed ſeruetur ordo Breuiarij Romani: & quo die celebrabitur feſtiuitas patroni vnius diœceſis, religiones omnes teneantur eodem die in ſuis Eccleſijs intra limites illius diœceſis exiſtentibus eandem feſtiuitatem celebrare, & in hoc cum Eccleſia matrice ſe conforment.

Item concedimus, quod quælibet Eccleſia, & Monaſterium Hiſpaniæ habens aliquas reliquias inſignes, puta caput, brachium, vel crus alicuius Sancti, etiam alienigenæ, non exiſtentis in Breuiario, vel de quo in dict. Breuiario fit tantum commemoratio, poſſit illius feſtiuitatem celebrare, & officium duplex facere, & de alio Sancto eodem die occurrenti, ſi fuerit ſimplex, fiat commemoratio: ſi verò fuerit duplex, vel ſemiduplex, transferatur in primam diem ſimili feſto non impeditam, & infra prohibet, Antiſtitem, vel aliam perſonam principalem debere ante Miſſæ celebrationem in diebus Dominicis cum pluuiali, vel cappa, & cum miniſtris incipere in altari maiori Antiphonam. Aſperges, &c. & aſpergere aquam benedictam, non obſtante quacumque conſuetudine, quæ vigebat in Eccleſijs Hiſpaniæ, ſed illa facere poſſit quilibet alius ſimplex Sacerdos eius loco, & quod talis ſacerdos non deferat pluuiale, ſed Albam, & ſtolam, vel ſuperpelliceum, & ſtolam, nec procedat aſſociatus cum miniſtris, ſed ſolum cum Acolytis.

Datum Romæ die 30. Decembris 1573.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitenti contra Confeſſarium creditur, circa reuelationem confeſſionis.*

2 *Tentans mulieres in actu confeſſionis, vel prope, eſt ſuſpectus de hæreſi.*

De

De sacerdote reuelante confessionem,& tentante mulieres ad turpia in actu confessionis. Cap. LXXXI.

1 COmmunis opinio DD. in *cap. omni, de pœnitent.* est, quòd creditur pœnitenti contra confessarium, si dicat reuelasse eius confessionem, ad puniendum pœna extraordinaria *Abb. & alij ibi, Royas latè in singul. fidei 3.* quia veritas alio modo haberi non potest; sed *Card. ibi dicit*, posse torqueri, & sic parochus, qui fuit inquisitus in Curia Archiepisc. quòd mulieres tentauerat ad turpia in actu confessionis, contra quem plures ex eis deponebant, fuisse tactu,& signis tentatas, & vna verbis, fuit tortus, & non confessus, fuit etiam suspensus à cura per annum, de ordine etiam Sacræ Congregationis Sancti Officij in
2 Vrbe. Nec est omittendum, quòd tentans mulieres in actu confessionis, est suspectus de fide vehementer, quomodo sentit de Sacramento pœnitentiæ, vt tradit *Pegna super Director. Inquisit. 2. par. q. 5 5.* etiam si propè actum confessionis, ante, vel post ipsas tentauerit, vt fertur declarasse S. D. N. Clemens Octauus. Prætereà dicunt DD. quòd testi vnico creditur, quando est impossibile, vel difficillimum alios inuenire, vt latè tradit *Marsilius in leg. si quis, in fin. ff. de quæstion.* Et ex prædictis quidam sacerdos, qui dum cantaret Missam, protulerat bis quædam verba inconuenientia, & contra ipsum deponebat Acolytus de quibusdam verbis, & Diaconus de alijs,& erant singulares; fuit per Curiam suspensus à celebratione Missæ per annum.

*SVMMARIVM.*

1 *Sodomia clericus quomodo puniatur.*
2 *Sodomita an torquendus ex solo dicto pueri.*
3 *Sodomiæ crimen tentatum tantummodo, quomodo puniendum.*
4 *Priuari debet beneficijs clericus attentans crimen Sodomiæ.*
5 *Deponitur clericus pro quocumque graui crimine.*

De Sodomitis. Cap. LXXXII.

1 CLerici exercentes Sodomiam, debent tradi Curię sæculari, vt moriantur, ex bulla Pij V. quam refert *Nauar. c. 27. nu. 249.* eamque intelligit procedere in illis, qui quasi ex vsu continuò talem actum exercent, per illud verbum (exercentes) non enim sufficit semel actum fieri, sed requiruntur plures vices; sicut non dicitur mercator, vel negotiator, qui semel mercaturam exercuit. *Abb. Ripa in cap. 1. de indicijs*; & quando delictum non est consummatum, deportatio, *l. 1. ff. de varijs, & extraord. criminibus*; sed hodie in Curia Archiep. est pœna triremium
2 pro solo tentato vitio nefando. Sed fuit dubitatum, an dictum pueri sodomitati solum faciat indicium ad torturam? *Bossius de indicijs, num. 60.* tenet quòd sic; sed *Prosper Farin. de indic. & tortura, quæst. 43.* qui cumulat DD. dicit communem opinionem,& praxim se habere, quòd sufficiat dictum pueri stuprati, vel mulieris stupratæ, siue sponte, siue

per vim, cùm adminiculis; & aliàs non; & ita apud nos seruatur. Adminicula sunt, mala fama, mendacia, & similia: & quæ refert idem *Farinac. dict. quæst.* 54. Item, si à pluribus pueris quis nominetur, fuit dictum in Curia, debent tamen pueri torqueri ad validandam depositionem, etiam si dicant se per vim fuisse stupratos, *iuxta cons.* 132. *Ploti*, nisi probetur metus, qui non præsumitur, vt pulchrè per *Farinacium vbi suprà*, & in Curia Archiepiscopali semper torquentur pueri etiam laici, & mulieres, quę dicunt, se stupratas ad conualidandam depositionem, *iuxta tradita suprà in cap.* 10.

Dicitur in Praxi, quod in Curia Archiepiscopali pro solo tentato delicto Sodomiæ est pœna triremium. Animaduerte hoc indigere distinctione; siquidem attentatio nefandi criminis, si ad actum proximum deuentum est, cum simus in atrocissimis, ordinaria pœna, hoc est vltimo supplicio punitur. *Bartol. in leg.* 1. *de extraordin. crimin.* vbi exemplificat in osculis. *Iulius Clarus in* §. *Sodomia*, *vers. Quaero numquid*; vbi id procedere ait, nedum de iure communi; sed forte etiam de generali consuetudine. *Menoch. de arbitr. casu* 360. *num.* 59. & sic clericus pœna ordinaria venit puniendus; sin autem ad actum propinquum deuentum non est, pœna deportationis punitur attentans, *d. leg.* 1. §. *Qui puero*; cuius loco successit hodie perpetuum bannimentum, vt tradit *Gramm. voto* 59. *num.* 11. *Plata in Epitome delictorum, cap.* 44. *num.* 1. *lib.* 1. *Clarus in Practica quæst.* 67. *vers. deportatio*; & hoc vltimo casu intelligenda est Praxis, quod poterit imponi pœna triremium; sed aduerte, quod in vtroque casu debet clericus pro tentato vitio nefando priuari beneficijs: siquidem si deuentum est ad actum proximum, vbi ius ciuile imponit pœnam mortis, Ius canonicum imponit pœnam priuationis beneficiorum, vt post alios tradit *Follerius in Praxi criminali canonica, in verbo, & si confessi, aut conuicti sint, nu.* 60. si verò non est deuentum ad actum proximum, quo casu imponitur pœna deportationis, & eius loco bannimentum, pariter sequitur beneficiorum priuatio, quia perpetuò bannitus beneficio priuandus est. *Rebuff. in Praxi de modis amittendi beneficia part.* 3. *num.* 57. & vtroque casu est graue delictum, & vulgaris est regula in Iure, qua pro quocumque graui crimine clericus deponendus est, vt tradit *Abb. in cap. at si clerici, num.* 34. *de iudicijs*, vbi *Dec. Domin. in* §. *de his, dist.* 50. & in *cap.* 1. 53. *dist. Farinac. consil.* 25. qui refert notabilem casum: fuit enim inuenta quædam schedula in domo cuiusdam personæ, in qua confitebatur attentatum vitium nefandum cum osculis, & tactibus inhonestis: in iudicio examinatus, confessus est, fuisse scriptam manu sua, sed iocosè, & otiosè gratia experiendi calamum, & tortus perstitit in dicta confessione; fuit enim condemnatus in pœnam priuationis beneficiorum, & exilij perpetui ab Vrbe, & statu Ecclesiastico.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regulares à quo ordinandi, quando, & cum cuius litteris.*
2 *Titulus ordinandorum qualis esse debeat; & ibi plures resolutiones.*
4 *Dimissoriæ, quãdo cõcedẽdæ, à quibus, & ibi plures resolutiones circa eas.*
5 *Vicarius Episcopi an possit ordines conferre absente Episcopo, si est Episcopus.*
6 *Clericus quando possit inuitus ab Episcopo in sua diœcesi retineri.*
7 *Dispensandi causa super anni circulo cum ordinandis, qualis esse debeat.*
8 *Episcopus ordinans quid possit recipere ab ordinandis.*
9 *Abbas, qui habet territorium separatum cum iurisdictione ex consuetudine immemorabili, an possit concedere dimissorias ad ordines.*
10 *Visitare an possit Episcopus in territorio Abbatis, in quo Abbas exercet iurisdictionem ex consuetudine immemorabili.*
11 *Titulus beneficij habentis redditus incertos, qui communiter rediguntur ad certam summam, an sit validus.*
12 *Vicarius Episcopi vt possit concedere dimissorias, quando Episcopus dicatur agere in remotis.*
13 *Ordinatus ante ætatem legitimam ordinibus sacris, an sit suspensus ad tempus vsque ad ætatem legitimam, vel perpetuò.*

De ordinatione Regularium, familiaris Episcopi, dimissorijs, & titulo ordinandorum. Cap. LXXXIII.

De ordinationibus clericorum multa à Doctoribus traduntur, præsertim ab *Henriq. in summa, de ordine. Nauar. in suis cons. de temporib. ordinationum.* & adsūt plures declarationes Sacræ Cong. Conc. Ego verò quædā pacua ad Praxim magis accedentia annotare decreui; &

1 Primò, quod regulares debent ordines suscipere ab Episcopis, in quorum diœcesibus sunt monasteria, in quibus degunt, & sunt assignati, vel dimissorias ab eis recipiant, *iuxt. c. 8. sess. 23. de refor.* Conc. Trid. ita fertur declarasse Gregor. XIII. Habetur in bulla Leonis X. Sacro approbante Concilio; & ibi dicitur regularis degere, vbi est assignatus. *Domin. in cap. cum nullus, §. religiosi, de tempor. ord. in 6.* circa quas dimissorias fuerunt factę plures declarationes à Sacr. Cong. Conc. Sed vltima, quæ est in viridi obseruantia, ita se habet: Congregatio Concilij censuit, superiores Regulares posse suis subditis Regularibus dimissorias ad ordines concedere, ad Episcopum tamen dięcesanum; & si is absuerit, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab Episcopo, qui ordines cõtulerit, examinetur de doctrina. Quòd si Episcopus dięcesanus à diœcesi non absuerit, sed noluerit habere ordinationes, idē esse obseruandum, quòd dictum est, si abesset; si tamen susceptio ordinum non esset data opera dilata in id tempus, quo Episcopus dięcesanus nullas esset habiturus ordinationes. Item declarauerūt, quod Regulares non tenentur nomen, & eorum desideria in Ecclesia proponi facere, & testimonium ferre, *iuxta cap. 5. sess. 23. de reform.* sed sufficit testimonium à superioribus alla-

 tum,

tum,quod habent requiſita; & ita Neap.ſeruatur,quòd viſis dimiſſorijs ſuperiorum,in quibus teſtantur de requiſitis, examinantur de doctrina,& ordinantur.

Notandum prętereà circa Regulares, quòd ſuper interſtitijs non Prælatus Regularis, ſed proprius Epiſcopus loci,in quo degũt Regulares, diſpenſare debet, vel Abbas, quando dimittit ſuos ſubditos alijs ordinandos,quos ipſe ordinare poterat; debet tamen Epiſcopus ſe informare de iuſta cauſa diſpenſandi à ſuperiore Regularis ordinandi,vt fertur declaraſſe ſacra Congr. & ita Neap. ſeruatur, tradit etiam *F. Hier. à Sorbo, ſuper compendio priuilegiorum mendicantium, in verb. ordines*. Item fertur declaraſſe Sacra Congr. quòd Regulares, qui non ſolent facere functiones,vt ſunt Ieſuitæ, non tenentur docere de eis: & anno 1597. declarauit Carthuſianos clericali tonſura inſignitos vno eodemque die poſſe promoueri ad ordines minores, propter eorum vitam ſolitariam.Et hæc circa ordinationes Regularium dixiſſe ſufficiat; alia ponit dictus *F. Hieronym. & alij*, quos vide.

2 Secundò principaliter notandum circa titulum promouendorum ad ſacros ordines, qui debet eſſe, vel beneficij, vel ſtante neceſſitate, aut vtilitate Eccleſiarum, patrimonij,Concil.Trid.*cap.2.ſeſ.21. de reform*.quòd extenditur etiam ad Regulares non profeſſos, ex bulla Pij V. Romanus Pontifex, Gregor. tamen XIII. excepit Ieſuitas à dicta conſtitutione.

Ordinatus ſine titulo nullam pœnam incurrit; ſed tantum ab Epiſcopo ali debet,*iuxt.cap. cum ſecundum, de præbendis*, & quando Concil.Trid.*d.cap.2*. innouat canones antiquos,intelligit tantum *dict. cap.cum ſecundum, non cap. neminem, & cap.Sanctorum,diſt. 71*. ita fertur declaraſſe Sacra Congreg. licèt *Nauarr. conſil. 1. quæſt. 16. de conſtitut.* aliter dixerit in ordinato ſcienter, & doloſè ſine titulo: clerici tamen Regulares, qui ante profeſſionem ordinantur ſine titulo, ſunt ipſo facto ſuſpenſi, & exercendo ordines fiunt irregulares,nec poſſunt abſolui niſi à Romano Pontifice, & Epiſcopus ipſos ordinans à præſtatione talium ordinum per annum eſt ſuſpenſus,vt in dict. Bulla Pij V. ſed Neap.per conſtitutiones ſynodales ſuſpenduntur omnes ordinati ſine titulo,vel cum ficto titulo: qui verò per fraudem, & mendacia decepit Epiſcopum, vel qui habet vnde ſe alat,aut patrem diuitem,non debet ali ab Epiſcopo. *Decius in capit.Epiſcopus,de præb.*

Beneficium, ad cuius titulum quis ordinatur, debet eſſe perpetuum, vnde ad titulum beneficiorum manualium, & amouibilium, & ad titulum Vicariæ temporalis non debet ordinari, quia non eſt beneficium, ſed perpetua ſic. *Abb. in capit. Michael, de filijs presbyt.* & beneficium debet habere certos redditus, ex ſacra Congreg.

Poteſt quis ordinari ad titulum beneficij vniti Seminario, ſed non ad titulum Seminarij, & ſufficit, quòd ei ſit facta certa aſſignatio fructuum à Seminario cauſa inſeruiendi beneficio vnito, vt cenſuit

Sacra

Sacra Congregat. refert etiam *Parisius de resignation. lib.2. q.6. num.34.* censuisse Sacram Congregat. posse aliquem ordinari ad titulum seruitij in aliqua Ecclesia, cui ascribitur, & deseruire tenetur in ordine suscepto; *iuxta cap.16. sess.23. de refor.* & taliter ascriptus certæ Ecclesiæ à nullo Episcopo recipi debet. Sufficit beneficium, quod iuncto patrimonio præstat victum Sacra Congr. Quantitas relinquitur arbitrio Ordinarij, qui secundum varietatem locorum arbitrabitur. Neapoli non ordinantur, nisi habentes ad minus annuos redditus ducatorum triginta sex: etiam propter penuriam sacerdotum non potest quis ordinari sine titulo, etiam si habeat certam assecurationem victus cum certa cautione, etiam si in sufficienti patrimonio iungantur pitantiæ, eleemosynæ, anniuersaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Missarum, & exercitio sacrorum ordinum percipiuntur: idem si quis sit Grammaticus, Musicus, vel aliam artem exerceat, vt Pictor, Scriptor. Sacra Congreg. Idem dicendum in Doctore illustri, quidquid dicat *Henriquez de Sacram. ord. cap. 1.* & beneficium tituli debet vere possideri, *d. cap. 2. sess. 23. Nauar. consil. 15. de temp. ord.* & non potest quis ordinari ad titulum beneficij, quod habet redditus incertos. Sacra Congr. Item ad titulum donationis potest quis ordinari Sacra Congreg. etiam si tantundem debeat, dummodo donatio sit facta ad hunc finem ordinationis, cum alienari non possit, *ex d. c. 2. Nauar. cons. 13. de tempor. ordinat.* clericus, qui habet alimenta à patre, non tenetur ipse recipere fructus beneficij, vel patrimonij, sed sufficit si pater percipiat, & compenset cum alimentis. *Bartol. in tract. de duobus fratribus, in fine. Bald. in leg. filiæ, C. familiæ ercisc.* ordinatus ad titulum beneficij illud cum æquiualenti permutare potest, & resignare, si habet vnde se alat, & debet id exprimere, aliàs resignatio est nulla, saltem in foro exteriori. *Paris. d. quæst. 6. num. 41.* an autem valeat resignatio beneficij prædicti, si fuit admissa ab Episcopo, vide supra *cap. 64. nu. 8.* Præterea notandum, quod Curia Archiepisc. solet super patrimonio examinare testes super veritate illius, & quod non adsint debita, & tàm ordinandus, quàm donans ordinando iurant patrimonium esse verum, & si ordinandus habet parentes, fratres, vel sorores, fit computatio omnium redditu<sup></sup>um, ita vt quælibet persona habeat: ducatos trigintasex quolibet anno.

3 Tertiò principaliter notandum, quod Episcopus suum familiarem triennalem non subditum, sine litteris dimissorijs sui Episcopi ordinare potest, dummodo illi beneficium statim re ipsa conferat, *cap. 9. sess. 23. de reform.* nec oportet, quod familiaris habitet in domo Episcopi, & illi continuò seruiat, *iuxta tex. in cap. fin. de verbor. signific. Henriquez de sacr. ord. capit. 12. lib. 1. in Gloss.* si tamen per totum triennium habitaret in parte remota, non potest ordinari, quia Episcopus eius mores nosse non posset. *Lopez super cap. 26. Praxis Diaz*, & sufficit, quod triennium inceperit, antequam

quàm dominus esset creatus Episcopus, vt ordinari possit; & potest etiam ordinari ad titulum patrimonij stante vtilitate, vel necessitate Ecclesię, vt censuit Sacra Congreg. *Parisius de resignat. lib. 4. q. 2.* non tamen poterit cum eo dispensare super interstitijs, nec si est illegitimus. *Nauar. consil. 27. & 28. de tempor. ordinat.* & beneficium est illi statim re ipsa conferendum, aliàs si post aliquot menses, non satisfit Concil. Trident. vt censuisse sacram Congreg. refert *Paris. vbi suprà.*

4 Quartò principaliter notandum, circa dimissorias, quas concedit Episcopus loci beneficij originis, vel domicilij, *cap. cum nullus, de tempor. ord. in 6.* quod antequam illas Episcopus concedat, debet examinare ordinandos, & sic approbatos dimittere, *cap. 3. sess. 23. de refor.* si tamen Episcopus abesset à sua diœcesi, potest concedere dimissorias in aliena diœcesi, ac ordinandos etiam suo examini subijcere, & si absentes sint ad se vocare, vt eos examinet, si commodum erit: alioquin eorum examen Episcopo loci demandare in quo degunt, & si aliquis absens fuit per multos annos, ita vt ipsum de vita, & moribus commendare non possit, sufficit, quod ipse Ordinarius concedat ei litteras dimissorias, quæ continebunt, quod ordinandus non sit contumax, nec excommunicatus, sed de legitimis parentibus natus; informatio autem de vita, & moribus habenda est ex loco, in quo fuit versatus. Episcopus, cui diriguntur dimissoriæ, debet examinare tantum de litteratura, vt declarauit Sixtus V. *Sorbus vbi suprà facit cap. 11. sess. 7.* Conc. Trid. Et ita seruatur in Curia Archiep. nec requiritur, quod in litteris dicatur in conscientia mea, vt dicit *Sorbus*, expressio enim eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, *l. 3. ff. de legat. 1.* & Episcopus non solum ex causa ægritudinis impeditus, *iuxta capit. 3. sess. 23. de reform.* sed etiam ex alia causa, potest concedere dimissorias, vt declarauit Sacra Congregatio, & debet exprimere causam impedimenti; valet tamen consuetudo, quòd causa non exprimatur. *Rebuff. in Praxi, de litteris dimissorijs;* & ita seruatur, & in dimissorijs debent exprimi ordines sacri, aliàs, si exprimantur minores ordines, vel ordines, non veniunt sacri, *c. 1. de temp. ord. Rebuf. vbi suprà,* & dictæ litteræ requirunt scripturam; sed in licentia celebrandi Missam non, nec expirant per mortem concedentis, *Rebuf. vbi suprà. Nauar. consil. 1. de tempor. ord.* Nec eas censetur reuocasse Episcopus, si dicat ordinando, ne ab alio ordinaretur; quia ipse volebat ordinationes tenere. *Nauarr. consil. 29. de tempor. ordin.* nec illas concedit Vicarius, nisi in duobus casibus, videlicet Episcopo agente in remotis, *capit. cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* vel de speciali mandato Episcopi. *Rebuffus de forma Vic. Episcopi, num. 87. Iacobus Sbrottius de Vic. Episcopi lib. 2. quæst. 41.* Extrauagan. Pij II. *Cum ex sacrorum,* imponens pœnam suspensionis ordinatis extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut sine litteris dimissorijs, procedit solum in ordinatis sacris, & scienter per

verbum

verbum ibi, *præsumpserit*, secus si bona fide. *Rebuff. vbi supra, tit. de clericis malè promotis*. *Nauar. cap. 27. num. 155.* Ordinari sine dimissorijs non solum potest familiaris, sed etiam alius, quando proprius Episcopus est suspensus, ex quo alios ordinauit sine dimissorijs, *cap. 2. de temp. ordin. in 6.* & valent dimissoriæ concessæ à Vicario, etiam mortuo Episcopo, agente in remotis, si non constabat de eius morte. *Henriquez vbi supra, cap. 25. §. 3.* Et nota, quòd Vicarius Episcopi, agentis in remo-
5 tis, si est Episcopus, potest ipse ordinem conferre; quia si potest hoc alijs concedere, *dicto cap. cum nullus*, tantò magis ipse perficere, vt tenet *Menochius de arbitrar. casu 222.* quidquid dicat *Sbrottius, de officio Vicar. lib. 2. quæst. 10.* qui miratur de *Menoch.* Vlterius notandum, referri, censuisse Sacram Congregationem,
6 quòd clericus, qui certo loco non est adscriptus, ab Episcopo suo inuitus, retineri non potest in sua diœcesi, si non habet beneficium, requirens residentiam, vel personale seruitium, & tenetur illi Episcopus concedere dimissorias, quinimmo vidi plures ordinatos pro vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ obtinuisse licentiam ab Vrbe se absentandi ab Ecclesia, pro cuius vtilitate, vel necessitate fuerant ordinati, cessante tamen necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ.
7 Ad hæc aduertendum, quod causa dispensandi cum constituto in minoribus ad subdiaconatum super anni circulo, sufficit, si sit necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ disiunctiuè, à subdiaconatu ad diaconatum quælibet leuis causa, cum iudicio Episcopi id relinquatur; à diaconatu ad presbyteratum vtilitas, & necessitas Ecclesiæ coniunctiuè. Ita habetur *in cap. 11. & 14. sess. 23. de reform.* considerat etiam *Sorbus, vbi supra, in verbo, ordines*.
8 Vltimò notandum declarasse Sacram Congregationem, quòd Episcopus ordinans non potest accipere ab ordinandis forbices, mappas, & pectines, sed tantùm cereum, iuxta Pontificale Romanum, & hæc sufficiant: alia vide in supradictis Doctoribus.

Primò quæritur, an Abbas, qui exercet iurisdictionem ordinariam
9 in aliquo territorio, ex consuetudine immemorabili confirmata à Sede Apostolica, possit concedere litteras dimissorias ad ordines, vel ei obstet, *cap. 10. sess. 23. de reform.* Hoc dubium fuit ventilatum in Rota Romana, in vna Salamantinensi iurisdictionis coram Cardinali Seraphino, 9. Maij, 1594. in qua etiam fuit determinatum, an dictus Abbas potuerit visitare Ecclesias, vel visitatio pertineret ad Episcopum, *iux. cap. 8. sess. 8. de reform.* & quia decisio est multum notabilis, eam de verbo ad verbum referre decreui.

*Salamantinen. Iurisdictionis*
*R. P. D. Seraphino.*

10 Dubitaui, an Reuerendiss. Abbati obstet decretum, *cap. 8. de reform. sess. 7.* Item decretum *cap. 10. sess. 23.* & quantum ad prius decretum, Domini dixerunt non obstare, quia cum loquatur de Ordinarijs, quorum appellatione comprehendun-

tur

tur etiam inferiores in materia eis adaptabili, vt per *Gemin. in cap. Ordinarij, num. 3. verſ. nota iſtam Gloſſ. de officio Ordin. in 6. Franch. num. 3.* cum alijs adductis ſub die 23. Octobris 1579. in hac eadem cauſa ſequitur, Abbati hoc decretum non obſtare, cum conſuetudo, de qua fit mentio in bulla, ſit talis, quæ ne dum eximat, ſed etiam tribuat iuriſdictionem, quo caſu territorium dicitur effectum proprium diœceſis Abbatis. *Ioan. And. in cap. nimis, col. pen. ad fin. de iureiur. Anchar. in cap. poſtulaſti, ſub num. 45. de foro compet.*

Neque obſtat, quod non ſit Ordinarius loci, ſed perſonarum, cum hæc iuriſdictio proueniat à conſuetudine non confirmata reſpectu locorum, quia eſt eadem conſuetudo, de qua Papa teſtatur; alioquin ſi voluiſſet tantummodo eximere, non autem intellexiſſet iuriſdictionem ad Abbatem de conſuetudine ſpectare, vtique hæc loca immediatè ſubieciſſet Sedi Apoſtolicæ, prout in ſimilibus exemptionibus fieri ſolet, quod clarè ex vſu ſubſecuto comprobatur. *Aym. conſil. 118. num. 2. & conſil. 211. num. 8.* nec non ex quatuor caſuum exceptione, quæ in non exceptuatis firmat regulam iuribus vulgaribus, & ideo non ſumus in nuda exemptione, ſed in conſuetudine, quæ ordinariam tribuit iuriſdictionem. *Oſtienſ. in ſumma, de officio Ordin. num. 2. Abbas in cap. cum contingat, num. 5. de foro competenti.*

Non obſtat, quod Reuerendiſſimus Epiſcopus velit viſitare tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, quia Concilium hoc tribuit Ordinarijs tantum; ipſe autem in hoc loco non eſt talis, ſed Abbas; viſitatio enim pendet ab ordinaria iuriſdictione, *cap. 1. in fine, de cenſib. lib. 6.* cum alijs allegatis, & quamuis decretum hoc deroget conſuetudinibus, non tamen derogat confirmatis, vt fuit reſolutum.

Non obſtat decretum *cap. 9. ſeſſ. 24.* quia non tollit iuriſdictionem præfati, *cap. 8. ſeſſ. 7.* loquentis de Ordinarijs generaliter, quorum appellatione, vt dictum eſt, tàm Epiſcopi, quàm inferiores comprehenduntur. Præterea cum ſimpliciter loquatur de exemptis, non eſt trahendum ad eas Eccleſias, quæ habent proprios Prælatos, iuriſdictionem ordinariam habentes: non enim eſt veriſimile, Concilium hoc caſu voluiſſe ſubditos duplici onere viſitationis grauare.

Quantum ad decretum *cap. 10. ſeſſ. 23.* Domini dixerunt, ſi ex conſuetudine Abbas dabat litteras dimiſſorias, dictum decretum ex rationibus ſupra deductis ei non obſtare, cum huiuſmodi conſuetudo cenſeatur confirmata, vti conſuetudo tribuens iuriſdictionem, non autem exemptionem, & ideo non obſtare, *cap. cum nullus, de temporibus ordinationum, in 6.* non enim hoc ius ita Epiſcopo, vel Epiſcopali dignitati competit excluſiuè ad alios, vt non poſſit conſuetudine præſcripta indici, vt tradit *gloſſ. ibidem, in verbo, indultum*, & ideo cum hic habeamus conſuetudinem confirmatam, eam non tollit hoc decretum, ex his, quæ alias deducta, & deciſa fuerunt.

Circa num. 2. Quæritur an poſſit ordi-

ordinibus sacris insigniri clericus ad titulum beneficij, quod habet redditus incertos casuales mortuariorum, & anniuersariorum, si communiter rediguntur ad certam summam, & dantur infirmis? dicendum quòd sic, quia computantur in valore fructuum, *ex notab. doctrina Felin. in cap. ad aures, num.* 14. *de rescript. post Ancbar. in Clem. vnica, de conceß. prebend.* & ita vidi seruatum Neapoli, si malè non recordor, in obtinente Fratantiam S. Archangeli.

12 Circa num. 4. quæritur, quando Episcopus dicatur agere in remotis, vt valeat Vicarius concedere dimissorias ad ordines?

Respondetur, quod quando Episcopus moratur extra prouinciam, vel vltra duas diætas, *iuxta cap. nonnulli, de rescript.* vel vltra vnam, *iuxta cap. statutum, eodem tit. in 6.* & remittitur arbitrio iudicis, quis locus dicatur remotus: ita *Glos. in cap. cum nullus, in verbo, remotis, de tempor. ordin. in 6.* quam sequitur *Ostiensis in cap. relatum, de sententia excommunicationis. Archidiacon. in cap. 2. de testament. in 6. Dominicus, & alij in dicto cap. cum nullus*, sed hodie Vicarijs solet dari expressa potestas concedendi dimissorias etiam præsente Episcopo, vt dicit *Glos. in dicto cap. cum nullus.*

13 Tertiò quæritur, an ordinatus ante ætatem ordinibus sacris, sit suspensus temporaliter, nempè vsque ad ætatem, legitimam, vel perpetuo, vt indigeat Papæ dispensatione: & de iure communi suspensio durabat vsque ad ætatem legitimam, *cap. vel non est, de tempor. ordinat. cap. ex ratione, de ætat. & qualit.* notant *Doctores per illum textum in Clem. Generalem, eodem tit.* & hanc opinionem communiter dicit *Anton. in tract. de irregular. cap. 1. num.* 13. nihilominus post Bullam Pij II. *ex sacrorum, quæ promotos ante ætatem legitimam, ipso iure suspendit*, contrarium est dicendum, vt sit perpetuò suspensus, siquidem verba ipso iure perpetuitatem indicant, cum vim Canonis latæ sententiæ habeant. *Tiraquellus*, qui alios congerit *in l. si vnquam, C. de reuocandis donationibus, in verbo, reuertatur, num.* 144. & ita sentit *Stephan. de Caiet. in cap. ad limina, 30. quæst. 1. §. 3.* quo fit, vt sententia iuris pœnam absque præfinitione temporis imponens, perpetuo imponere censetur, *l. seruus, C. de pœnis, cap. si autem, vbi glos. fin. de cohabitatione clericorum, & mulierum, glos. in cap. cupientes, §. cæterum, in verbo, perpetuò, de electionib. in 6. Abbas latè in cap. ex litteris, num.* 10. *de constit.* eandem opinionem tenet *Rebuff. in Praxi, tit. de malè promotis, glos.* 10. *num.* 3. dum dicit suspensum indigere absolutione Apostolica. *Nauar. cons. 30. in fin. & 35. num. 1. de temporis ordinat.* & ratione suaderi potest, quandoquidem constitutio promotis extra tempora, vel ante legitimam ætatem, eandem pœnam imponit, sed in primo casu suspensio est perpetua, *cap. cum quidem, de temp. ordin.* ergo ex identitate rationis idem dicendum est in altero casu, *l. iam hoc iure, ff. de vulg.* & vna pars constitutionis alteram declarat, *l. qui filiabus, in princip. ff. de leg. 1.* & eandem opinionem tenuit Rota Romana, in vna Melitensis

Abb.

Abb. 24. Ianuarij, 1590. coram Domino Gipsio, & ignorantia crassa, & supina non excusat ab irregularitate, sed probabilis, *c. Apostolicæ, de clerico excomm.* vbi dicit *Abb.* quod non requiritur, quod quis sit multum curiosus in sciendo, dummodo non sit nimis desidiosus, *argum. legis nec supina, ff. de iuris, & facti ignorantia*. *Nauar.* verò *consil.* 50. *de tempor. ordin. par.* 2. excusat eum, qui circa ætatem potuit, & debuit suis parentibus credere, quæ videtur ignorantia probabilis, & hoc nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Modus procedendi, & formandi processum in causis Sanctæ Fidei, prout seruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
2 *Citatio valet sine expressione causæ, in causa Sanctæ Fidei.*
3 *Inquisitus non citatur ad videndum iuramenta testium repetendorum, in causis Sanctæ Fidei.*
4 *Recognitio inquisiti quomodo fiat in causis Sanctæ Fidei.*
5 *Testes an possint haberi pro repetitis in causis Sanctæ Fidei.*
6 *Confrontatio quando facienda in causis Sanctæ Fidei.*
7 *Hæreticus pro primo lapsu quando moriatur.*
8 *Suspecti de hæresi quomodo puniantur.*
9 *Tortura suspectorum de hæresi, vehementer super intentione, & credulitate, qualis esse debet.*
10 *Abutens sacramento altaris in sortilegijs, traditur Curiæ sæculari.*
11 *Socius criminis an probet sine tortura in causis Sanctæ Fidei.*
12 *Christiani, qui abnegauerunt fidem Catholicam apud infideles, si sponte reuertantur, & petant reconciliari Ecclesiæ, quomodo abiurare debeant.*
13 *Bigami quando, & quomodo puniantur à Curia Ecclesiastica ob hæresis suspicionem.*

## De modo procedendi in causis Fidei. Cap. LXXXIV.

Circa causas Sanctæ Fidei placet pro iunioribus ponere modum, quo vtitur Curia Archiepiscopalis Neapolitana in formando processum, & procedendo in dictis causis, afferendo aliqua magis frequentia, excerpta ex litteris Sacræ Congregationis generalis Inquisitionis Sancti Officij in Vrbe, transmissis ad hanc Curiam, & à Doctoribus.

1 Primò loco scribitur denunciatio illius, qui denunciat hæreticos, maleficos, sortilegos, & similes, cum iuramento, & subscriptione eius, ac cuiuslibet alterius testis, quia deunnciator habetur pro teste in istis causis, *iuxta omnes in cap. in omni negotio, de testibus*, & diligenter interrogatur super omnibus circumstantijs necessarijs: & in fine denunciationis solet interrogari, si cum persona denunciata habuerit odium, & inimicitiam, & fecerit denunciationem ex animi passione, & non pro veritate, & aliquando, quare tamdiu tacuit, quòd non denunciauit, & antequam dimittatur, iniungitur ei silentium, & etiam alijs testibus, etiam cum iuramento, de non dicendo ea, quæ in denun-

nunciatione, vel depositione continentur, vt latè tradit *Eymeric. in 3. par. Directorij, de forma examinat. testium*, qui si non seruent silentium, possunt grauiter puniri, vt per *Simancas de Catholic. institution. tit. 64. num. 83.* & idem seruat in examine aliorum testium.

Item, quando aliquis denunciat, Franciscum dixisse verba hæreticalia, semper fit interrogatorium, si protulit dicta verba seriò, vel iocosè, aut ex ira, vel referendo aliorum opiniones, & qua intentione; quia posset esse, quòd retulerit aliorum opiniones, & non esset hæreticus, vt tradit *Eymericus, vbi supra*: abhorret tamen interrogatoria suggestiua, *iuxta l. 1. ff. de quæstionibus*, sed in genere interrogat testes; an cognoscant aliquam personam, quæ dixerit, vel fecerit aliquid contra Sanctam Fidem.

Secundo loco examinantur omnes contestes, & examinandi sunt, adhibitis etiam duabus personis religiosis, *cap. vt officium, de hæret. in 6.* qui textus procedit etiam in Episcopo, iuxta *Pegnam in 3. par. Directorij, super quæst. 63.* & personæ religiosæ possunt intelligi etiam laici honesti, iuxta eundem *Pegnam* contra *Eymericum, ibi*; sed intelligo opinio *Franc. Pegnæ* procedere, quando clerici inueniri non possunt, quibus examinatis, vt plurimum solet procedi ad carcerationem; sed cum magna circumspectione Curia ambulat. Siquidem cum carceratio in causis Sanctæ Fidei irroget sæpè facti infamiam, nunquam Curia procedit ad capturam, nisi saltem adsint indicia ad torturam; & nonnunquam, quando persona denunciata est grauis, antequam carceret, solet iniungere vni ex consultoribus, vt secreto modo se informet à Parocho denunciati, vel alijs personis fide dignis, quomodo ipse denunciatus ambulet in vita, & moribus. Raro autem procedit ad citationem verbalem, & quando

2 citat, non inserit in citatione causam delicti, vt in alijs citationibus fieri debet; quia omitti potest in causis Sanctæ Fidei, vt per *Simancas, vbi supra tit. 44.* sed in genere citat ad subijciendum se examini super nonnullis mouentibus mentem ipsius Curiæ, tangentibus Sanctam Fidem.

Tertio loco, constituitur reus super contentis in Inquisitione, & semper solet interrogari, vt dicat, si habet aliquot inimicos, & quos, & causas inimicitiæ, & si cum eis fuerit reconciliatus, ne postea inueniret inimicos in defensionibus.

3 Quarto loco dantur inquisito capita inquisitionis, cum termino duorum dierum ad præsentandum interrogatoria pro repetendis testibus. Capita solent formari hoc modo, videlicet. *In primis, Fiscus ponit, & probare intendit, qualiter Franciscus malè sentiendo de Fide Catholica, negauit intercessionem Sanctorum*; quod fuit, &c.

Item, quòd est solitus blasphemare ad omnem leuem animi motum in ludo, & extra ludum hæreticaliter, videlicet. *Rinego Dio, non credo à Dio*; quod fuit, &c.

Item, quod de prædictis omnibus est publica vox, & fama, publicum, notorium, & manifestum.

Item,

Item, his stantibus, petit tanquam hæreticum condemnari, iuxta sacros canones, & sic de similibus, secundum facti qualitatem. Et aliquando conceditur copia Constituti loco capitulorum; & seruat Curia, quòd tàm interrogatoria, quàm aliæ scripturæ præsentantur per inquisitum, & aduocatum eius, & non per alios: nec quilibet aduocatus admittitur, nisi sit persona grauis, & prius præstet iuramentum coram Vicario de iustis defensionibus, & abstinendo à defensione, quamprimum nouerit illum, quem defendit, esse hæreticum, iuxta Sancti Officij receptam, & laudabilem consuetudinem, de qua testatur *Pegna in 2. parte Directorij Inquisitorum, commentario* 10. Nec etiam in istis causis citatur reus ad videndum iuramenta testium repetendorum, cui nunquam sunt edenda nomina testium, vt *in cap. statutum, §. iubemus, de hæret. in 6.* & quando testes repetuntur, postquam fuerunt repetiti super interrogatorijs, examinantur super capitibus fisci, & non solet legi eis prima depositio; & quando sunt repetendi, non solent citari, ne veniant in cognitionem inquisiti; sed vocantur; verum, si se absentent, possunt citari, & excommunicari propter eorum culpam, vt ex litteris Sancti Officij.

4 Quartò, quando à testibus est facienda recognitio denunciati, ponitur testis in aliqua camera, in qua per rimulam portæ, vel aliud foramen, ita vt non possit ab alijs videri, recognoscit denunciatum, existentem in alia camera, positum in medio aliorum; si tamen inquisitus vellet habere testes fisci pro repetitis, Curia procedit ad vlteriora, quidquid dicat *Simanc. de cathol. instit. d. tit. 64. num. 25.* nisi tamen aliud faciendum videretur; quia, vt reus defendatur, solet Curia repetere ex officio testes, licet reus habeat ipsos pro repetitis, per *l. si non defendantur, ff. de pœnis.*

5 Quintò loco post testium repetitionem dantur inquisito defensiones, & consignatur ei copia omnium repertorum, sine nominibus, & cognominibus, & qualitatibus, ex quibus posset perueniri ad cognitionem personarum testium; factis defensionibus, proceditur ad sententiam sine aliqua publicatione, sed ostenduntur defensiones inquisito, petenti eas videre, & postea præmissa citatione ad dicendum, expeditur causa.

6 Nunquam tamen in istis causis fit confrontatio testium cum inquisito, nisi quando testes sunt socij criminis, & quando recto Iudicis arbitrio omne testium periculum cessauerit, nempe, si reus est persona vilissima, qui parum curat habere bonam, vel malam famam, vt meretrix, & similes infames, vt tradit *Pegna in tertia parte Directorij, commentario* 348.

7 In discussione causæ, si aliquis reperitur hæreticus formalis, punitur iuxta sacros Canones, & pro prima vice non traditur Curiæ sæculari, nisi negauerit Trinitatem, aut Diuinitatem Iesu Christi, aut eius conceptionem de Spiritu Sancto; aut eius mortem, vt nos redimeret, aut Virginitatem Beatissimæ Virginis Mariæ.

Mariæ, vt in Bulla Pauli IV. incipiente, *Cum quorundam*, posita in fine Directorij Inquisitorum. Si verò aliquis reperitur suspectus tantum de hæresi, vel apostasia à fide, aut est suspectus leuiter, aut vehementer; quia violenta suspicio, quoad modum procedendi, secundum hodiernum vsum, non differt à vehementi. Quando reperitur quis suspectus leuiter, nempe si per annum perseuerauerit in excommunicatione, non in causis Sanctæ Fidei, & in alijs casibus positis per *Eymericum, in 2. parte Directorij, quæst. 46.* & tunc taliter suspecto solet imponi pœnitentia salutaris, & abiuratio de leui, & non torquetur regulariter. Si verò aliquis est suspectus vehementer; vt quia admiscuit sacramenta, vel sacramentalia in sortilegijs, vel inuocauit Dæmones ad faciendum ea, quæ non possunt facere potestate naturali, vel ad ea, quæ possunt facere, sed verbis deprecatiuis; vel si quis blasphemauerit in ludo, & extra ludum, & ad omnem leuem animi motum pluries, & hæreticaliter, & in alijs casibus, positis per *Eymericum in d. 2. par. quæst. 47.* & tunc taliter suspectus torquetur pro vlteriori veritate super intentione, & credulitate eorum, quæ dixit, vel operatus fuit, & super vsu, & complicibus: & si neget intentionem, adhuc compellitur abiurare de vehementi: & pro facto hæreticali solent condemnari ad triremes, vt bigami, & blasphemi; vel ad carceres, & alias pœnas; referuntur tamen, vt plurimum, Summo Pontifici causæ vehementis suspicionis: & senes, & alij, qui ob infirmitatem, aut ætatem torqueri non possunt, poterunt terreri. *Pegna in 3. parte Directorij,* super tertio modo, & tortura super vsu, intentione, & complicibus, non solet excedere mediam horam.

8

9 Abiuratio de leui, vt plurimum fit in secreto, & in camera Vicarij; potest tamen fieri in publico, quando publica est hæresis suspicio. Abiuratio verò de vehementi solet fieri in publico; & potest etiam fieri in secreto, iuxta tradita per *Pegnam in 3. parte Directorij, quæst. 40.* Formæ abiurationum ponuntur per *Eymericum in 3. parte Directorij, num. 161. & sequenti.*

10 Qui verò vsus fuit Sanctissimo Sacramento altaris in sortilegijs, traditur Curiæ sæculari, ex ordinatione Sancti Officij, posita in fine operis iudicialis Inquisitorum.

11 Notandum insuper, quòd in causis Sanctæ Fidei admittuntur omnes testes, etiam socij criminis, periuri, infames, præter inimicos, vt *in cap. in fidei fauorem, de hæretic. in 6.* non tamen duo ex istis periuris, aut infamibus plenè probant; sed sufficiunt ad præsumptionem, vel aliqualem probationem faciendam, vel indicium ad torturam, vel ad imponendam pœnam extraordinariam. *Abbas in cap. per tuas, de simonia. Felin. in cap. testimon. de testibus. Pegna,* qui testatur de communi, *in d. par. Directorij, super quæst. 64.* & licet secundum *Simanc. vbi supra, tit. 64.* testi socio criminis sit adhibenda fides, etiam sine tormentis; Praxis tamen se habet in contrarium, quòd torquetur aliquantulum

lum ad validandam eius depoſitionem contra ſocium; & etiam torquetur teſtis periurus ad ſciendum, in quo dicto perſiſtat.

12 Notandum prætereà, quòd, qui abnegauerunt Fidem Catholicam apud infideles, & ſpontè reuerſi petunt reconciliari Eccleſiæ, ſi confiteantur verè, & ex toto corde abnegaſſe fidem, tanquam apoſtatæ formales abiurant; ſi verò aſſerant, non habuiſſe intentionem abnegandi fidem, ſed reuertendi, & in occulto ſeruabant legem Catholicam, ipſam autem abnegaſſe, vt melius tractarentur ab infidelibus; vel quia neſciebant quid faciebant; & tunc, ſi tempore abnegationis erant pueri, ſolent abiurare de leui; ſi verò maiores, de vehementi.

Item ſeruatur in Curia, quod, ſi apud aliquem reperiuntur libri hæreticorum, necromanticorum, pentacula, & ſimiles ſcripturæ, continentes hæreſim, vel apoſtaſiam à fide manifeſtam, & tortus ſuper intentione, & complicibus negat intentionem, & vſum, ſolet pro retentione tantùm abiurare de leui, & ei iniungi pœnitentia ſalutaris; & ſi ſunt exteri, aliquando expelluntur à Ciuitate, & diœceſi Neapolitana, arbitrio Curiæ.

13 Item, ſi bigamus eſt præuentus à Curia ſęculari, debet remitti ad Curiam Eccleſiaſticam, quæ torquet ipſum ſuper intentione, & abiurare facit; deinde tenetur illum remittere ad Curiam ſæcularem, quæ ipſum punit pro bigamia; quando verò eſt præuentus à Curia Eccleſiaſtica, in totum punitur ab ipſa, & non poteſt amplius Curia ſæcularis ſe intromittere, vt ex litteris Congregationis Sancti Officij, quæ conſeruantur in Curia. Item Curia Archiepiſcopalis Neapolitana procedit contra laicos, committentes ſortilegia ſimplicia, & eſt in hac poſſeſſione, iuxta diſpoſitionem *cap. accuſatus, §. ſanè, de hæret. in 6.* & etiam ex litteris Sancti Officij conſeruatis in Curia.

Item illis, qui ſemel dicunt aliqua verba hæreticalia, vel ſcandaloſa ex ira, ſolet imponi pœnitentia ſalutaris, & aliquando publica, vt teneant candelam accenſam in Eccleſia tempore Miſſæ ſolemnis, ſine aliqua abiuratione, iuxta tradita per *Pegnam in 2. par. Directorij ſuper quaſt. 41.* Hic breuis modus procedendi in cauſis Sanctæ Fidei in Curia Neapolitana eſt totus ferè exceptus ex litteris Sacræ Congregationis Sancti Officij in Vrbe, tranſmiſſis ad hanc Curiam in diuerſis cauſis, quæ conſeruantur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Delegatio facta Vicario an tranſeat in ſucceſſorem.*

2 *Mandatum de capiendo expeditum à Vicario, an poſſit mandari executioni, ipſo remoto ab officio.*

3 *Delegata cauſa perſonis in dignitate conſtitutis, an poſſit ſubdelegari non habentibus dictam qualitatem.*

4 *Clauſula*, vocatis vocandis, *intelligitur quando alius eſt in poſſeſſione beneficij.*

5 *Clauſula*, conſcientiam tuam oneramus, *an impediat ſubdelegationẽ.*

6 *Nudum miniſterium commiſſum impedit ſubdelegationem.*

7 Dele-

7 *D[illegible] qui non poteſt ſubdelegare, d[illegible] recipere iuramenta teſtium.*

8 *Del[illegible]us an poſſit reuocare ſententiam, quam pronunciauit ſuper competentia Iudicis.*

9 *Decreto, procedendum eſſe ad vlteriora, quando vtitur Vic. Neapol. delegatus Papæ.*

10 *Canonici Eccleſiæ Cathedralis an dicantur eſſe in dignitate, & poſſint ab illis expediri Breuia commiſſa conſtitutis in dignitate.*

11 *Notarius Epiſcopi an debeat actitare cauſas delegatas ab Epiſcopo, vel Vicario.*

12 *Iudex delegatus, qui non eſt graduatus in iure Ciuili, vel Canonico, tenetur de neceſſitate aſſumere aſſeſſorem Iureconſultum.*

13 *Delegatus Papæ tenetur obſeruare conſuetudinem loci, vbi iudicium agitur circa ordinatoria, circa deciſoria conſuetudinem loci litigantium.*

14 *Conſuetudo eſt attendenda, primò ciuitatis, ſecundò diœceſis, tertiò prouinciæ, quartò Regni, ſiue prouinciarũ vicinarũ. quintò Vrbis Romanæ.*

15 *Delegatus Papæ quando poſſit cognoſcere extra locum ſuæ dignitatis, & trahere vltra diætam.*

16 *Exequutor datus ad prouidendum in forma, dignum, eſt mixtus, & tenetur aſſumere partes Iudicis, & vocare poſſeſſorem: aliàs, ſi dat poſſeſſionem, ſpoliat.*

17 *Canonici ſoli recipiunt Epiſcopum ad oſculum, non alij beneficiati Eccleſiæ Cathedralis.*

18 *Canonicis ſolis competit adminiſtratio anniuerſariorum communium ipſis, & beneficiatis, niſi burſa communis fuiſſet facta ex redditibus beneficiatorum.*

19 *Canonici ſoli tractant negotia Eccleſiæ, non alij beneficiati.*

20 *Canonici ſoli veniunt appellatione Capituli, non dignitates, nec beneficiati, etiam ſi ex conſuetudine haberent vocem in actibus Capitularibus.*

21 *Clericorum Cathedralis appellatione veniunt tantum Canonici.*

22 *Notarius Epiſcopi actitat cauſas delegatas ab Epiſcopo, & non delegatas Epiſcopo, latius diſcutitur.*

23 *Legata pia ſunt tranſumpta, & exemplanda coram Iudice Eccleſiaſtico, aliàs exemplatio eſt nulla.*

24 *Notarius Apoſtolicus an faciat inſtrumenta, & teſtamenta ad non pias cauſas in Regno Neapolitano.*

25 *Epiſcopus poteſt exequi etiam legata, & teſtamenta ad non pias cauſas negligente hærede.*

26 *Defunctus dicitur miſerabiliſſima perſona, quæ debet eſſe ſub protectione Epiſcopi.*

27 *Epiſcopus, qui delegauit cauſam, an poſſit illam auocare ad ſe in qualibet parte litis.*

28 *Delegati duo ſi ſunt dati in ſolidum, & vnus præoccupauit, quando poſſit alter ſe intromittere.*

## De cauſis delegatis plura frequentia in Praxi. Cap. LXXXV.

1 SVpereſt aliqua recenſere de cauſis delegatis, quæ quotidie vertuntur in Curia Archiepiſcopali; & primò notandum, magis communem doctorum opinionem eſſe, quòd delegatio facta à Papa Vicario Epiſcopi, per obitum ipſius Vicarij, vel remotionem ab officio, expirat, & non tranſit in Vicarium ſucceſſorem, licet ſub nomine of-

ficij facta fuerit; quia Vicarius pro- 1 priè non dicitur habere successorem, & Vicariatus non est dignitas permanens. Ita *Butrius, Abb. Felin. Decius Mantua, Berous in capit. quoniam, Abb. de officio delegat.* quæ communis opinio limitatur, vt non procedat, quando stylus alicuius Curiæ esset in contrarium. *Rota, Achill. de Graff. decis.* 3. *de offic. Vic. Rot. diuersorum decis.* 12. *part.* 1. Et vbique esse hanc obseruantiam contra communem opinionem, dicit *Card. in Clem.* 2. *num.6. in fine, de rescrip. Gambar. de auctoritate legati à latere, lib.8. num.97.* nec etiam procedere communem opinionem, quando delegans habuit respectum ad tribunal Episcopi, *iuxta Butr. in dicto capit. quoniam, Abbas num.* 25. & communem opinionem habere in rigorem, & subtilitatem dicit *Rota diuers. vbi suprà*, ipsamque Rotam semper fuisse solitam amplecti æquitatem; aliàs attenta communi opinione subuerterentur multæ expeditiones; nisi, quando censetur electa industria personæ, tunc Rota seruat communem opinionem. In Curia Neap. obseruantia est contra communem opinionem, quòd Vicarius successor cognoscit de causa delegata Vicario prædecessori: & quod in dubio, quando in delegatione non exprimitur nomen proprium, censeatur delegantem contemplari tribunal, latè probat *Hier. Gabr. consil.* 32. Item seruat, quòd Vicarius successor punit testes, qui falsum deposuerunt coràm Vicario prædecessore, in causa sibi à Papa delegata, ex prædictis, cum videatur offensum tribunal. Et ita iudicauit anno 1599. & condemnauit ad fustigationem quandam mulierem, quæ falsum deposuerat in quadam depositione matrimoniali, commissa à Papa Vicario prædecessori, & ab ipso expedita. Fuit etiam di-

2 ctum, & obseruatum in Curia, quòd mandatum de capiendo clericum, expeditum à Vicario Neapol. remoto illo ab officio, potest mandari executioni, absque eo, quòd renouetur ab alio Vicario, ex doctrina *Ang. in l. fundi, ff. de acquir. possess.* dummodo captura fuerit decreta cum causæ cognitione; idem & tanto minus in mandato de immittendo in possessionem, dicit *Bart. & alij communiter ibi.*

3 Secundò notandum, causam delegatam à Papa hominibus in dignitate constitutis, aut Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, non posse subdelegari alijs personis, non habentibus eandem qualitatem, nec expediri extra diœcesim, nisi consensus partium accedat; *c. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in 6.* qui text. non procedit, quoad subdelegationem faciendam alijs, in meris executoribus gratiarum Apostolicarum; nec etiam in subdelegatis, quibus non committitur, nisi nudum ministerium, puta inductio in corporalem possessionem, quæ simplicibus clericis committitur, examinatio testium. *Domin. & Franch. in dict. §. in nullo quoque*, & quando executor est datus cum clausula, *vocatis vocandis*, procedit textus *in d. §. nullo quoque*, quia est Iudex, *Franch. vbi suprà.*

4 Tertiò notandum, quòd quando com-

committitur possessio beneficij impetrati à Papa alicui sine illa clausula, *vocatis vocandis*, dubitatur, an subintelligatur, quando alius est in possessione beneficij? Veritas est, quòd sic, ex *text. in c. licet Episcopus, de præbend. in 6.* vbi *Franch. Ferret. cons. 4. Parisius de resig. benefic. lib. 11. q. 10. num. 33.* vbi testatur de communi; vocato tamen possessore proceditur summariè, vt dicit *Gloss. in d. cap. licet Episcopus, in verbo, te non vocato.*

5 Quartò notandum, quod iuxta veriorem opinionem, per clausulam, *conscientiam tuam oneramus*, non impeditur subdelegatus, vt latè tradit *Felin. in capit. fin. de offic. delegati*; qui limitat, quando Papa diceret, decidas secundum conscientiam tuam: & tunc, nisi diceret, decidas sic, aut sic. Idem de clausula, *conscientiam tuam oneramus*, tenet *Nauar. in cons. 6. de officio deleg.* & vidi seruatum in Curia Archiepiscopali.

6 Quintò notandum, quòd quando à Papa committitur nudum ministerium absolutionis, vel dispensationis, non potest subdelegari, *c. fin. §. fin. de off. deleg.* nisi nudum ministerium esset parui momenti, *iuxta Felin. ibi*, qui ponit alias limitationes, & limitat illud de dispensatione, vt intelligatur in concernentibus factum commissæ dispensationis; quæ tamen sunt cognitionis, dicit, posse committi, puta, informationem de moribus legitimandi.

7 Sextò notandum, subdelegatum à delegato Papæ, vel delegatum ab Ordinario posse committere vnum articulum causæ absque iurisdictione. *Innoc. Ant. in capit. cum Bertoldus, de re iudic. Felin. in capit. super quæstionum, de offic. Deleg. Franch. in capit. cum causam, de appellat.* & ideò non poterit committere examinationem testium cum iuramento; sed post delatum iuramentum testibus, & admissa capitula, & interrogatoria, poterunt per alium examinare; quia cum non possit subdelegare, non potest articulum iurisdictionalem committere, vt latè per *Franch. vbi suprà, post Abb. & alios in dict. capit. cum Bertoldus.* Ex his apparet, quòd quando committitur dispensatio Vicario Neapol. qui non potest subdelegare, debet prius recipere iuramenta testium, & postea alijs examinationem demandare.

8 Septimò notandum, quòd delegatus, qui pronunciauit, se non habere iurisdictionem, illam non reassumit, vt dicit *text. in capit. significasti, de officio delegati*, & ibi *Felin.* qui affert plures limitationes, quarum ista in Praxi est notabilis, vt ille tex. procedat, quando Iudex, qui sic pronunciauit, est datus principaliter in causa; secus, si accessoriè; vt est executor in causa beneficiali, qui si pronunciat, se non esse executorem, non finitur iurisdictio, quin posset reuocare; ratio est, quia, ex quo durat principalis gratia, non potuit eius pronunciatio auferre ius partis.

9 Octauò notandum, quòd multi procuratores ad impediendum delegatum à Principe, vt non possit procedere ad vlteriora, dicunt delegatum non habere iurisdictionem, & instant declarari per Com-

missarium delegatum, si est Iudex competens, vel non, vt possint appellare à declaratione; sed Vicarius Neap. delegatus solet facere decretum, oppositis non obstantibus, procedendum esse ad vlteriora, & procedere ad ea, quæ incumbunt, & non est opus expressa pronunciatione, & *Ant. in cap. super litteris, col. 23. de rescriptis*; quem refert, & sequitur *Felin. in cap. suborta, de re iudicata, num. 6.* ibi, *tertius casus*.

10 Nonò notandum, quòd Canonici Ecclesiæ cathedralis non dicuntur propriè habere dignitatem, licèt quoad delegationes æquiparentur dignitatibus, *capit. statutum, de rescript. in 6.* vbi omnes; quamuis sint in magno honore. *Felin. in capit. pastoralis, de offic. delegati*; faciunt enim vnum corpus cum Episcopo, *capit. cum clerici, de verb. signific.* dicuntur clerici primi gradus. *Prapos. in capit. Episcopos, dist. 18.* in processionibus, & sessionibus, quando sunt collegialiter congregati, præcedunt etiam Abbates habentes vsum mitræ, & baculi. *Dec. in cap. 2. de iudicijs*, alij clerici diœcesis tenentur præstare reuerentiam Episcopo, & Capitulo Cathedralis, *dict. cap. cum clerici*, possunt esse conseruatores mendicantium, *vt in compendio priuileg. mendic. verb. conseruatores*; licèt conseruatores debeant esse in dignitate: dicuntur fratres Episcopi, vnde ipsi solum recipiunt Episcopum ad osculum, *capit. dilecto, de præbend.* dicuntur coadiutores, consiliarij, senatus, membra Episcopi, vt latè per *Card. Palæot. in Archiepisc. Bonon. part. 7. fol. 513.* Et tandem non potest negari, quin large sumpto vocabulo veniant appellatione dignitatis, vt dicit *Felin. in dict. capit. pastoralis, nu. 12. Verallus decis. 257. part. 1. Achill. de Grassis, decis. 1. de rescriptis*, in qua concludit, quòd quando Breuia ab Vrbe solent committi Canonicis, si postea committantur constitutis in dignitate, poterunt expediri per Canonicos, attenta verisimili mente committentis ex consuetudine; nam mens patrisfamilias interpretatur ex consuetudine. *Gloss. in leg. vel vniuersorum, ff. de pignorat. act.* & quando rescripta sunt fauorabilia, possunt etiam expediri à Canonicis, *iuxta Verallum, vbi suprà*.

11 Præterea notandum, quòd Notarius Episcopi debet actitare causas delegatas alteri ab Episcopo, vel Vicario, cùm delegatus repræsentet delegantem. Ita *Bald. in leg. fin. C. vbi, & apud quem cognitio restitution. Boer. decis. 258.* sed an causas delegatas à Papa Episcopo? dicendum, quòd sic, quando sunt excitatiuæ iurisdictionis, *iuxt. cap. licet, de offic. Ordin.* alias non; quia delegatus repræsentat Papam, *capit. sanè, de offic. delegat.* sed vide *Annan. in singul. 4.*

Vltimò notandum, quòd Episcopus non potest se intromittere in causa delegata à Papa suo Vicario. *Cardin. Imol. Bonifac. in Clem. 2. de rescript.* etiam si esset commissa Episcopo, vel Vicario: quia si litteræ fuerunt præsentatæ vni eorum, alter non potest se intromittere, *cap. cum plures*; vbi omnes, *de officio deleg. in 6.* Immò, quando delegatus Papæ subdelegat causam, & sub-

subdelegatus incepit procedere, non potest per delegatum causa auocari; & ideò Praxis est, vt fiat subdelegatio, cum potestate auocandi in quacumque parte litis, *c. quamuis, & cap. si delegatus, eod. tit. & lib.*

Antequam procedam ad particulares annotationes, quædam alia in Praxi occurrentia annotanda censui, &c.

Primum, quod ex *Capitulo statutum, §. assessorem, de rescript. in 6.* Iudex delegatus tenetur assumere assessorem si indiget, quòd eius
12 conscientiæ relinquitur; verum non ex hoc sequitur, quòd Theologus delegatus possit causas decidere sine assessore, hoc sibi dictante conscientia, quoniam si non sit doctor in Iure Ciuili, vel Canonico, tenetur necessariò assumere assessorem ex bulla Leonis X. in Concil. Lateranen. quæ incipit, *Regimini, & infra*, cuius verba sunt. *Iudices autem, & conseruatores à Sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur, non obstantibus, &c.* Idem potest iudicari de Episcopo non graduato in iure.

13 Adnotandum 2. quod si delegatur causa Archiepiscopo Neapolitano, vel alteri Episcopo Neapoli residenti, tenetur ipse iudex delegatus obseruare consuetudinem loci, vbi proceditur in ordinatorijs Iudicij, *leg. testium, ff. de testibus in fin.* sed in decisorijs consuetudinem litigantium. Ita *Compostella, in Rubr. de consuetud.* quem sequitur *Ioannes Andr. Ananias, Antonius de Butr. Anchar. Imola.* Seruabit itaque Episcopus delegatus in ordinatorijs stylum Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, non Curiæ Romanæ, & dicunt prædicti DD. non obstare, quod delegatus fungitur vice delegantis, quia hoc est verum quoad potestatem pronunciandi, sed quoad alia non fungitur omninò vice delegantis. Cum verò dicimus consuetudinem loci seruandam, dicunt *Compostella, Ioan. And. in loc. cit.* quod primò est seruanda
14 consuetudo ciuitatis, Castri, vel Villæ; si verò hæc non adest, consuetudo diœcesis, 3. Prouinciæ, 4. Regni, vel vicinarum prouinciarum, 5. consuetudo Romana.

15 Tertiò adnotandum, quòd delegatus à Papa non potest procedere extra ciuitatem, vel diœcesim, in qua deputatus fuit, nisi expressus partium consensus accedat; neque citare partes, vt habetur *in cap. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in 6.* & in tantum hoc est verum, quod tacitus consensus partium non sufficeret, vt si citentur, & partes non contradicant, quia adhuc Iudicium non erit validum. *Gloss. & communis in dict. §. in nullo quoque*, & dicit *Abb. in capit. nonnulli, de rescript.* quod delegatus censetur deputatus in certo loco, quando dignitas ipsius Iudicis est expressa in rescripto, vt si dicitur Episcopo Senensi, videtur committi Senis, nisi diceretur in Rescripto, Pisis moranti: quare tunc videtur committi in loco moræ. Sequitur *Felin. in d. cap.*

*d. cap. nonnulli*; & declarat ſecundum *Dom. in d. cap. ſtatutum, §. cum verò*, niſi conſtaret, Papam ſcire, quod is, cui ſcribitur, alibi moratur: & infert ad Epiſcopum Feſulanum morantem continuò Florentiæ, ex priuilegio, & dicit eſſe conſiderandum, vtrum per aliquas coniecturas conſtet Papæ, quod trahit moram alibi. Notandum tamen, quod ſi cauſa committatur moranti in aliena diœceſi, & reus diſtat ab illa vltra diætam, reſcriptum non valet, niſi appareat ex forma reſcripti Papam habuiſſe notitiam diſtantiæ locorum, vt ſi committat ſcienter cauſam in loco diſtanti vltra diætam, vt ſi dicat, committimus tibi Senis moranti cauſam Bononienſium, cum notoria ſit locorum diſtantia; & ego audiui Vicarium Neapolitanum, cui fuerat commiſſum reſcriptum in forma, ſignificauit, pro recipiendis reuelationibus in cauſa Melitenſi, feciſſe eius ordine publicare excommunicationem in Inſula Melitenſi. Exiſtens verò delegatus in ſua diœceſi, poterit citare etiam extra diœceſim, dummodo non trahat vltra vnam diætam, vt habetur in *d. c. ſtatutum. Cum verò, & cum autem, & cap. præterea, de off. deleg.*

Nec in citatione requiritur licentia Ordinarij, quia delegatus citat vbique, ſicut delegans; *Felin. in cap. fin. de for. comp. num. 2.*

Deſcendendo ad particulares annotationes, notandum circa numerum quartum, fuiſſe in Rota Romana in vna Piſciens. ſeu nullius, Capellaniæ anno 1578. coram Aldobrandino, poſtea Clemente Octauo, per Dominos concluſum, Vicarium Piſtorienſem fuiſſe mi-
16 ſtum executorem, ex quo erat datus ad prouidendum in forma, dignum: & cum Præpoſitus Piſciens. ſiue Sacriſtia eſſet in poſſeſſione cuiuſdam Capellaniæ, tenebatur Vicarius delegatus aſſumere partes Iudicis, citare poſſeſſorem, & illum audire, iuxta notata communiter per *DD. in cap. finali de præſump.* vbi *Ant. & Felin.* & ita pluries Rota tenuit, & ſignanter in vna Neapolitana S. Andreæ 14. Februarij 1569. coram Filetto; & ratio eſt, quia poſſeſſor non tenetur ad verbum executoris relinquere ius ſuum: hinc eſt, quod illius poteſtas procedit contra reſiſtentes de facto, non autem de iure. *Achil. 4. de ſent. excommun.* & ſic fuit dictum, Sacriſtiam eſſe reſtituendam.

17 Notandum circa numerum decimum, in quo agitur de dignitate Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, & ſignanter, quod ſoli Canonici recipiunt Epiſcopum ad oſculum, ex *cap. dilecto, de præben.* Quoniam de hoc fuit dubitatum in aduentu quondam Archiepiſcopi Neapolitani, vt retulit mihi Carolus Baldinus Archiepiſcopus Surrentinus eo tempore Canonicus Eccleſiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ: prætendebant enim hebdomadarij recipere etiam Archiepiſcopum ad oſculum, & fuerunt excluſi, & dictum, id tantum Canonicis compe-
18 tere tamquam membris, & fratribus Epiſcopi, ex *d. cap. dilecto.* Notandum etiam, fuiſſe decretum in Rota Romana in vna Gerundien. Anniuerſariorum, coram Domino

de

de Graffis, 26. Ianuarij 1576. & in vna Barchinonen. Anniuersariorum coram Cardinali Reomano die 20. Aprilis 1554. relata in dict. Gerundiens. quod administratio Anniuersariorum communium Canonicis, & Beneficiatis, pertinet ad Capitulum, priuatiuè ad beneficiatos Ecclesiæ, nisi beneficiati probarent, bursam illam communem esse factam ex redditibus ipsorum be-
19 neficiatorum; nam tunc omnes interuenire debent, ex *Bonifacio in Clem. Hi qui, de ætat. & qualit. Glos. celebris in capit. penult. de cler. non resid.* quæ habet, beneficiatos Ecclesiæ, qui non sunt Canonici, non esse ad-
20 mittendos ad tractatus Canonicorum, sed debent Ecclesiæ seruire; & ibi *But. num. 8. & Abb. num. 9.* & Capituli appellatione veniunt solum Canonici, non dignitates, nec beneficiati. *Abb. in capit. scriptum, de elect. Dec. in capit. quanto, de rescript. num. 13. Rebuff. sup. Concord. in Rub. de nominat. quæst. 8. num. 32.* & in his, quæ spectant ad Cathedrales, nec appellatione Clericorum continentur alij Clerici, nisi tantum Canoni-
21 ci, qui sunt de Capitulo, *capit. 1. de his, quæ fiunt à Præl.* vbi *Abb. num. 7. capit. Cum Apostolicam*, vbi *Glos. eodem tit.* quod ea ratione esse videtur, quod Clerici inferiores debent inseruire Capitulo, prout Episcopo. *Abb. per illum textum in capit. cum non liceat, de præscript. in 3. notab. sub num. 2. vers. & aduerte, quia videtur;* & ibi *Felin. sub num. 2.* & ita fuit late dictum in dict. Gerundiensi Anniuersariorum. Quinimmò etiam si beneficiari ex consuetudine haberent vocem in actibus Capitularibus, & interuenirent in Capitulo Canonicorum, adhuc non dicuntur esse de Capitulo, quia soli Canonici constituunt illud. *Innoc. in capit. 2. de Inst. Abb. Felin. in capit. cum olim, de re iud.* & non sequitur, habent vocem in Capitulo, ergo sunt de Capitulo. *Gemin. in capit. fin. de praeben. in 6.* quare in dispositionibus pertinentibus ad Capitulum veniunt soli Canonici, non autem alij, qui de iure speciali, vel ex consuetudine habent vocem in Capitulo, vt ibi per *Franchum, Felin. in d. cap. cum olim.*

22 Circa num. 11. Vbi dicitur, Notarium Episcopi debere actitare causas delegatas alteri ab Episcopo, ex *Bal. in leg. fin. C. vbi & apud quos.* aduertendum, quod *Salic.* ibi tenet contrarium, quia sententia delegati non dicitur sententia Episcopi, ex quo à delegato ad ipsum Episcopum appellatur, *leg. eos, C. de appell.* sequitur *Alex. in l. solet, ff. de Iur. om. iud.* vbi idem tenet *Decius*, dicens, quod delegatus iudicat iudicio suo, & secundum motum animi sui, non iudicio delegantis. Primam opin. *Bal.* sequitur *Paul. de Cast. in d. leg. fin.* quia reputatur factum à delegante, quod facit delegatus: & hanc opinionem credo veriorem, quia verè delegatus gerit vices delegantis, & ab eo accipit iurisdictionem, vt dicitur in *cap. sanè, el 2. de offic. deleg. ibi, vices nostras gerit;* nec propterea, quod à sententia sua appellatur ad delegantem, potest dici, quod iurisdictionem non accipiat à delegante. Quare Notarius, qui ex priuilegio Summi Pontificis debet actitare causas Episcopi,

rectè actitat ſententiam delegati, quia eius priuilegium reſpicit iuriſdictionem Epiſcopi, quæ fluit in delegatum; illud de appellatione reſpicit partes; dicit etiam *Dec. loco cit.* ſi Notarius debet ſcribere ſententias Epiſcopi, non poterit ſcribere ſententiam Epiſcopi, in qua eſt delegatus, quia illa non videtur ſententia Epiſcopi ſimpliciter, ſed delegati, quod facit pro opinione ſupradicta; ſed hoc declara prout in Praxi; an delegatio ſit excitatiua iuriſdictionis Epiſcopi, vel nouam iuriſdictionem tribuat.

23 Sed hic obiter quæritur, cum ſermò ſit de Notarijs Epiſcopi, qui ex priuilegio actitat, an ad ipſum pertineat exemplare legata pia, quæ ex vetuſtate, vel ex alia cauſa exemplantur coram Iudice ordinario, *iuxta cap. fin. de fid. inſtrum.* & dicendum eſt, quod ſic; quia iuxta communem opinionem, de qua teſtatur *Felin. in d. cap. fin.* teſtamenta ad pias cauſas, & legata non poſſunt tranſumptari, ſeu exemplari coram Iudice laico, ſed coram Eccleſiaſtico, quando ſunt ad pias cauſas; quia intereſt Eccleſiaſtici, quod legata pia adimpleantur. Ita *Inn. Oſtien. Ant. Imol. Anchar. Felin. in d. c. fin.* & ita fuit deciſum in Rota Romana in vna Calaguritana 10. Maij 1592. coram Gipſio.

24 Quæritur vlterius, an Notarius Epiſcopi Apoſtolica auctoritate creatus, cui in Regno Neap. non ſolet adhiberi fides à Iudicibus laicis. (licet Notarius creatus à Papa poſſit vbique conficere inſtrumenta. *Oſtien. in ſum. ne clerici, vel monachi, §. clericis. Rota 5. de fid. inſtrum. in non.* ſed refertur quæſtio propoſita per *Afflict.* ſtante prætenſione laicorum, & vt habeatur notitia conuentionis (licet huiuſmodi in ordine ad Papam propriè conuentiones dici non debeant) Regis cum Sede Apoſtolica, cuius meminit *Afflictus.*) ſi conficiat inſtrumenta circa temporalia, poſſit nihilominus facere teſtamenta cum interuentu ſeptem teſtium ad pias, vel non pias cauſas: & dicendum eſt quod ſic; quia teſtamenta iſta coram Iudice Eccleſiaſtico faciunt fidem, quia intereſt Iudicis Eccleſiaſtici, quod teſtamenta tàm ad pias, quàm ad non pias cauſas exequantur. Ita dicit *Afflict. Regnicola in conſtitut. Regni Inſtrumentorum. num. 23. ex Innocen. Anton. de But. Imol. & Felin. in dict. capit. fin. de fid. Inſtrum.* & ideò *Gloſſ. in capit. ſi*

25 *hæredes, de teſtamen.* tenet generaliter, quod per negligentiam hæredis non adimplentis voluntatem defuncti intra annum, *iuxta Auth. hoc amplius, C. de fideicom.* deuoluitur executio teſtamenti ad Epiſcopum tàm in legatis pijs, quàm non pijs, vt firmat *Ioan. de Imol. poſt Ioan. And. ibi, & in capit. tua nos, & Ant. de But. in dict. cap. ſi hæredes,* poſt *Ioann. And. ibi, in nouellis;* licet aliud velit ibi *Abb.* quoad legata ad non pias cauſas: ſed *Afflict.* tenet opinionem *Antonij;* quia intereſt Iudicis Eccleſiaſtici, quod omnia legata facta per defunctos exequantur, *13. q. 2. cap. vltima voluntas;* & rationem adducit, quia Iudex Eccleſiaſticus debet ſubuenire omnibus oppreſſis, & miſerabilibus perſonis deſtitutis omni auxilio, *c.*

*ſuper*

*super quibusdam, de verbor. significat. 87. distinct. per totum*; sed defunctus, qui fecit legata post eius mortem, est miserabilissima persona, quia destituta est omni auxilio, nec habet aliud velle, vt *in l. 1. C. de sacro-*
26 *sanct. Eccles.* merito Iudex Ecclesiasticus eius legata profana, & ad pias causas exequitur: pium est enim satis exequi voluntates defunctorum, vt *in l. vel negare, ff. quemadmodum testam. aper.* sed si ageretur vigore testamenti facti per Notarium Apostolicum coram Iudice sæculari, essent examinandi testes in iudicio formiter de voluntate, & solemnitate, & aliter agens, à Iudicibus laicis contemnerentur. Ita notabiliter *Afflict. loco citato*, vbi dicit legisse, quod tempore Regis Caroli II. fuit conuentum (licet huiusmodi in ordine ad Papam propriè conuentiones dici non debeant) cum Sede Apostolica, quod si Notarius Apostolicus contrahat in Regno in profanis, cum Iudice, & testibus, eius instrumenta faciunt plenam fidem cum subscriptione Iudicis, & testium; sed si sine Iudice ad contractus contrahat tale instrumentum, nullam fidem facit, & hoc dicit esse menti tenendum, & credit esse verum.

27 Circa dicta in Praxi in fine, quod **delegatus Papæ non potest auocare** causam à subdelegato, qui incepit procedere, nisi fiat subdelegatio, cum potestate auocandi in quacumque parte litis, quæritur, an Ordinarius, qui delegauit causam totam sine dicta clausula, possit delegationem reuocare, & causam ad se auocare, quamuis delegatus inceperit procedere? & dicēdum est, quod sic, *ex l. Iudicium soluitur, ff. de Iudic.* est enim in hoc differentia inter delegatum, & Ordinarium, nihilominus *Paul. de Castr. in d. l. Iudicium*, post *Gulielmum* dicit, quod Ordinarius potest reuocare, vt ad se auocet causam, non vt alteri deleget, ne fiat iniuria primo delegato, per *l. placet, la 2. C. de pedan. Iudic.* sequitur *Paulum Greg. Lopez, super l. 21. tit. 4. par. 6.* quamuis *Albericus* teneat contra *Gulielmum*, & hanc opinionem credo veriorem. Nec *text. in l. placet*, probat, si benè ponderetur; nam disponit, vt delegati non remittant causas ad Ordinarios delegantes, sed iudicent, & non dicit, quod delegans non possit reuocare, sed opinio *Pauli* potest procedere de honestate. Limitat secundo *Paulus*, quando Ordinarius post delegationem incurreret excommunicationem; quia tunc non posset reuocare delegationem; ex *Innocent. in cap. licet, de officio deleg.* si verò delegatus esset absens, poterit etiam alteri committere, vt dicit *Lopez loco citato*. Hic etiam notandum, quod sicut Ordinarius delegans potest totam Iurisdictionem delegatam reuocare, ita potest reuocare interlocutoriam latam à delegato, sicut posset suam interlocutoriam, iuxta *l. quod iussit, ff. de re iudic. ita Paulus in dicta l. Iudicium*.

Vltimò notandum circa finem, quod cum plures delegati sunt à Pa-
28 pa in solidum, si vnus præoccupauit, alter non potest cognoscere, nisi infirmitate, vel alia iusta causa illum contigerit impediri, vel malitiosè

tiosè procedere recusaret, vt dicit *text. in alleg. cap. cum plures, de officio deleg. in 6.* Rota Romana, in vna Maceraten. dotis, coram Cardinali Seraphino, 10. Martij, 1585. iudicarunt Domini iustam causam impedimenti, quando alter, qui præoccupauit, est absens, vel lente procedit, vel lente, *Gemin. ibi num. 10. Franch. num. 3. Butr. num. 9.* cum ageretur de causa dotis, quæ semper, & vbique præcipua est, *l. 1. ff. soluto matrimonio*, & propter multitudinem negotiorum iudicis causa recipiebat magnas delationes, fuit visa iusta causa eam alteri committendi ab altero delegato, aliàs non posset fieri commissio à delegato Principis, quando causa est commissa in solidum, & alter præoccupauit, vt dicunt *Archid. Ioan. Andr. Butr. Gemin. Anchar. & Franch. in dict. cap. cum plures*, dicunt tamen *Anchar. & Butr. ibi*, quod posset alter Iudex procedere, si consenserit primus Iudex, & concurreret expressus consensus partium.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius Capituli sede vacante, qualis esse debeat.*
2 *An possint esse plures.*
3 *An ipso constituto, possit alteri causa delegari.*
4 *An possit Vicarius constitutus à Capitulo reuocari.*
5 *Quæ potestas transeat in Vicarium Capituli.*
6 *Capitulum sede vacante administrat per octo dies.*
7 *Et an possit restringere numerum octo dierum ad constituendum Vicarium.*
8 *Vicarius Capituli Canonicus, in quo loco sedere debeat, vt lucretur distributiones.*
9 *Et an debeat habere salarium, ac si esset extraneus.*
10 *Et si delinquat, an Capitulum teneatur.*
11 *Capitulum potest constituere Vicarium, Episcopo agente in remotis.*
12 *Vicarius Capituli an possit absoluere illum, cuius absolutionem Papa commisit Episcopo, vel Vicario.*
13 *Vicarius Capituli an possit alium Vicarium facere.*
14 *Vicarius Episcopi omnes dignitates, & Canonicos præcedere debet tanquam Vicarius, sed si est Canonicus, debet in choro, & Capitulo sedere in loco receptionis in Canonicatu, aliàs non lucratur distributiones.*
15 *Vicarius Episcopi absente Episcopo, vel impedito, non debet se ingerere in celebratione Missarum, & aliarum Ecclesiasticarum functionum administratione.*

De Vicario Capituli Sede vacante plura. Cap. LXXXVI.

1 DE Capitulo sede vacante verba facturus, primo de Vicario ipsius tractare proposui. Sciendum, de iure posse Capitulum per seipsum administrare, & non teneri constituere Vicarium, *Felin. in cap. cum olim, de maior. & obed.* sed post Concilium Tridentinum tenetur infra octo dies, post mortem Episcopi, Vicarium constituere, vel existentem confirmare, qui saltem in iure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel aliàs, quantum fieri potest, idoneus; si secus factum fuerit, ad

ad Metropolitana huiusmodi deputatio deuoluatur; & si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta œconomum, & Vicarium idoneos possit constituere. Ita habetur *in cap. 16. sess. 24. de reform. Concil. Trid.* circa quem textum fertur Sacra Congregatio declarasse, *quod si Capitulum eligit non doctorem, quando haberi potest doctor, electio est nulla: item, quod si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cùm non esset doctor, Capitulum non debet eum confirmare; sed alium, qui sit doctor, eligere. Item non esse necessarium, vt Vicarius sit de gremio Capituli; si tamen adesset idoneus, cæteris paribus esse præferendum:* quam declarationem intelligo procedere, etiam quando deuoluitur electio à Capitulo ad Archiepiscopum, vt non teneatur eligere de Capitulo, non obstante *cap. ne pro defectu, de electon.* quia procedit in electione Prælati. Item fertur declarasse, quòd si Capitulum elegisset plures Vicarios, magis idoneus, habens qualitates Concilij,
2 remanere debet. Sed quid si elegisset plures Vicarios æquè idoneos? videtur omnes administrare posse; nam Capitulum de iure potest facere plures Vicarios, vt latè per *Pauin. vbi sup. 2. par. quæst. 10.* nec Concilium Tridentinum contradicit; poterat enim dicere vnum, aut plures, vt dixit de œconomo, & contra eum, qui legem dicere potuit, larga fit interpretatio regularis contrà eum, & sede Neapolitana vacante ob mortem, bonæ memoriæ, Annibalis de Capuà, Archiepiscopus, qui viuens habebat duos Vicarios, vnum generalem, & alterum Monialium, Capitulum confirmauit
3 eosdem. Sed, an constituto Vicario possit vnam causam alteri delegare? *Card. in Clem. statutum, de rescript.* dicit, quòd sic; idem *Pauin. d. q. 10.*
4 Sed post Concilium Tridentinum aliud videtur dicendum; siquidem, cum non possit administrare per seipsum, sed per Vicarium, in quem Concilium transfert potestatem, non potest ab eo illam auferre, & alteri causas delegare, nisi ex iusta causa, nempe suspicionis, vel alia. Sed an possit Vicarium electum reuocare? *Pauin. d. q. 10.* dicit, quod sic; sed post Concilium Tridentinum videtur dicendum, quòd non, sine causa; nam in collegio Ecclesiastico, quando tenetur aliquem eligere, improbatur à iure mutatio, & variatio sine causa, vt notabiliter per *Abb. in cap. publicato, de election.* facit *cap. cum autem, de iurepatr.* nec Conc. contradicit: sed vide Annotationem primam: & in Vicarium Capituli non transit maior potestas, quam in Vicarium Episcopi: ac propterea sine speciali mandato non potest facere ea, quæ non posset Vicarius Episcopi. *Pauin. d. quæst. 10.* Sed post Concil. Trid. contrarium videtur dicendum; siquidem cum velit administrationem residere in Vicario, & Capitulum non posse administrare, id non fieret, si aliqua
6 potestas apud Capitulum remaneret; & per illos octo dies ante ipsum Capitulum administrabit; nam ad ipsum spectat de iure administratio Ecclesiæ, si non eligitur Vicarius.

*Felin.*

*Felin. in cap. cum olim, de maior. & obed. num.* 8. facit *cap.* 10. *sess.* 7. *de reform.* vbi interdicitur Capitulum contraueniens *d. cap.* 10. quod non esset, si Vicarius contraueniret: & *text. in d. cap.* 10. fuit conditus ante textum *d. cap.* 16. quamuis *Iacobus Sbrottius de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 61. dicat, per illos octo dies Archidiaconum debere administrare; licet enim Archidiaconus in aliquibus casibus sit Vicarius Episcopi constitutus à lege, *cap. ad hæc, de officio Archid. Abb. in cap. dilecta, eodem tit.*
7 non tamen est Vicarius Episcopi sede vacante; & Capitulum videtur, quòd possit restringere numerum dierum octo pro constituendo Vicario, per *text. & ibi Abb. in cap. Ecclesia vestra, de election.* Et Vicarius
8 Capituli Canonicus, interueniens in choro, vt lucretur distributiones, debet sedere in loco sui canonicatus, per *text. in cap. à collatione, de appell. in* 6. & ista est communis opinio, *Menoch. de arbitr. casu* 68. *num.* 23.
9 & vide Annotationem: & Canonicus Vicarius debet habere sala-
10 rium, ac si esset extraneus, & Capitulum tenetur de delicto Vicarij, nisi, quanto citius sciuerit, purgauerit eius delictum. *Pauin. d. quæst.* 10. & Capitulum potest constitue-
11 re Vicarium Episcopo agente in remotis; quia longa absentia æquiparatur morti. *Cardin. in Clem. vnica, de officio Vicarij, sub num.* 19. *Bonif. in Clem.* 1. §. *volumus, num.* 17. *de foro competent.* facit *cap. si Episcopus, de supplend. negligent. Prælat. in* 6. *text. in cap. vnico*, §. *fin. de sede vacante, in* 6. & fuit seruatum in nostra ciuitate, tempore, bonæ memoriæ, Annibalis de Capua, Archiepiscopus, degebat in Polonia, Legatus Summi Pontificis, vir nunquam satis laudatus; nam mortuo Vicario, fuit per Capitulum electus Vicarius, primus Consultor Curiæ, Horatius Raparius, qui postea fuit creatus Episcopus Alexanen. vir quidem
12 meritissimus. Et Vicarius Capituli non potest absoluere illum, cuius absolutionem Papa commisit Episcopo, vel eius Vicario. *Felin. in cap. eam te, de rescript. num.* 17. Et non po-
13 test ipse Vicarius alium Vicarium facere, nisi ad breue tempus, & ex magna causa, ac non nimis frequenter poterit alium suo loco relinquere; vel, nisi haberet potestatem à Capitulo; & ideò posset poni in cõmissione, vt possit facere alium Vicarium, quem Capitulum ipsum cõstituit, vt tradit *Pauin. d. quæst.* 10. & hæc breuiter de Vicario Capituli.

Adnotandum circa numerum tertium, quod anno 1603. à Cardinali de Florentia, postea Leone XI. fuit rescriptum Capitulo Neapolitano sede vacante, ob mortem, felicis recordationis, Alfonsi Gesualdi, Archiepiscopi Neapolitani, non posse Canonicos mutare Vicarium electum ab ipsis, sede vacante, absque causæ cognitione, habita in Sacra Congregatione Episcoporum, cui tanquam caput præsidebat dictus Cardinalis de Florentia, atque in dictis litteris testabatur, id sæpius in dicta Sacra Congregatione resolutum fuisse.

Circa numerum octauum vltra dicta in Praxi, ex communi Doctorum opinione adnotandum, plurics fuisse in Sacra Congregatione

Sacro-

Sacrorum rituum decisum, Vicarium Canonicum, si vult lucrari distributiones, debere sedere in loco receptionis Canonicatus, & incedere in apparatu Canonicali, ac etiam absente Episcopo, non pertinere ad Vicarium Episcopi celebrare Missas, & alias Ecclesiasticas functiones ministrare: decisiones sunt plures in vna Compostellana, 4. Februarij, 1600. & vna Vulturanen. 15. Aprilis, 1601. & Egyptan. 20. Octobris, 1601. duas tantum recentiores referam.

*Algaren.*

15 Vicarius Episcopi in Ecclesia Algaren. qui etiam Canonicus esse asseritur, ad hoc, vt distributiones quotidianas residendo lucretur, non in loco Vicarij, sed in proprio stallo, iuxta receptionem suam, cum habitu Canonicali manere debet; neque ex eo, quod Vicarius est, in celebratione Missarum, & aliarum Ecclesiasticarum functionum administratione, absente, vel impedito Episcopo, se ingerere vllo modo debet, sed id munus Archipresbytero, quæ prima dignitas in Ecclesia, & Capituli caput esse asseritur, relinquere, & ita inhærendo resolutionibus alijs factis, respondit Sacra rituum Congregatio, die 2. Martij, 1602.

*Lauretana.*

Sacra Rituum Congregatio inhærendo decretis, aliàs in simili casu factis censuit, & declarauit, Vicarium Generalem, cùm sit Primicerius, & Tertia dignitas eiusdem Ecclesiæ, nullo modo posse lucrari distributiones quotidianas, nisi in suo proprio stallo, seu loco, & in habitu Canonicali, quo similes eiusdem Ecclesiæ dignitates, & Canonici vtuntur, Missis, Horis Canonicis, diuinis officijs, & actibus Canonicalibus, & Capitularibus adsistat: cœterum si tanquam Vicarius generalis in habitu Prælati, primum locum supra omnes dignitates, & Canonicos habere contenderit, tunc nullo modo posse, nec debere lucrari distributiones quotidianas, censuit, & declarauit die 21. Martij, 1609.

*Dominicus Episcopus Ostien. Cardinalis Pinellus; Mucantius Secretarius Congregationis.*

*SVMMARIVM.*

1 *Capitulum, sede vacante, succedit Episcopo in iurisdictione, tàm spirituali, quàm temporali; tàm contentiosa, quàm voluntaria; & quando inuoluntaria.*

2 *Capitulum, sede vacāte, succedit in pluribus competentibus Episcopo iure ordinario, à num. 2. vsque ad num. 29.*

29 *Capitulum, sede vacante, non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali.*

30 *Capitulum, sede vacante, non succedit in iurisdictione delegata Episcopo, etiam si esset delegatus à iure.*

31 *Capitulum, sede vacante, succedit in iurisdictione competente Episcopo, ratione additamenti.*

32 *Capitulum, sede vacante, non succedit in his, quæ sunt dignitatis Episcopalis; hinc non concedit indulgentias.*

33 *Capitulum, sede vacante, succedit in his, quæ sunt ordinis Episcopalis, dummodo ea faciat exerceri per alios Episcopos.*

34 *Capi-*

34 *Capitulum ſede vacante non ſuccedit in emolumento, quod ex iuriſdictione competit Epiſcopo.*

35 *Capitulum ſede vacante non tenetur requirere coadiutorem, quem habebat Epiſcopus.*

36 *Sede vacante non agitatur cauſa Eccleſiæ, amplia, & limita ibidem.*

37 *Sede vacante non currit præſcriptio contra Eccleſiam.*

38 *Præſcriptio non currit contra Eccleſiam tempore, quo viuit Prælatus malè alienans.*

39 *Sede vacante non expirant gratiæ, conceſſæ ab Epiſcopo, hinc non expirant dimiſſoriæ ad ordines, nec licentiæ audiendi confeſſiones; niſi fuerint conceſſæ ad beneplacitum Epiſcopi, ſicut caſus reſeruati Epiſcopo, qui eius morte expirant.*

## De poteſtate Capituli ſede vacante latè. Cap. LXXXVII.

Circa poteſtatem Capituli ſede vacante variæ ſunt Doctorum opiniones, vt poteſt videri per *Doctores in cap. cum olim, de maioritate, & obedientia*, & per *Pauin. de poteſt. Capituli ſede vacante, per totum*. Ego verò per breues, & claras concluſiones procedam.

1 Prima concluſio, Capitulum ſede vacante, ſuccedit in omni iuriſdictione, quæ iure ordinario competebat Epiſcopo, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, *cap. penult. de ſupplend. negligent. Prælat. in 6. cap. 1. de maior. & obed. & in cap. 1. de inſtit. in 6. cap. cum olim, de maior. & obed. vbi omnes Doctor. text. & gloſ. in Clem. ſtatutum, in verbo, ſecularis, de elect.* latè *Pauin. par. 1. quæſt. 2.*

Primò amplia, vt ſuccedat etiam in iuriſdictione, quæ ex conſuetudine competebat Epiſcopo. *Abb. & alij in d. cap. cum olim.*

Secundò amplia, non ſolùm in contentioſa, ſed etiam in voluntaria, ex ſupradictis iuribus: probatur etiam *in cap. cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* & per omnes *in d. cap. cum olim*. Declara hanc ampliationem, vt Capitulum poſſit exercere iuriſdictionem voluntariam, ſtante neceſſitate, & non aliàs, vt voluit *gloſſ. ſingularis in Clement. 1. de hæret.* quæ eſt communiter approbata, vt dicit *Felin. in d. cap. cum olim, num. 70.* & alij, quamuis non defuerunt Doctores, qui dixerunt, in Capitulo conſtituendam eſſe regulam affirmatiuam, vt poſſit facere quæcumque poterat Epiſcopus. *Feder. de Sen. latiſſimè, conſ. 30. & 40.* quem ſequitur, & latè defendit *Pauin. in d. tract. par. 1. quæſt. 1. Nauar. in conſ. 7. de filijs presbyt.* dicit, hanc eſſe veram, & firmam regulam, vt ſuccedat in omnibus Epiſcopo, præterquam in expreſſis; quæ opinio probatur ex infraſcriptis auctoritatibus, quas Capitulum habet, etiam non exiſtente neceſſitate, & certè verior videtur opinio *Feder.* & quamuis *textus in cap. 2. ne ſede vacante*, dicat, quòd ſolùm in expreſſis ſuccedit Capitulum Epiſcopo, ſufficit fuiſſe expreſſum per regulas generales. *Lambert. de iurepatronat. lib. 1. par. 1. artic. 9. 2. quæſt. princip.* Sed veniamus ad magis ſpecialia.

2 Primò, poteſt Capitulum, ſede vacante, viſitare. *Abb. in d. cap. cum olim*, cum viſitatio fiat ex neceſſitate, *cap. fin. de ſupplend. negligent. Prælat.*

*lat. in 6.* maximè, vbi de proximo non speratur successor. *Pauin. dicto tract. par. 1. quæst. 7. Felin. d. cap. cum olim*, qui aliquatenus dubitat de opinione *Abbatis*: eam tamen sequendo, declarat non procedere, quando de proximo speratur successor, & quando visitatio competebat Episcopo iure speciali, *iuxta Clem. attendentes, de statu monach.* vt dicit *Abb. in dict. cap. cum olim*, idem *Innocent. in cap. ad abolendam, de hæretic.* qui dicunt, Capitulum non posse visitare monasteria exempta, *iuxta d. Clem.* voluit tamen *Collectaneus in d. cap. cum olim*, quòd ex necessitate possit.

3 Secundò, potest inquirere, & punire delinquentes, *Doctor. in d. cap. cum olim*.

4 Tertiò, potest excommunicare. *Franch. in cap. 1. de maior. & obed. in 6.* & sine dubio ad finem reuelationis, vt animæ exeant à peccato, *iuxta cap. 8. sess. 25. de reform.* & ita seruatum fuit in nostra Curia.

5 Quartò, potest absoluere à iuramento. *Cardin. cons. 38. Felin. in dicto cap. cum olim.*

6 Quintò, potest dare licentiam ædificandi Ecclesiam, vt acquiratur iuspatronatus. *Calderin. cons. 3. de iurepatr. Pauin. par. 2. quæst. 5. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. par. 1. artic. 9. 2. quæst. princip.*

7 Sextò, potest facere compositiones, vt quilibet Iudex Ordinarius, iuxta *l. transigere, C. de transactionib.* cum habeat iurisdictionem ordinariam, ex latè deductis per *Pauin. dicto tract. par. 1. quæst. 2.* & compositio non est gratia, sed mera iustitia, *dicta l. transigere*. Sed cui debeantur compositiones, & pœnæ pecuniariæ, vide supra *in cap. 68.*

8 Septimò, potest dispensare in casibus, in quibus poterat Episcopus. *Federic. de Sen. latissimè cons. 3. & 4. Pauin. par. 1. quæst. 30. Nauar. cons. 31. de tempor. ordin.* cum dispensatio descendat à iurisdictione. *Abb. & alij in d. cap. cum olim, & Nauar. consil. 31.* voluit, quòd Capitulum potest dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & beneficium simplex, iuxta *cap. 1. de filijs presb. in 6.* Idem, quando dispensatio est debita, iuxta *cap. Domino sancto, & cap. vt constituerentur, 50. distinct. Abb. in dicto cap. cum olim.*

9 Octauò, potest interponere auctoritatem in permutatione beneficiorum, si eorum collatio spectabat ad Episcopum, & Capitulum communiter; secus, si ad solum Episcopum. *Glos. in Clem. vnica, de rer. permut.* quæ communiter approbatur à *Doct. in d. cap. cum olim.*

10 Nonò, potest recipere resignationem beneficiorum, quorum collatio communiter ad Episcopum, & Capitulum spectabat, iuxta *cap. 1. ne sede vacante, in sexto*. Ita magis communiter *Doctores in dict. cap. cum olim. Paris.* qui latius distinguit *in tract. de resignation. benefic. quæst. 23. lib. 8.*

11 Decimò, potest absoluere à sententia excommunicationis, quos poterat absoluere Episcopus, *cap. 1. de maiorit. & obed. in 6.* & propterea potest deputare pœnitentiarium. *Pauin. dicta par. 1. quæst. 5.* Item poterit commutare vota. *Feder. de Sen. cons. 40.*

12 Vndecimò, potest confirmare electio-

electiones, quas confirmabat Episcopus, *dict. cap. cum olim, de maior. & obed.* Amplia, etiam si Capitulum haberet eligere, & Episcopus confirmare; quia eliget iure Capitulari, & confirmabit iure Episcopali. *Glos. not. in cap. penult. de supplend. negligent. Prælat. in 6. in verbo, debebit, & ibi Archidiacon. & Dominic. Felin. dicto cap. cum olim.*

13 Duodecimò, potest instituere præsentatus à patrono, *cap. 1. de instit. in 6.*

14 Decimotertiò, potest facere statuta concernentia totam diœcesim. *Feder. de Sen. cons. 16.* & talia statuta etiam durant tempore futuri Prælati, qui postea poterit illa statuta reuocare. *Abb. in dicto cap. cum olim, quæst. 7.* licet *Felin. in cap. cum omnes, de constitution.* teneat, non posse fieri talia statuta, nisi in necessitate, & malè, cum potestas statuendi dependeat à iurisdictione. *Abbas in cap. quanto, de consuetud.* Amplia, vt etiam possit reuocare statuta Episcoporum. *Dominic. in cap. 1. de maiorit. & obed. in 6. Pauin. dicta par. 1. quæst. 6.* Statutum verò in præiudicium Ecclesiæ, vel Episcopi facere non potest: *omnes in d. cap. cum omnes, de constitut.*

Decimoquartò, de iure antiquo potest concedere dimissorias, *cap. cum nullus, de temp. ordin. in 6.* tamen post Concilium Tridentinum prohibetur concedere dictas dimissorias, sub pœna interdicti, & amissionis priuilegij clericalis, respectu ordinati, *cap. 19. sess. 7. de refor.* ita quod taliter ordinatus non poterit habere beneficia. *Nauar. cons. 28. de temp. ordinat.* cùm habere beneficium sit priuilegium clericorum, *cap. ex litteris, de translat. cap. 2. de instit.* Poterit tamen habere, antequam priuetur, quia Concilium vtitur illo verbo, *Gaudeat.* Nec etiam ad primam tonsuram potest concedere dimissorias; quia est ordo, secuudum *Canonistas, cap. cum contingat, de ætate, & qualitate, vbi Doct.*

Declara primò, vt possit etiam post annum à die vacationis concedere dimissorias, *dict. cap. 10.* vbi solùm prohibetur infra annum.

Declara secundò, vt possit etiam intra annum, stante necessitate beneficij requirentis ordinem, *d. c. 10.*

Declara tertiò, vt possit approbare de vita, & moribus habentes priuilegium à Summo Pontifice recipiendi ordines à quouis Antistite, cum approbatione Ordinarij, de vita, & moribus; quia ista approbatio non est concedere dimissorias, & Capitulum dicitur Ordinarius. *Gloss. in cap. 2. ne Prælati vices suas. Card. in Clem. statutum, de elect. num. 9. Pauinus d. par. 1. quæst. 2.* & ita tenet *Nauar. in cons. 27. num. 3. de tempor. ordinat.*

16 Decimoquintò, potest Capitulũ dare licentiam clerico eundi ad studium. *Doct. in d. cap. cum olim,* sed hodie post Conc. Trid. in Canonicatibus, Parochijs, & alijs beneficijs, requirentibus residentiam, requiritur licentia Summi Pontificis. Item potest dare licentiam Episcopo exercendi iurisdictionem in sua diœcesi. *Bonif. & alij in Clem. 1. de foro compet.*

17 Decimosextò, potest cognoscere de causis matrimonialibus, *cap. veniens, de eo, qui dux. in matrim. & cap. significauit, de conuers. coniug. Pauin. par. 1.*

*par.1.quæst.10.* Nec obstat Concil. Trident. *capit.* 20. *sess.* 24. vbi voluit, causas matrimoniales relinqui examini, & iurisdictioni solius Episcopi, non aliorum Prælatorum inferiorum; nam Concilium non prohibet tractari dictas causas, etiam ab inferioribus, quando ipsis competunt ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, vel aliàs de iure. *Nauar.consil.1.de offic.deleg.* quibus non derogat, & Capitulum non dicitur inferior, sed par Episcopo, vt suprà dixi ex *Felin.in dict. cap.cum olim,num.4.*

18 Decimoseptimò. Potest ex causa destituere beneficiatos beneficijs; *omnes in d.cap.cum olim.*

19 Decimo octauò. Potest cognoscere de crimine hæresis, debet tamen in specie constituere delegatum ad iudicandum hæreticos. *Clem.1.de hæret.* vbi *Card.num.9.* dicit, quòd talis delegatus non sufficit, quod sit Vicarius Capituli, nisi habeat speciale mandatum à Capitulo, & quando cognoscit, non potest vti carceribus Capituli, aliàs habentis iurisdictionem, sed carceribus Episcopi. *Gloss.in dict.Clem.1. de hær.*

20 Decimononò. Potest commendare Ecclesias ad tempus, etiam si earum collatio pertineat ad Episcopum tantùm. *Ioan.Andr.in cap.1. ne sede vac.in 6. Abb. & alij communiter in d.c.cum olim,de maior. & obed.* sed in Regno Camera statim accipit possessionem.

21 Vigesimò. Non potest conferre beneficia ad solius Episcopi collationem spectantia, Episcopo mortuo, vel suspenso, aut agente in remotis, *d.cap.illa; de sede vacante,* neque spectantia ad Episcopum, cum consilio, vel cum consensu Capituli, nisi periculum esset in mora, quia Episcopus suspensus non peteret absolutionem: neque spectantia ad alium, cum consensu Episcopi. *capit.* 1. *§. cum verò, & §. fin. de sede vacante, in sexto,* nisi talis consensus esset solum præstandus ab Episcopo, ratione iurisdictionis Episcopalis, vt in concessione iurispatr. de quo *in cap. quod autem, capit. nullus, & cap. illud; de iure patron. Pauin.2.par.q.1.in fin.* Amplia, vt neque beneficia spectantia ad Episcopum iure deuoluto, *per cap. illa*; ne sed.vac. qui text. generaliter loquitur iunctis his, quæ dicunt *Abb. & Felin.in d.capit. cum olim;* idem *Felin.* latius *in dict. cap. verum, de foro competen.* & licèt ista quæstio sit difficillima, *iuxta Pauin.in 2. part. quæst.2.* tamen hæc opinio verior est, limita in beneficijs, quæ spectant communiter ad collationem Episcopi, & Capituli, quia vno ipsorum deficiente, vel inhabili existente, alter confert, *d.cap.1.* idem, quando Capitulum confert cum consensu Episcopi. *d. cap.1.ne sede vacan. in 6.* latè *Pauin. d. part.2.q.1.* Non te lateat, quòd omnia beneficia vacantia, sede Episcopali vacante, sunt reseruata Summo Pontifici, illa tamen, quæ spectant ad collationem, electionem, præsentationem, & aliam dispositionem eorũdem Episcoporum, ex Bulla Pij V. incip. *Sanctissimus in Christo Pater,* anno 1567. vnde non comprehenduntur beneficia communiter ad Episcopum, & Capitulum, vel Capitulum solum spectan-

ſtantia, & quando Papa hoc voluit, expreſſit, ſic in regula de alternatiua. *Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens Octauus fecit.*

22 Vigeſimoprimo. Quamuis Capitulum non poſſit alienare bona Eccleſiæ vacantis, *cap. ſi qua*, 12. q. 2. poterit tamen interponere auctoritatem Eccleſiæ inferiori, volenti alienare, *Abb. in cap. cum olim, de maior. & obed.* poterit etiam alienare, ſtante neceſſitate, ſemper res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *Abb. in c. 1. ne ſede vac. Pauin. 2. part. q. 8. per totum.*

23 Vigeſimoſecundo. Poteſt recipere pecuniam mutuò pro neceſſitate Eccleſiæ, *iuxta Gloſſ. in cap. cupientes, §. ad hæc, de elect. in 6.* & ex tali mutuò obligatur Eccleſia, & ſucceſſor. *Pauin. d. par. 2. q. 8.*

24 Vigeſimotertio. Capitulum non poteſt inſtituere præbendam pœnitentialem, *iuxt. cap. 8. ſeſſ. 24. de reformat.* niſi in caſibus, in quibus poteſt conferre beneficia, quos ſupra diximus. *Nauar. conſ. vnico, ne ſed. vac.* & dicit *Apoſtilla ad d. conſil. Nauar.* Sacram Congregationem cenſuiſſe, electionem perſonæ Pœnitentiarij ſpectare ad Epiſcopum; collationem verò præbendæ eidem faciendam ab illo, ad quem collatio illius præbendæ ſpectabat.

25 Vigeſimoquarto. Poteſt vnire omnia beneficia, quæ poterat Epiſcopus, dummodo nihil pereat de Epiſcopali iure. *Lap. Imol. Cardin. in Clem. 1. de ſtatu monachorum. Petrus de Peruſio in tractatu de vnione, verſ. 6. quæritur*; & diſſoluere vniones in caſibus, in quibus poterat Epiſcopus. *Petrus de Per. de diuiſione vnionis, verſ. nunc videamus, Felin. in dict. capit. cum olim, in fine*; & iſta reuocatio durat, etiam creato nouo Epiſcopo, ex ſupradictis Doct. Idem dicendum eſt in ſectione præbendarum, *iuxta cap. ſede vac. de præbendis*; ſed hodie requiritur conſenſus Papæ, quia eſt alienare.

26 Vigeſimoquinto. Si ad Epiſcopum ſpectabat præſentatio ad aliquod beneficium, ſpectabit etiam ad Capitulum in omnibus illis caſibus, in quibus Capitulum poteſt conferre, & non in alijs, ex identitate rationis, vt optimè probat *Lamb. de iure patr. 1. par. 2. libri, art. 14. 2. q. prin.* quamuis *Speculator in tit. ne ſede vacante*, teneat indiſtinctè, quòd ſicut Capitulum ſede vac. non poteſt conferre, ita nec preſentare; ſed non recedas ab opinione *Lamber.* quæ eſt declaratiua opinionis Speculatoris.

27 Vigeſimoſexto. Sicut Epiſcopus motu proprio poteſt inſtituere patronum clericum in Eccleſia patronata, *Oſtien. & Ioan. Andr. in capit. per veſtras, de iur. patr.* eodem modo poteſt Capitulum hoc facere. *Pauin. 2. part. quæſt. 5. de iure patr. in part. 1. libri 2. art 4. 8. quæſt. principalis.*

28 Vigeſimoſeptimo. Sicut conſenſus inferioris Epiſcopo, habentis iura Epiſcopalia, ſufficit in translatione iur. patron. de vna perſona in aliam; *Rocchus de Curte, de iur. patron. verſ. pro eo, quod de Diæceſani conſenſu, in fine 3. q. Abb. in conſ. 59. Lambert. de iur. patron. art. 5. 8. quæſt. princ. part. 2. primi libri*; ſic etiam Capituli, cum ſuccedat in iuriſdictione Epiſcopali; quia, ſi poteſt conſentire funda-

fundationi, & acquisitioni iure patr. tanto magis translationi, vt dicit *Lambert. ibi.*

29 Vigesimo octauo. Capitulum non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali, omnes *in d. cap. cum olim*; & ideò facultas doctorandi, concessa Episcopo, non transit in Capitulum; cum de iure communi Episcopus non possit doctorare. *Gloss. Imol. Card. in Clem. 2. de magistris, Doct. in dict. capit. cum olim.* Hinc infertur, quòd Capitulum non potest cognoscere de causa delegata Episcopo, etiam incepta, sed expectatur successor, *capit. quoniam. Abb. de offic. delegat. Card. in Clem. 1. de hæreticis, omnes in d. cap. cum olim. Romanus cons. 406. Feder. consil. 130.* & est communis. Hinc benè dixit *Felin. in capit. eam te, de rescript.* quòd Vicarius Capituli non potest absoluere illum, cuius absolutionem Papa commisit Episcopo, vel eius Vicario, & Capitulum in mandato facto Episcopo non succedit, etiam litteris iam præsentatis. *Butr. Imol. Felin. in d. cl. capit. eam te. Roman. consil. 606.* vbi dixit, se pluries consuluisse, quod Capitulum sed. vac. non succedit in potestate litteratum exequutorialium, quæ dantur in personam Episcopi; & conferunt potestatem, non concurrentem cum potestate iuris communis, *Fel. d. c. eam te; notabiliter.*

30 Amplia etiam in iurisdictione Episcopo specialiter à iure delegata, vt in ea non succedat Capitulum; exemplum *in cap. irrefragabili, de offic. Ord. in capit. ad abolendam, de hæret. in Clem. attendentes, de statu monachorum, in Clem. quia contingit, de religiosis domibus; & similibus. Ioan. Andr. dict. capit. ad abolendam, Cardin. in dict. Clem. attendentes, Abb. Felin. & alij in dict. capit. cum olim*; & ante eos *Federic. dict. consil. 130. & consil. 291.* & est magis communis opinio, vt refert *Pauin. part. 1. quæst. 10.* Contrarium tenet *Ostiens. Card. & Ioan. Andr. Monach. in d. cap. ad abolendam*; quòd talis iurisdictio transeat in Capitulum; quia non intelligitur delegata, sed magis iurisdict. ordinaria prorogata, quæ non expirat morte delegati. *Pauin. in d. q. 10. ex mente Innoc. Ostien. in d. cap. ad abolendam*, pro concordia facit hanc distinctionem, quòd si necessitas, vel vtilitas imminet, in tali iurisdictione succedat Capitulum, alias non: quæ opinio verior est, prima tamen est communior.

31 Sed in potestate, competente Episcopo, ratione additamenti, succedit Capitulum, vt si ex consuetudine aliquid acquisiuisset. *Abbas in capit. cum olim*; facit, quòd, quando alicui dispositioni fit additio, iudicatur de illa, sicut de princ. *Card. in Clemen. statutum, de election. Ludou. consil. 345.* & hæc est veritas, quidquid dicat idem *Abb. in c. scriptum, de elect on. & Felin. in d. cap. cum olim.*

32 Vigesimonono. Quæ sunt dignitatis Episcopi, non transeunt in Capitulum. *Archidiac. in capit. 1. de pœnit. & remiss.* probatur *in cap. quoniam. Abbas de offic. delegat.* hinc non succedit in priuilegijs concessis dignitati Episcopali, quæ numerantur per *glossam in capit. fin. de priuileg. in 6.*

Hinc non potest concedere indulgentias; quia licet dependeat à

T 2 iurisdi-

iuriſdictione, eſt tamen iuriſdictio conceſſa dignitati, *cap. accedentibus, de exceſſ. Prælat. Oſtien. in dict. capit.* 1. *de pœnit.* & hæc eſt veritas, quidquid alij dicant.

33 Trigeſimò. Capitulum ſuccedit Epiſcopo, etiam in his, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, dummodo, quæ per ſe non poteſt, per vicinos Epiſcopos exerceri faciat, cum proteſtatione tamen, quòd per hoc non acquiratur aliquod ius ipſis Epiſcopis, *cap. Pontifices, 7. q. 1. Abb. in capit. his, quæ, de maiorit. & obed. Archidiac. Domin. & alij in capit. nullus, §. Epiſcopo, de temporibus ordin. in 6.* vbi volunt, quòd Capitulum in poteſtate exercendi ſpiritualia ſuccedit, etiam ſi requireretur ſpeciale mandatum, Epiſcopo viuente. Idem *Bald. in cap. Suffraganeum, de elect.* Vnde poterit conuocare Epiſcopos, vt conficiatur Chriſma, Oleum Catechumenorum, Oleum Infirmorum, conſecrentur Eccleſiæ, Altaria, Calices, Virgines. Ita latè *Pauin. dict. tractatu par. 1. q. 3.* Licentiam verò ordinandi ſuos ſubditos concedere non poteſt poſt Concil. Trid. *cap. 10. ſeſſ. 7.* cum declarationibus tamen, de quibus ſupra; poteſt nihilominus concedere licentiam Epiſcopo alieno ordinandi ſuos ſubditos in ſua diœceſi ſedis vacantis.

34 Trigeſimoprimò. Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in emolumento, quod ex iuriſdictione, ſigillo Curiæ, vel alijs, pertinebat ad Prælatum; ſed talia emolumenta reſeruantur ſucceſſori. *Clem. ſtatutum, de electione*; qui text. procedit etiam, quando bona ſunt communia inter Prælatum, & Capitulum; dum tamen emolumentum iuriſdictionis ſit ſolius Epiſcopi, vel etiam commune; ſed diuidi poſſet. *Card. in dict. Clem. ſtatutum*; ſed hodie Neapoli emolumenta dantur Nuntio, ex quibus deducebantur rationabiles impenſæ, puta pro ſalario Vicarij, quando Vicarius non recipiebat emolumenta.

35 Trigeſimoſecundò. Capitulum non tenetur requirere coadiutorem, quem habebat Epiſcopus; & ſi Papa dedit adminiſtratorem, eius poteſtas expirat mortuo Epiſcopo. *Felin. in d. cap. cum olim, de maioritate, & obedientia*; & ex his omnibus clarè patet, Capitulum poſſe omnia facere, quæ ſibi expreſsè non prohibentur, ſed ſatis ſit retuliſſe has auctoritates, prout à Doctoribus ponuntur.

Vltimò, pro complemento huius materiæ ponam aliqua notabilia.

36 Primùm, quòd ſede vacante non agitatur cauſa Eccleſiæ, *capit. fin. ne ſede vacante*; etiam ſi eſſet cœpta ante vacationem. *Innocent. & alij in dict. capit. fin.* etiam ſi non concernat plenum præiudicium Eccleſiæ vacantis, ſed aliquale, *Abbas in cap. verum, de foro competen.* etiam in bonis communibus; niſi tractaretur de modico præiudicio. *Abbas in capit. 2. de præſcript. Felin. in capit. edoceri, de reſcrip.* niſi Capitulum litigaret, & tueretur iuriſdictionem Epiſcopalem, vel eius exercitium, fortè ſuper violatione interdicti, per Epiſcopum lati, vel eſſet cauſa, quæ abſque periculo differri non poſſet; vel cauſa, quæ commodius

dius de sui natura veniret tractanda sede vac. prout est causa electionis, vel in bonis separatis inter Prælatum, & Capitulum; vel essemus in Ecclesijs inferioribus, in quibus mortuo Abbate, vel alio Prælato inferiore, conuentus habet administrationem omnium bonorum, & pro ipsis agere, & constituere procuratorem potest, vt dicit *Innoc. in capit. cum dilectus, de consuetudine*; dum tamen tractetur de modico præiudicio. Ita *Puteus decis. 449. lib. 2. Abb. in capit. 1. de præscript.* vel quando aliquis de Capitulo ageret pro iuribus suæ dignitatis, deducens in consequentiam ius sedis tunc vacantis, quia potest agere. *Abb. in c. cum olim, de maior. & obed.* Quas ampliationes, & limitationes ponit fere omnes *Fel. in d. c. edoceri, de rescript.* Alia circa eandem materiam ponit *Pauin. in 2. par. quæst. 6.* quem vide; sed non recedas à supradictis.

37 Secundum, sede vac. contra Eccl. non currit præscriptio, *c. auditis, de præscrip.* ipsa autem benè præscribere potest contra alias. *Ostien. in summa, ne sede vacante, §. 1.* sic etiam

38 non currit præscriptio contra Ecclesiam per totum tempus, quo viuit Prælatus malè alienans. *Innoc. in capit. cum ex litteris, de restitut. in integrum*; per text. *in capit. si sacerdos, 16. quæst. 3. Guidopapa decis. 150.* possunt tamen aliqui præscribere, sede vacante, quòd ipsi exerceant iurisdictionem, *iuxta annotata in capit. generali, de elect.* latè *Pauin.* sed nimis confusè *in 9. quæst. primæ partis*:

39 Tertium, gratiæ per mortem concedentis non expirant, *capit. si super gratia, de offic. deleg. in 6.* nisi fuerint reuocatæ per successorem, & clarè constet de reuocatione, & non per coniecturas. *Cardin. in Clem fin. de elect.* vnde non expirat, mortuo Episcopo, dimissoria ad ordines; nec licentia audiendi confessionem; nisi fuisset concessa ad beneplacitum, *iuxta cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* & licentia dispensandi non expirat per mortem Papæ. *Nauar. consil. 1. de priuilegijs*: casus autem reseruati expirant, quia solent reseruari ipsi Episcopo, qui mortuus est.

40 Hæc breuiter quoad hanc materiam posui, tamquam magis practicabilia; alia verò poteris videre per *Pauin. in dict. tract. de potest. Cap. sed. vac. per Felin. & alios in d. capit. cum olim, de maior. & obed.*

*SVMMARIVM.*

1 *Archiepiscopus est Iudex ordinarius suorum suffraganeorum.*

2 *Archiepiscopus est Iudex Vicariorum generalium suorum suffraganeorum, & quando.*

3 *Archiepiscopus compellit suffraganeum ad faciendum id, quod debet; & in eius negligentiam exercet ipse iurisdictionem in Prouincia, & ibi plura exempla.*

4 *Archiepiscopus an possit auocare causam à suffraganeo ante biennium, quando, cum posset suffraganeus, non vult expedire carceratum.*

5 *Archiepiscopus non auocat causam à suffraganeo post biennium, quando ex dilatione partium est elapsum biennium, vel ex qualitate causæ.*

6 *Archiepiſcopus poteſt excommunicare, & interdicere ſuffraganeum, & quando.*

7 *Archiepiſcopus ſupplet negligentiam, ſede vac. Capituli Eccleſiæ ſuffraganeæ, ſi intra octo dies non eligit Vicarium, vel non idoneum, vbi, quis dicatur Vicarius idoneus remiſſiuè.*

8 *Archiepiſcopus cognoſcit in cauſa appellationis inter ſubditos ſuffraganeorum, vbi latè.*

9 *Archiepiſcopus cognoſcit de tota cauſa pendente coram ſuffraganeo, ſi ſuffraganeus admiſit friuolam appellationem, & quid ſi Vicarius.*

10 *Archiepiſcopus viſitat totam prouinciam, & quando, & tunc abſoluit à cenſuris ſubditos ſuffraganeorum, & an poſſit cum eis diſpenſare.*

11 *Exercet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum in concernentibus totam prouinciam.*

12 *Punit omnia crimina notoria in prouincia.*

13 *Punit iniuriantes ſibi, nuncijs, & familiæ ſuæ in Prouincia.*

14 *Mittit quæſtores per totã prouinciã pro fabrica Eccleſiæ, & alio opere pio.*

15 *Punit Canonicos ſui ſuffraganei, ceſſantes à diuinis.*

16 *Mittit edictum per totam Prouinciam, & quando.*

17 *Cõcedit indulgentias in tota prouincia.*

18 *Facit per totam prouinciam ante ſe deferri Crucem.*

19 *Benedicit populo, celebrat in pontificalibus, & coram ſe celebrari facit.*

20 *Pontificalia in diœceſi ſuffraganei exercere poteſt etiam poſt Cõc. Trid.*

21 *Interdicit prædicationem in tota prouincia, & quando.*

22 *Exules à tota prouincia facit eos, qui delinquunt in ſua diœceſi.*

23 *Vtitur pallio, & quando.*

24 *Quid poteſt facere ante receptũ palliũ.*

25 *Cogit Regulares in tota Prouinc. vt redeant ad ſua monaſteria, & quando.*

26 *Iniungit ſuffraganeis, vt ſeruari faciant, quod ſeruatur in eius diœceſi; & quando.*

27 *Vocat Epiſcopos ad Concilium Prouinciale.*

28 *Comprobat abſentiam Epiſcopi in ſcriptis.*

29 *Compellit Regulares ad celebrandum Capitula prouinc.*

30 *Exercet iuriſdictionem in tota prouincia ſtante conſuetudine.*

31 *Diſpenſat cum ſubditis ſuffraganeorum; & quando.*

32 *Erigit Seminarium in prouincia, & quando.*

33 *Ad eius conſecrationem debent concurrere omnes Suffraganei.*

34 *Vocat Suffraganeos pro conſecratione alterius Suffraganei.*

35 *Suffraganeus de nouo electus tenetur accedere ad viſitandum ipſum Metropolitanum.*

36 *Præſtatur obedientia Metropolitano à Suffraganeis tamquam patri, & coram ipſo non deferunt Rocbettum detectum.*

37 *Appellans pendente appellatione non poteſt eximi à Iuriſdictione Epiſcopi.*

38 *Appellationes non recipiendæ niſi per publica documenta.*

39 *Inhibitiones non fiunt ab Archiepiſcopo, niſi cum inſerto tenore ſententiæ definitiuæ, vel habentis vim definitiuæ, aut interlocutoriæ continentis grauamen irreparabile.*

40 *Appellans ſi non poteſt habere exemplum ſententiæ, aut appellationis, quid agendum.*

41 *Appellationes ab executione decretorum*

*rum Sacri Conc. Trid. aut visitationis Apostolicæ non recipiendæ in causis visitationis Ordinariorum.*

42 *Appellatio nõ admittenda à grauamine irreparabili, nisi prius visis actis.*

43 *Carceratus appellatione pendente debet manere in carceribus Iudicis à quo, donec Archiep. aliud, visis prius actis, & causa cognita, decreuerit.*

44 *Archiepiscopus non potest compellere Notarium Episcopi ad mittendum sibi acta originalia in causa appellationis, nisi suspicio falsitatis incidat, & tunc terminata causa remittat ad Ordinarium, vt in suo Archiuio conseruentur.*

45 *Censura Ecclesiastica non potest relaxari ab Archiepiscopo, nisi auditis partibus, & causa cognita.*

46 *Absolutio ad cautelam non debet concedi, nisi parte citata, & visis actis.*

47 *Appellatio à sententia contra verum contumacem prolata non est recipienda, nec inhibitio, aut alia prouisio concedenda.*

## De potestate Archiepiscopi latissimè. Cap. LXXXVIII.

Congruum sane est, quòd dum vniuersam fere Archiepisc. Curiæ Praxim in libellum hunc collegi, de potestate Archiepiscopi aliqua dicam: & licet multi varijs in locis multa scripserint, ego tamen, quæ quotidie practicantur, & ad Praxim cõducibilia sunt, subnectã.

1 In primis Archiepiscopus est Iudex ordinarius suorum Suffraganeorum, ita vt quicumque habeat actionem contra Episcopum, potest illum conuenire coram Archiepiscopo; *capit. cognouimus, 10 quast. 5. Abbas in capit. pastoralis, de offic. Ordinarij*, & ibi alij; quod intellige in ciuilibus; sed in criminalibus secus, quia de delictis maioribus depositione dignis cognoscit solus Papa, de minimis Concilium Prouinciale. Concil. Trid. *cap. 5. sess. 24.*

2 Secundò, Archiepiscopus est Iudex Vicariorum generalium suorum Suffraganeorum, quando tamen delinquunt in officio, nempè, si proferant sententiam per gratiam, vel sordes; si excommunicent sine scriptis, & absque trina monitione, *iux. capit. sacro, de sententia excommunicationis, & cap. 1. eod. tit. in 6.* secus, si extra officium. *Dominicus, Franchus, & alij in cap. 1. §. fin. de foro compet. in 6. per textum clarum in capit. 1. de offic. Vicarij, in 6.*

3 Tertiò, Archiepiscopus potest compellere Episcopum ad faciendum id, quòd debet. *Abb. in capit. si quis contra clericum, de foro compet. num. 40. Felin. in capit. pastoralis, de offic. Ordin.* Hinc poterit compellere Episcopum ad faciendum synodum quotannis, *capit. sicut, de accusat.* & ex Concil. Trid. *cap. 18. sess. 23. de reform.* Archiepiscopus cogit Episcopum negligentem in erectione Seminarij: poterit etiam compellere Episcopum, vt constituat sibi Vicarium, quem tenetur habere Episcopus. *Abb. in cap. quoniam, de offic. Ordin. Iacobus Sbrottius de officio Vicarij, lib. 1. q. 57. Felinus tamen in d. c. quoniam*; dicit Episcopum non teneri sibi constituere Vicarium, maxime, quando Episcopus est idoneus ad regendum: & hæc opinio fuit sæpius in Rota approbata. *Puteus decisione*. Item co-

get Episcopum, vt constituat œconomum, *cap. in noua, 16. q. 7. & cap. cum simus, 9. q. 3.* coget Episcopum, vt constituat Archipresbyterum ruralem, *iuxta cap. fin. de offic. Archipresbyt.* & sic de similibus.

Quartò, per negligentiam Episcopi circa id, quod facere debet, deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, *cap. cum simus, 9. quæst. 3. cap. 1. §. notoria, de cens. in 6.* in ratione decidendi, & est communis, de qua testatur *Felin. in d. cap. pastoralis, de offic. Ordin. num. 6.* dicens, sic tenere vniuersum mundum, quamuis *Abbas in cap. si quis contra clericum, de foro competent.* teneat contrariam opinionem; nisi in duobus casibus. Primus in absolutione ab excommunicatione, à qua, si noluerit absoluere Suffraganeus, absoluet Archiepiscopus, *capit. ad reprimendam, de offic. Ordin.* Secundus, in correctione criminum notoriorum, *iuxta capit. 1. §. notoria, de cens. in 6.* cui respondet *Felin. vbi suprà*. Sed non recedendo à communi opinione, infertur, quòd si Episcopus noluerit instituere præsentatum, ipsum instituet Archiepiscopus. *Abb. in capit. ex parte, de conces. præbendæ*; & in beneficijs curatis debet instituere infra duos menses; aliàs patroni possunt adire Archiepiscopum, vel Papam, siue viciniorem Episcopum, qui instituet ex bulla Pij V. *In conferendis*. Hinc, Episcopo negligente in executione vltimæ voluntatis, exequetur Archiepiscopus. *Abb. in dict. capit. pastoralis*, absoluit, quem non vult absoluere Episcopus, *dict. cap. ad reprimendam*, & dicit *Borgasius de irregular. in 2. parte principali, in princip.* quæ sit causa dispensationis, quòd Episcopo denegante dispensationem, quando est debita, potest Archiepiscopus dispensare: dicitur autem debita ratione personæ, ætatis, loci, temporis, pietatis, necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ, *textus notab. in capit. vt constituerentur, & capit. Domino nostro, dist. 50.* latè *Rebuff. in Praxi de dispensatione ad plura beneficia, num. 8.* Hinc, Episcopo negligente, terminare lites infra biennium, Archiepiscopus potest ad instantiam partium assumere causam, & ab Episcopo auocare, vt in *Concil. Trident. c. 20. sess. 24. de refor.* Sed difficultas est, si cau-
4 sa criminalis ante biennium est in expeditione, & inquisitus reperitur in carceribus, qui instat expediri, & Episcopus non est occupatus alijs negotijs, sed posset illius causam expedire, an queat auocari causa ab eo, ob denegatam iustitiam, & expeditionem causæ ante biennium? Et de iure communi non est dubium, quod potest appellari ad Archiepiscopum ob tarditatem, & denegatam iustitiam, vt dicunt *Ioan. Andr. in capit. dilecto, de appell. Abb. Franch. in capit. ex parte, el 2. eodem tit. Felin. in d. cap. pastoralis*; qui præfiget terminum ad expediendum; aliàs ipse expediet. In Curia verò Archiepiscopali Neapolitana adest Ritus decimus, in quo expressè habetur, quod ob denegatam iustitiam à Suffraganeo, cognoscit ipsa Curia Archiepiscopalis; & idem videtur dicendum post Concilium Tridentinum, cuius intentio non fuit, vt hac occa-

occasione Episcopi vexaret subditos carceribus; carcer enim semper grauat. *Baldus in l.2. C. de Episcopis, & clericis, & in l.fin. C. sententias rescindi non posse. Abbas, & alij in dicto cap. ex parte, de appellat.* Non obstat, quòd Concilium prohibet ex quauis causa auocari ante biennium; quia debet intelligi, dummodo partibus non inferatur grauamen, vt in fortiori casu, dicit *textus in cap. pastoralis, de appellation.* quòd per clausulam, *Appellatione remota,* censetur remota etiam appellatio legitima, dummodo appellanti non inferatur grauamen: quia tunc poterit per superiorem emendari, & ita puto de iure verius: sed in foro exteriori difficile esset obtinere; caueat tamen Suffraganeus, quia saltem in foro conscientiæ non euitabit excommunicationem, *cap. si quis suadente, 17. quæst.4.* propter iniustam clerici carcerationem, *text. cap. si clericos, de sententia excommunicationis, in 6. & ibi notata per Geminianum, & Franchum.* Et non potest negari, iniustè detineri clericum carceratum, cum possit causa expediri, & non expediatur.

5 Sed quid, si ex dilatione per partes data, non ex defectu Iudicis, causa non fuerit expedita, an possit auocari lapso biennio? Et videtur, quòd sic, ex *Alberico in l. 1. C. vt omnes Iudices, tàm ciuiles, quàm criminales,* propter illam dictionem, *omninò,* positam in Concilio. Sequitur *Vincent. de Franch.* plura adducens, *decis.250. Capicius in decis.11.* qui loquuntur in terminis, *l. properandum, C. de Iudicijs, & l. fin. C. vt intra certum tempus.* Nihilominus Sacra Congregatio censuit contrarium, quòd scilicet, si per ipsum Iudicem non stetit, expedire causam intra biennium, ob qualitatem causæ, vel partium cauillationem, non potest causa auocari à superiore, *ex textu notabili, vbi Abbas, & alij, in cap. venerabilis, de iudicijs.* Non tamen potest Archiepiscopus supplere negligentiam Episcopi exempti, *cap. nullus, de iurepatronatus:* in quo textu ille Episcopus erat exemptus: nec negligentiam Episcopi, non conferentis beneficium intra sex menses; quia primo ad Capitulum, postea ad ipsum Archiepiscopum spectaret collatio, *cap. 2. de concession. præbendæ.*

6 Quartò, potest Archiepiscopus in casibus, in quibus Episcopi tenentur ipsi obedire, illos excommunicare, suspendere, & interdicere, *cap.1.§. fin. de officio Ordinarij, in 6.* & est communis opinio Doctorum. Amplia etiam in Vicario Archiepiscopi, vt possit Suffraganeum suspendere, interdicere, & excommunicare; sed absente Archiepiscopo, non præsente, *d. §. fin.* nisi Episcopus non fuerit consecratus; quia tunc à Vicario præsente Archiepiscopo excommunicari poterit. *Archid. Dominicus, & Franch. in d.§.fin.* Si autem Vicarius præsente Archiepiscopo excommunicauerit Suffraganeum consecratum, tenet excommunicatio; sed Vicarius erit puniendus. Declara, vt in coërtione Suffraganeorum debeat Archiepiscopus seruare formam *cap.2. de officio delegati, in 6.* Quia primo debet prohibere ingressum Eccle-

Eccleſiæ, vel ſacerdotale miniſterium interdicere; deinde poterit ſuſpendere ab officio; vltimo loco excommunicare: & ita ſeruari debet, licet Epiſcopus adhuc non fuerit conſecratus, ſecundum *Io. And. & Domin. in d. cap. 1*. Si tamen tanta eſſet proteruitas, & contumacia ipſius Epiſcopi, vt aliter fieri ſuaderet; vt quia contumelioſa verba in iudicem proferat, non eſt ſeruanda forma dicti capituli, vt *in cap. 2. in fine, & ibi Gloſſa*: & ſi excommunicatio in Suffraganeum eſſet lata, contra talem formam, teneret; vt per *Doctores in d. cap. 2*. ſed poſt Concilium Trident. *cap. 3. ſeſſ. 25. de reform.* excommunicatio eſt ferenda in ſubſidium; & primo procedendum ad pœnas pecuniarias, & ita ſeruat Curia Archiepiſcop. Neapolitana, quando inhibet Suffraganeis in cauſa appellationis: quia primo apponit pœnam pecuniariam, & in ſubſidium alias cenſuras. Item notandum, quòd quando in iure reperitur expreſſum, quòd Epiſcopus ſuſpendatur ob aliquam cauſam, talis ſuſpenſio fiet ab Archiepiſcopo, eius ſuperiore. *Abb. & Marian. Socin. in cap. poſtulaſti, de clerico excommunicato miniſtrante, iuxta d. cap. poſtulaſti*, ſed hodie eſt ſeruandum Concilium Trid. *cap. 3. ſeſſ. 24. de reform.*

7 Quintò, Archiepiſcopus ſupplet negligentiam Capituli, ſede vacante, ſi non eligit Vicarium infra octo dies, vel non idoneum, vt in Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 16.* de qualitate Vicarij, & poteſtate, vide *ſup. in cap. 84.*

Sextò, Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos Suffraganeorum, in caſibus tantum in iure expreſſis, *cap. paſtoralis, de offic. Ordinarij*. Idem in ſimilibus, quia dictio, *tantum*, non excludit caſus ſimiles, *l. ob æs, C. de prædijs minorum*. Ita notabiliter *Felin. in cap. paſtoralis, de reſcriptis, num. 3.*

8 Septimò, Archiepiſcopus cognoſcit in cauſa appellationis inter ſubditos Suffraganeorum, *d. cap. paſtoralis, de offic. Ordin. & toto tit. de appell.* Amplia, vt Archiepiſcopus poſſit cognoſcere, etiam inter illos, qui ſe ſponte offerunt liti ſuper illa re, de qua eſt appellatum; non autem inter eos inuitos. *Geminianus, & Franchus in cap. Romana, §. in alium, de appell. in 6.* Amplia ſecundò, quòd ſi eſt appellatum à Papa ab vna parte, & ab alia ad Archiepiſcopum, qui ignorat appellatum fuiſſe ad Papam, ſi ratione contumaciæ excommunicauit, tenet excommunicatio, *cap. ſi duobus, de appellationibus*; aliàs, ſi ſciat Archiepiſcopus fuiſſe appellatum ad Papam, non poteſt ſe intromittere, *d. cap. ſi duobus, vbi Gloſſa, & cap. ſollicitudinem, de appellationibus*, niſi in tribus caſibus. Primus, vbi notoriè conſtat, appellantem ad Papam fuiſſe iniuſtè condemnatum, & excommunicatum; tunc Archiepiſcopus poteſt adiri, non obſtante appellatione, & ab eo impetrari abſolutio, *textus notabil. in dicto cap. ſollicitudinem, vbi Cardin. Alexandr.* & poterit abſolui ad cautelam præſtita cautione, abſque cauſæ cognitione, *iuxta eundem Cardin. ibi.*

Secundus caſus eſt, quando Archiepiſcopus adiretur circa cauſam.

ſam, de qua eſt appellatum: verum illud, ſuper quo adiretur, non reſpiceret ipſam cauſam appellationis, nec præiudicaret appellationi, *dicto cap. ſollicitudinem*. Tertius caſus eſt, vbicumque appellans renunciaſſet appellationi, expreſsè, vel tacitè, proſequendo eam coram Archiepiſcopo, abſque proteſtatione *dicti cap. ſollicitudinem*. Amplia tertio, vt poſſit appellari ad Archiepiſcopum, etiam in cauſa delegata Epiſcopo à Papa, in qua poterat Epiſcopus procedere iure ordinario, *text. notab. in cap. licet in corrigendis, de officio Ordinarij*, quia tunc Papa cenſetur excitare iuriſdictionem ordinariam, non delegare; niſi in reſcripto dicat, *procedas auctoritate noſtra*; vel aliquid addat, vel detrahat poteſtati ordinariæ, iuxta latè tradita per *Felin. in d.c. licet*. Amplia quarto, ex Sacra Congregatione, vt in caſibus, in quibus prohibetur appellatio à Concilio, vt in caſu correctionis, viſitationis, & alijs, intelligitur prohibita quoad effectum ſuſpenſiuum, non deuolutiuum. Declara primo, vt per appellationem deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum quoad partes, non quoad alios; & ideo in compulſione aliorum ſubditorum recurrendum eſt ad Epiſcopum. *Abb. in cap. paſtoralis, de Officio Ordinarij, num. 12.* Vnde non poteſt Archiepiſcopus compellere ſubditos Epiſcopi ad perhibendum teſtimonium in cauſa appellationis, niſi aliud ſit de conſuetudine, *text. & Gloſ. in cap. Romana, §. verum, de foro competenti, in 6.* Quod ſi Epiſcopus nollet compellere, tunc poterit Archiepiſcopus, iuxta opinionem *Oſtienſ. in dicto cap. paſtoralis*. Limita ſecundo, vt à delegato Epiſcopi non appelletur ad Archiepiſcopum, ſed ad Epiſcopum delegantem. *Franch. in cap. dilectus, el 3. de appellat.* & eſt communis, niſi Epiſcopus delegaret cauſas in fraudem, vt non appellaretur ad Archiepiſcopum. *Abb. & Franchus in dicto cap. dilectus. Dominic. in cap. Romana, in princip. de appellationib. in 6.* in quibus locis concludunt Doctores, quòd valeret ſententia excommunicationis in forma conſtitutionis, lata per Archiepiſcopum contra Suffraganeos, huiuſmodi fraudes committentes; fraus autem probabitur per coniecturas, *cap. 1. & 2. de renunciat. in 6. l. dolum, C. de dolo. Franch. loco citato*. Item à delegato iudicis Ordinarij recuſati appellatur ad ipſum Ordinarium recuſatum, non vt cauſam diſcutiat, ſed vt alteri finiendam committat. *Abb. in cap. ſi quis contra clericum, de foro competenti*, contra *Oſtienſ. Specul. Ioan. Andr. & alios*, tenentes in tali caſu ad Archiepiſcopum eſſe appellandum: quorum opinionem communem eſſe, dicit *Carauita Ritu 265.* Limita tertio in cauſis Sanctæ Fidei, in quibus appellatur ad Papam propter grauitatem negotiorum, vt dicit *Pegna in 3. par. Directorij Inquiſitorum, commentario 31.* Limita quarto, vt Archiepiſcopus non poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ, inter ſubditos Suffraganeorum, abſque appellatione, ex quo dicere de nullitate, eſt adire Iudicem per viam querelæ, *l. 1. C. de accuſationib.* ſed Archiepiſcopus non poteſt adiri per viam querelæ,

cap. 1.

*cap.1. de officio legati*. Ita *Franch. in cap. dilecto, de appellat. quæſt.27. num. 67. Felinus, & Decius in cap. in litteris, de officio delegati*. *Couarr. lib. practicarum quæſtionum, cap.9*. Limita vltimo, iuxta *cap. Romana, §. ab Archidiaconis, de appellationib. in 6*. vbi ab inferioribus appellatur ad Epiſcopum, non ad Archiepiſcopum, niſi in caſibus ibi notatis per *Geminianum, & alios*. Notandum eſt autem in hac materia appellationis, quòd Epiſcopus recuſatus ſuſpectus poteſt remittere cauſam ad Archiepiſcopum, *cap. cum ſpeciali, de appellatione, vbi Abbas, Franch. Cardinalis Alexandrin*. Item notandum, quod Archiepiſcopus non poteſt ſibi conſtituere officiales in diœceſibus ſuorum Suffraganeorum, etiam pro futuris cauſis, per appellationem deuoluendis ad ipſum, niſi de conſuetudine hoc habeat; & tunc tales officiales inhibire non poſſunt, priuſquam fuerit appellatum, *cap.1. in princip. de offic. Ordinarij, in 6*. neque poteſt compellere ſubditum Suffraganei ad ſuſcipiendam commiſſionem appellationis, *cap.1. de foro competenti, in 6*. Poterit tamen, ſecundum *Oſtienſ. in d. cap.1*. cuius opinionem veriorem putat *Imola ibi*, compellere Epiſcopum, vel aſſignare terminum Epiſcopo, vt cogat ſubditum ad ſuſcipiendam commiſſionem, aliàs ipſe Archiepiſcopus compellet; quod maximè procedit, iuxta *Dominic. in d. cap.1*. tenendo opinionem, quod per negligentiam Epiſcopi deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum. Poterit etiam Archiepiſcopus in ſua diœceſi deputare officiales, qui cognoſcant de cauſis, deuoluendis ad ipſum per appellationem à ſententijs Suffraganeorum, vt notabiliter dicit *Felinus in cap. paſtoralis, §. quoniam, de reſcriptis, num.1*. Item notandum, quòd Archiepiſcopus cauſas, quæ per appellationem, vel alio iure metropolitico ad ipſum deferuntur, non poteſt audire, ſeu committere alibi, quam in ſua Ciuitate, vel diœceſi, aut in locis, in quibus appellatum fuit, vel cauſæ ipſæ conſiſtunt; niſi aliud ſibi competat de conſuetudine, *cap. vt litigantes, de officio Ordinarij, in 6*. Alia in materia appellationis *vide ſupra in cap.69*.

9 Octauò, ſi Epiſcopus admiſit friuolam appellationem, deciſio totius cauſæ deuoluitur ad Archiepiſcopum, *cap. cum appellationibus, de appellat. in 6*. quòd procedit, quando Epiſcopus admiſit friuolam appellationem, ſecus ſi eius Vicarius, qui non poteſt illam admittere ſine ſpeciali mandato Epiſcopi, aliàs delatio huius friuolæ appellationis facta per Vicarium, non dat iuriſdictionem Archiepiſcopo, vt optimè dicit, & probat *Ioan. Baptiſta Ferrettus in conſ.307*. nam Vicarius non poteſt præiudicare Epiſcopo in iuriſdictione. *Gemin. & Franch. in cap. Romana, in princip. de foro competenti, in 6*. vbi dicunt, quòd cum in illo textu dicatur, quòd Archiepiſcopus non poteſt adiri per viam querelæ à ſubditis Suffraganeorum ſine conſenſu ipſorum Suffraganeorum, non ſufficeret conſenſus Vicariorum. Hinc Vicarius Epiſcopi non præiudicat Epiſcopo in inſtitutione præſentati, ſi aſſerat, beneficium

eſſe

esse de iure patronatus, & non spectare ad collationem Episcopi. *Mascardus de probation. conclus.* 909. qui dicit, ita bis fuisse in Rota iudicatum.

10 Nonò, Archiepiscopus, causa cognita in Concilio Prouinciali, potest visitare totam prouinciam, visitata prius in sua diœcesi, vt in Concil. Trident. *cap.* 3. *sess.* 24. *de reform.* & si concurrit cum Episcopo, ambo admittuntur, nisi Ecclesia non posset vtrique præstare procurationem, quia tunc præfertur Archiepiscopus. *Domin. & Franchus in cap.* 1. *de cens. in* 6. & quando Archiepiscopus visitat prouinciam, potest audire confessiones subditorum Suffraganeorum, & ipsos absoluere, *cap. fin. de cens. in* 6. & eo tempore poterit absoluere à casibus reseruatis Episcopo. *Henriquez de sacram. ordinis, cap.* 3. §. 3. qui dicit, posse Archiepiscopum dicto tempore absoluere à censuris in vtroque foro, & delegare alteri potestatem absoluendi; extra verò visitationem, neque potest subditos Suffraganeorum absoluere ab excommunicatione minori. *Doctores in dicto cap. fin. de censibus, in* 6. *Sil. in verbo, Archiepiscopus*, §. 5. sed verior opinio est, quòd in visitatione poterit solum absoluere à peccatis in foro conscientiæ. *Anton. Abbas in cap. ad extirpandas, de filijs presbyter.* Poterit etiam dispensare, quando ipse est Iudex in visitatione gentis in notorijs, *iuxta capit.* 1. §. *ianè, de censibus, in* 6. de quo latè per *Marianum Socin. de visitatione, lib.* 7. *quæst.* 5. & in casibus, in quibus potest iudicare subditos Suffraganeorum, potest cum ipsis dispensare, vt dicit *Felin. in cap. pastoralis, de offic. Ordin.*

11 Decima auctoritas, Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in subditos Suffraganeorum, in concernentibus totam prouinciam, puta in tollendo prauam consuetudinem à tota prouincia, *cap. ex frequentibus, de institutionibus, cap. in tantum, de simonia, cap. ad extirpandas, cap. fin. de filijs presbyter. Abb. in cap. pastoralis, de officio Ordinarij, & in dicto cap. ex frequentibus*, dummodo peccatum sit vniuersale, non particulare. *Ostiens. in cap.* 1. *de supplenda negligentia Prælatorum, in* 6. *& in d. cap. ad extirpandas*, vbi dicit, quòd communi vitio prouinciæ Archiepiscopus est Iudex. *Anton. Abbas in d. cap. ad extirpandas.*

12 Vndecima auctoritas notabilis est, quòd Archiepiscopus potest in tota prouincia punire omnia crimina notoria subditorum Suffraganeorum, *cap.* 1. §. *notoria, de censibus, in* 6. qui textus, licet loquatur tempore visitationis, tamen à Doctoribus communiter extenditur, vt procedat etiam extra visitationem in omni tempore. *Abbas in d. cap. ex frequentibus, num.* 10. qui testatur de communi opinione Doctorum: quod est intelligendum, dummodo Episcopus non præuenerit in puniendo.

13 Decimasecunda auctoritas est, quia Archiepiscopus potest punire subditos Suffraganeorum in sua prouincia notorios iniuriantes sibi, nuncijs, & familiæ suæ, *cap.* 1. *de pœnis, in* 6. ex quo textu colligitur alius casus, quando impeditur eius iurisdictio.

Deci-

14 Decimatertia auctoritas est, quòd potest Archiepiscopus mittere quæstores per totam prouinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, *cap.1. de pœnitentijs, in 6.* & etiam pro quolibet opere pio. *Franchus, & Geminianus, in d. cap.1.* neque obstat *Concil. Trident. sess.21. cap.11. de reform.* quo tolluntur eleemosynarum quæstores, quia loquitur de prauis quæstoribus, qui quærunt eleemosynam prædicando, vel publicando indulgentias, *iuxta cap. cum ex eo, de pœnitent. & Clem. abusionibus, eod. tit. Nauar. cons. 33. de pœnitent.* tales enim reputantur quæstores, qui donant imagines, Cruces, & alia, pro extorquendis eleemosynis, qui in Curia Archiepiscopali acriter puniuntur, etiam si sint laici, cum delictum sit Ecclesiasticum. Potest autem Suffraganeus examinare litteras Metropolitani, *dicta Clem. abusionibus*, sed non impedire malitiose, alias posset puniri, vt dicunt *Bonifacius, & alij, in dicta Clem.*

15 Decimaquarta auctoritas est, quod Archiepiscopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus punit Canonicos sui Suffraganei, cessantes à diuinis, ad querelam ipsius Suffraganei, *cap. irrefragabili, §. cæterum, de offic. Ordinarij.*

16 Decimaquinta auctoritas est, quod Archiepiscopus potest mittere edictum per totam prouinciam in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus. *Gemin. & Franch. in cap.1. per illum textum, de supplend. neglig. Prælat. in 6.*

17 Decimasexta auctoritas est, quòd Archiepiscopus potest in sua prouincia concedere indulgentias, *cap. nostro, de pœnitent. & remiss. cap.1. eodem tit. in 6.* Immo secundum *Borgasium, de irregular. par. 8. tit. de dispensat. Archiepiscopor.* Archiepiscopus in quinque casibus habet iurisdictionem in pœnitentialibus, in subditos Suffraganeorum. Primus, dum visitat, vt supra dixi: secundus, quando concedit indulgentias, vt etiam supra dixi: tertius, quando Episcopus est suspensus ad tempus, & esset opus dispensatione pro magno bono faciendo, vel scandalo vitando, dispensabit Archiepiscopus, ex quo in tali casu Capitulum non succedat Episcopo, vt notatur *in cap. graue, & ibi Abb. de præbend.* quartus, vbicumque Suffraganeus ex culpa sua ius dispensandi perdidit, vt notatur *in cap. diuersis fallacijs, de clericis coniugatis,* quintus, quando Episcopus non vult dispensare, & dispensatio est debita, vt dixi.

18 Decimaseptima auctoritas est, quòd Archiepiscopus potest per totam prouinciam, in quolibet loco, etiam exempto, ante se facere
19 deferri Crucem, benedicere populo, audire publicè, vel priuatim diuina officia, celebrare in Pontificalibus, & coram se celebrari facere, sine tamen Pontificalibus. *Clement. Archiepiscopus, de priuileg.* Et hodie ex Decreto Clementis VIII. incipiens, *decet Episcopus,* cauetur, quod possint Episcopi in Ecclesijs Regu-
20 larium, etiam Cassinensium, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis indutis, cum mitra, vel etiam sola cappa interesse, dum functiones Pontificales exercebunt, aut

aut actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur, & Regulares teneantur attollere Baldachinum; quod si neglexerint, liceat Episcopis illud asportari facere, & inobedientes, & contumaces ab Episcopis per censuras compellantur, refert *Dominus Stephanus Quaranta, in summa bullarum, in verbo, priuilegia Regularium*. Sed dubium est post Concilium Tridentinum, quòd prohibet exercitium Pontificalium in aliena diœcesi, sine expressa licentia Diœcesani, *cap. 5. sess. 6. de reform.* & clarum est sub lata significatione vocabuli, appellatione Episcopi comprehendi Archiepiscopum, & propterea lex pœnalis, loquens de Episcopo, procedit in Archiepiscopum, *iuxta Gloss. communiter receptam, in cap. quia periculosum, in verbo, de Episcopis, de sententia excommunicationis, in 6.* sed contrarium est dicendum, quia lex pœnalis, vel correctoria non extenditur ad personas non comprehensas, sublata significatione vocabuli, quando militat diuersa ratio. *Imola in l. 1. §. si verò, ff. de solut. matrim. ex Glossa notabili, in Clem. 2. de ætat. & qualit. in verbo, in eisdem, & aliis*: prout in isto casu: siquidem Episcopus extra suam diœcesim habetur pro persona priuata. *Abb. in cap. sanè, de foro compet. Felin. in cap. cum inferior, de maior. & obed.* sed Archiepiscopus in prouincia habet magnam auctoritatem, & præeminentiam, & ipse gerit curam, & sollicitudinem totius prouinciæ, *cap. 1. 21. distinct.* & grex prouinciæ sibi commissus est, *cap. quoniam, 75. distinct.* & subditus dicitur esse de districtu Metropolitani. *Domin. in cap. fin. in princip. de offic. delegat. in 6.* & ratione præeminentiæ defert ante se Crucem in tota prouincia, etiam in loco exempto, qui dicitur esse de prouincia, vt dicit *Bonif. in d. Clem. Archiep.* sed anno 1599. cum vellet Illustris. Archiepiscopus visitare monasterium Monialium Sanctæ Claræ, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, fuit dubitatum per quosdam, an posset ante se deferre Crucem intus monasterium? & videbatur, quod non: siquidem, vt notat *Bonifacius in d. Clem. Archiep. de priuileg.* non potest Archiepiscopus declinare ad loca exempta Ciuitatis causa visitationis, vel exercendi iurisdictionem, sed causa hospitalitatis charitatiuè, vt *in cap. cum Episcopus, de officio Ordinarij, in 6.* & cum Clementina prædicta concedat delationem Crucis, debet intelligi in casu hospitalitatis, quo potest tanquam Archiepiscopus accedere ad dicta loca, non in alio casu speciali, prout est, quando accedit tanquam delegatus; est enim concessio dictæ Clementinę exorbitans, & strictè interpretanda, *l. si verò, §. de viro, ff. soluto matrim.* considerabatur etiam illud verbum, declinare, quod videtur innuere, quando Archiepiscopus accedit ad loca exempta per modicum tempus, & per transitum. In contrarium est veritas: primò, quia dicta Clementina generaliter loquitur, ergo generaliter est intelligenda, *l. 1. §. generaliter, ff. de legatis præstandis,* & declinare Episcopus dicitur etiam, quando accedit ad Ecclesiam causa visitationis, *cap. cum ex officij, de præscript.* Secundò, quia ratio,

ratio, propter quam Archiepiscopo conceditur delatio Crucis, cum accedit ad loca exempta, est ratione vniuersalis præeminentiæ prouinciæ, & propter reliquias præcedentis subiectionis ante exemptionem, vt dicit *Bonif. in d. Clem. num. 4.* licet ante dicta Clementina, secus videretur, *iuxta Zabarellam ibi*, quæ ratio militat tàm in casu visitationis, quàm in casu hospitalitatis, *l. illud, ff. ad leg. Aquiliam*, nec etiam ratio diuersitatis reddi potest, cur in casu hospitalitatis sic, & non in casu visitationis, *l. adigere, §. quamuis, de iurepatron.* Præterea nullum poterat oriri præiudicium; siquidem *dicta Clem. in fine*, in specie dicit, quod nullum inferatur exemptioni præiudicium, & sic Illustriss. Archiepiscopus visitauit dictum monasterium, & Moniales, faciens ante se deferri Crucem, postea reperi, *Vincentium de Franchis* idem concludentem *in decis. 711. vol. 4.*

21 Decimaoctaua auctoritas. Potest Archiepiscopus interdicere prædicationem in tota prouincia in casu, *cap. tuarum, de priuileg.* qui textus est extendendus ad similes personas contentas *in d. cap. tuarum. Felin. in cap. pastoralis, de officio Ordinarij*; vt dixi supra.

22 Decimanona, Archiepiscopus potest exules facere à tota prouincia delinquentes in sua diœcesi, *cap. 2. de arbitris, cap. tuarum, de priuilegijs*, & cum fuisset de hoc in Curia Archiepiscopali dubitatum, vltra prædicta iura, fuit etiam allegata antiqua consuetudo, quæ extendit vires Imperij, *l. testium, §. fin. ff. de testibus. Baldus in l. exequutorem, C. de exequution. rei iudic.* vbi dicit, de iure non posse quem delegari in locum non subditum, *l. relegatorum, §. hoc genus, & ibi Bart. ff. de interd. & releg.* sed consuetudinem generalem aliter se habere, & esse seruandam. Quod verò ad relegationem Curiæ Archiepiscopalis relegat in Insulas prouinciæ; nempe in insulam Hysciæ, vel diœcesis, vt in insulam Prochitæ.

23 Vigesima auctoritas. Archiepiscopus potest vti pallio intra quamlibet Ecclesiam suæ prouinciæ, *cap. 1. de auctorit. & vsu pallij*, & ante susceptum pallium, licet sit consecratus, non sortitur nomen Archiepiscopi, & non potest consecrare, nec conuocare Concilium, nec Chrisma conferre, Ecclesiam dedicare, aut clericos ordinare, etiam si pallium in alio Archiepiscopatu habuisset, cum oporteat petere nouum pallium; potest tamen, quando vult, Missam sine sandalijs, & pallio celebrare; potest etiam huiusmodi consecrationes ante pallij susceptionem alteri committere, dummodo non sit in mora petendi pallium; potest etiam clericos ordinare, & exercere Pontificalia in aliena diœcesi, nomine, & ad instantiam aliorum Episcoporum. *Innocent. in cap. Suffraganeis, de election. Ioan. Baptista Ferrett. latè in consil. 90.* nec ante pallium habitum potest ante se deferri facere crucem, nec pallio potest vti extra prouinciam, nec in prouincia omni tempore; sed in celebratione Missarum, & in festis præcipuis, non in processionibus, neque in Missis defunctorum, & pallium est personale; nec potest accommodari, vel in mor-

in morte alicui relinqui; & cum eo Archiepiſcopus ſepeliri debet, vt habetur in Pontificali Romano, vbi exprimuntur dies, in quibus poteſt Archiepiſcopus vti pallio; *quæ omnia habentur in toto tit. de auct. & vſu pallij*. Archiepiſcopus verò, qui renunciauit Archiepiſcopatui, poteſt exercere pontificalia in prouincia, & alibi, permittentibus Epiſcopis, non autem poterit pallium deferre, etiam de licentia Epiſcoporum, *cap. ad ſupplicationem, de renunc. Pariſ. de reſignat. beneficiorum, lib. 1. quæſt. 17.*

24 Vigeſimaprima. Archiepiſcopus in tota prouincia poteſt admonere monachos, & alios regulares vagabundos, & apoſtatas, vt redeant ad ſua monaſteria, monendo prius Epiſcopos Suffraganeos, vt id exequantur; deinde regularium ſuperiores, vt eos reducant; quibus negligentibus, ipſe compellet Regulares, & etiam ſuperiores, *per textum in cap. quanto, de officio Ordinarij, vbi Doctores, præcipue Dominus Anton. num. 6.*

26 Vigeſimaſecunda. Archiepiſcopus poteſt iniungere ſuis Suffraganeis, vt ſeruari faciant, quod ſeruatur in Metropolitana, *cap. dilectus, il 2. de ſimonia*; quem textum arbitror procedere, vt poſſit iniungere, quæ de iure ſeruanda ſunt, nempè, vt ſubditi caueant à labe ſimoniaca, iuxta terminos dict. tex.

27 Vigeſimatertia. Archiepiſcopus vocat Epiſcopos Suffraganeos ad Concilium Prouinciale, in quo ipſe eſt caput, 18. *diſt. per totum, capit. 2. ſeſſ. 24. in Conc. Trident. de reform.* & qui vocati renuerint accedere, poſſunt à Metropolitano communione priuari, *cap. ſi quis Epiſc. dicta diſt.* ex alia verò cauſa Epiſcopi prouinciales prætextu cuiuslibet conſuetudinis ad Metropolitanam Eccleſiam inuiti accedere non tenentur, niſi pro celebrando Concilio Prouinciali, *d. cap. 2. ſeſſ. 24.*

28 Vigeſimaquarta. Abſentia Epiſcopi comprobanda eſt à Metropolitano, & in ſcriptis non reſidentes poteſt cum Concilio Prouinc. punire, *cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. Conc. Trident.* & ex Bulla Pij V. nec ſcientia Metropolitani excuſat Epiſcopum non reſidentem ſine licentia in ſcriptis obtenta. *Nauarr. conſ. 22. de clericis non reſident.* quia ſcientia inferioris à Principe non inducit diſpenſationem. *Abb. in cap. diuerſis fallacijs, de clericis coniug.* Quando verò cauſæ abſentiæ ſunt notoriæ, vel repentinæ, ſufficit eas ſignificare Metropolitano, *d. cap. 1.*

29 Vigeſimaquinta. Archiepiſcopus tamquam delegatus Apoſtolicæ Sedis, poteſt compellere Regulares exemptos exiſtentes ſub immediata Sedis Apoſtolicæ protectione, quorum monaſteria in ſua prouincia ſita ſunt, vt quolibet triennio celebrent Capitulum Prouinciale, *c. 8. ſeſſ. 25. de Regul.* & alia facere, prout in d. textu, qui in aliquibus prouincijs non eſt in obſeruantia, vt dicit *Nauar. in conſil. fin de Regular.*

30 Vigeſimaſexta. Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem in tota prouincia, ſtante conſuetudine, *c. 1. §. nec etiam, de foro comp. in 6.*

31 Vigeſimaſeptima. Archiepiſcopus in caſibus, in quibus poteſt



iudi-

iudicare ſubditos Suffraganeorum, poteſt cum eis diſpenſare. *Felin. in cap. paſtoralis, num. 7. de officio Ordinarij;* & ſupra dixi *in præcedenti capit.*

32 Vigeſimaoctaua. Archiepiſcopus cum duobus antiquioribus Suffraganeis poteſt in prouincia erigere vnum, aut plura collegia Seminarij. Conc. Trid. *c. 18. ſeſſ. 23. de reform.*

33 Vigeſimanona. Ad conſecrationem Metropolitani debent concurrere omnes Suffraganei; *capit. qui in aliquo, 51. diſt. & capit. ſi Archiep. cum ſeqq. de tempor. ordinat.*

34 Trigeſima. Vocati Suffraganei ab Archiepiſcopo pro conſecratione alterius Suffraganei, tenentur accedere, *cap. non debet, cum ſeqq. 65. diſt. dict. capit. ſi Archiepiſcopus. Cardin. Alexand. in capit. ſi Epiſcopus, 18. diſt.* & vbi vult Metropolitanus, ibi conſecrari debet.

35 Trigeſimaprima. Epiſcopus, qui in Metropolitana ciuitate non fuit ordinatus, intra duos, vel tres menſes proprij Metropolitani præſentiam viſurus accedere tenetur, vel impeditus ſcribere, vt ab eo monitis Eccleſiaſticis inſtructus, plenius quid obſeruare debeat, recognoſcat, *capit. cum longè, 63. diſtinct. & cap. ſi quis, 65. diſtinct.* Dicitur etiam

36 Archiepiſcopus pater Epiſcoporum, & ipſi maximam obedientiam, & reuerentiam præſtare debent Suffraganei; nec poſſunt coram ipſo deferre rochettum detectum, *vt in Concil. Prouinc. Mediol. 5. de Epiſc.*

Adnotandæ ſunt declarationes Sacræ Congreg. Epiſcoporum æditę anno 1600. quæ nonnullas ambiguitates, & controuerſias inter Archiepiſcopos, & Epiſcopos dirimunt, quarum tenor eſt. Ad tollendas ambiguitates, & controuerſias Iuriſdictionales, quæ inter appellationum, & prioris inſtantiæ Iudices, non ſine partium diſpendio, curſuſque iuſtitiæ impedimento, & ſæpè cum ſcandalo oriuntur, Sacra Congregatio in cauſis Epiſcoporum pręposita, facta prius relatione Sanctiſs. D. N. Clem. VIII. ac de Sanctitatis ſuæ mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito in hunc, qui ſequitur, modum ab omnibus, ad quos ſpectat, in poſterum fieri, ac ſeruari debere mandauit, & mandat.

Metropolitani Epiſcopi, Primates, aut Patriarchæ in Suffraganeos eorumque ſubditos non iudicent, niſi in caſibus à iure expreſſis.

Item nec alij ſuperiores, etiam Nuntij, vel Legati de latere ſpecificam facultatem maiorem non habentes, cauſas in curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad ſe aduocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorem Iuriſdictionibus, quoad alias cauſas, eximere non poſſint.

38 Appellationes numquam recipiantur, niſi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius conſtiterit, appellationem à ſententia definitiua, vel habente vim definitiuæ, aut à grauamine, quod per definitiuam ſententiam reparari non poſſit in caſibus à Iure non prohibitis per legitimam perſonam, & intra debita tempora fuiſſe inter-

interpositam, ac prosecutam.

Nec, dum causa coram inferioribus Iudicibus pendet, ante definitiuam sententiam, vel vim definitiuæ habentem, de grauamine illato superiores cognoscere valeant, licet citra præiudicium cursus causarum se id facere contestentur; nec ad hunc effectum liceat ijs inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis appellantis.

39 Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti definitiui, vel habentis vim definitiuæ, vel damnum per definitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque sint ipso Iure nulla, eisque impune non parere liceat.

40 Si appellans, afferat, sententiam, aut appellationis exemplum culpa Iudicis, vel actuarij habere non posse, non ideò recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, iniungi poterit, vt soluta condigna mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur. Caueat tamen Iudex, à quo, ne si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in præiudicium appellantis attentet, & si per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit, acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit Iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur.

41 Ab executione decretorum Sac. Concilij Trid. aut visitationis Apostolicæ appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute eiusdem Sacri Concilij procedant, vti Sedis Apostolicæ delegati, in causis, quæ sub eorum Iurisdictione ordinaria non comprehenduntur: salua tamen in hoc casu legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum auctoritate.

In causis verò visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum deuolutiuum tantum admittantur, nisi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cum visitator, citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit; tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensiuum.

42 Cum à grauamine, quod per definitiuam reparari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatæ, appellatur, non nisi visis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouisio aliqua concedatur.

43 Causa appellationis pendente appellans in eodem, quo reperitur carcere permanebit, quoad iudex, ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreuit, & tunc si à Iudicis, ad quem, decreto, vim definitiuæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per Iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

44 Acta originalia processuum primæ instantiæ ad Iudicem appella-

tionis Notarius mittere non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, & ſuſpicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium, vt in ſuo Archiuio conſeruentur.

45 Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non poſſit, niſi auditis partibus, & cauſa cognita, tuncque ſi conſtiterit eam iuſtam eſſe ad Iudicem, qui excommunicauit, appellans remittendus eſt, vt ab ipſo iuxta Sacros Canones beneficium abſolutionis, ſi humiliter petierit, debitamque emendationem præſtiterit, obtineat: ſi verò iniuſtam eſſe clarè appareat, ſuperior abſolutionem impendat, ſi dubitetur, honeſtius eſt, vt ad excommunicatorem intra breuem aliquem competentem terminum eidem præficiendum abſoluendus remittatur: licet etiam ſuperior hoc caſu id ipſum per ſe præſtare iure poſſit.

46 Abſolutio ad cautelam, non niſi parte citata, & viſis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure, ſi occurrat dubium facti, vel probabile dubium Iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præſtita per excommunicatum cautione de ſtando Iuri, & parendo mandatis Eccleſiæ tantum: & ſi iuxta formam à Iure præſcriptam apparebit, quem ob manifeſtam offenſam excommunicatum fuiſſe, debitam etiam ſatisfactionem præſtare; & ſi ob contumaciam manifeſtam, expenſas pariter ſatisfacere, & cauere de Iudicio ſiſti coram excommunicatore quis tenebitur prius, quam ad cautelam abſoluatur.

47 A ſententia etiam definitiua contra verum contumacem prolata appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouiſio, quamdiu appellans in huiuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur. Romæ in Sacra Congregatione die 13. Octobris 1600.

Alexander Florent. Card.

*Hieronymus Acutius Secret.*

*SVMMARIVM.*

1 *Concilium Prouinciale à quo conuocari debeat, quando, & quomodo.*

2 *Vocandi qui ſint ad Concilium Prouinciale, & qui accèdere teneantur.*

3 *Ordo ſedendi in Concilio Prouinciali.*

4 *Votum qui habeat in Concilio Prouinciali.*

5 *Impediti accedere ad Concilium Prouinciale, quid facere teneantur, & non impediti quomodo cogendi.*

6 *Concilium Prouinciale quam poteſtatem habet, & de quibus poteſt diſponere, ſeu cognoſcere.*

7 *Concilium Prouinciale an cognoſcat de delictis Metropolitani.*

8 *Concilium Prouinciale an concedat indulgentias, & quas.*

9 *Concilium Prouinciale de quibus cauſis Epiſcoporum cognoſcat.*

10 *Concilium Prouinciale an liget exēptos.*

11 *Concilium Prouinciale an debeat notificari ab Epiſcopis.*

12 *Concilium Prouinciale per quod temporis ſpatium durare debeat.*

13 *Concilium Prouinciale an poſſit allegari ſuſpectum.*

14 Epi-

14 *Episcopus pro accessu ad Concilium Prouinciale an possit petere charitatiuum subsidium.*

15 *Concilium Prouinciale non debet publicari inconsulto Romano Pontifice, sed Synodus diœcesana potest sine eo publicari.*

16 *Prælati inferiores tenentur eligere Metropolitanum viciniorem, cuius Synodo Prouinciali intersint.*

17 *Capitula exempta an teneantur ad obseruantiam decretorum Concilij Prouincialis, ad quod eorum Episcopus accessit.*

18 *Episcopi exempti an præcedant Episcopos non exemptos in Concilio Prouinciali.*

19 *Decretum Concilij Prouincialis, quod præbenda lectionis Sacræ Scripturæ detur digniori per concursum; & si detur digno, omisso digniori, collatio sit nulla, non valet.*

20 *Constitutio Episcopi, quod electio facta, vno contẽpto, sit nulla, nõ valet.*

## De Concilio Prouinciali latè. Cap. LXXXIX.

1 CONcilium Prouinciale ab Archiepiscopo saltem quolibet triennio conuocari debet ex Conc. Trid. *sess.24. capit.2. de reform.* & ad ipsum solum spectat, non ad inferiores, *cap. si quis Episcoporum, capit. quoniam, & capit. propter*, 18. *dist.* & *ibi Doct.* sede tamen Metropolitana vacante Episcopi prouinciæ se congregare possunt ad ipsum celebrandum. *Archidiac. Gem. in capit. placuit*, 18. & *in cap. propter.* vbi *Turrecremata, & Præpos.* Metropolitano impedito, antiquior conuocare debet. Concil. Trident. *d. cap.* 2. verum si immineret necessitas, posset ante tempus congregari. *Alexan. in capit. de Concil.* 18. *distinct.* nec Concil. Trid. hoc prohibet *d. cap.* 2. eiusque conuocatio fit per litteras, & sufficit vna citatio, *cap. si Episc.* & ibi *Gloss.* 18. *dist.* Secundo quæro, qui teneantur accedere ad Concilium Prouinciale? Respondeo primo, Episcopi, *dist.* 18. *per totum, & capit.* 2. *sess.* 24. *de reform.* etiam Episcopi exempti, qui eligere debent aliquem Archiepiscopum viciniorem, cuius Concilio Prouinciali intersint, *d. cap.* 2. Et nota, quòd electio semel facta Metropolitani non potest mutari, & ligat successores. Sacra Congreg. Secundo, Abbates eiusdem Prouinciæ, *capit. ex ore, de priuileg. cap. vt Apostolica, eod. tit. in* 6. quòd intelligo, quando habent populum, vel membra non exempta, *vt in dict. capit. ex ore, & Gloss. in dict. capit. auctoritate.* Tertio, Abbates Commendatarij, ex declaratione Gregorij XIII. facta Episcopis Concilij Rothomacen. quam infra ponam. Quarto, Capitula Cathedralium sunt de necessitate inuitanda, *cap. fin. de his, quæ fiunt à Præl. sine consen. Capit.* Quinto omnes, qui de consuetudine interesse debent, *dict. cap.* 2. *sess.* 24. Sed hic quæro, an omnes isti sint de necessitate vocandi? & videtur, quod de necessitate tantum sunt vocandi Episcopi, & non alij, *ex Innoc. Ostien. Zabarel. in c. grraui, de præben.* sed ex Conc. Trid. *d. cap.* 2. cum omnes, qui de iure, vel de consuetudine interesse debent, exceptis his, quibus imminenti periculo transfetandum esset, conuenire omninò teneantur,

tur, ſequitur, quòd de neceſſitate ſunt vocandi; declarauit etiam Gregor.XIII. vt infrà.

3 Quæro tertiò, de ordine ſedendi in Concilio Prouinciali. Reſpondeo, poſt Archiepiſcopum primo ſedebunt Epiſcopi, ſecundum tempus ordinationis eorum, non autem dignitatem, aut ordinem Eccleſiarum, *cap.ſi.*17.*diſt.*& habetur in declaratione Gregorij XIII. de qua infra; ex quo infertur, quòd Epiſcopus exemptus, vel Epiſcopus, qui fuerit Archiepiſcopus, debet ſedere ſecundum tempus ordinationis. Faciunt notata *in c.à collatione, de appellàt. in* 6. quòd tempus ordinationis in omnibus actibus Concilij ſeruandum eſt in ſubſcribendo, ſedendo, & votando, & alijs, *vt in d.c.ſi.diſt.*17. Secundò loco ſedebunt Abbates. Tertiò Commendatarij. Quartò dignitates. Quintò Procuratores Epiſcoporum: & Capit. Cathedr. & ſi Canonici capitulariter interuenire voluerint, præcedunt etiam Abbates habentes vſum mitræ, & baculi, ex declaratione Greg.XIII. de qua infra, & habetur in Archiepiſcopali Bonon. vbi ſuprà, quòd fuit à Sacra Congregat. Concilij approbatum: bonum tamen eſt in principio Concilij interponere decretum; quod ſi contigerit aliquos in loco ſibi debito non ſedere, nullum cenſeatur inferri præiudicium, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio.

4 Quæro quartò, qui habeant votum in Prouinciali Concilio? Reſpondeo, ſolùm Epiſcopi habent votum deciſiuum, alij verò Abbates, & Commendatarij, Capitulorum deputati, & Procuratores Epiſcoporum vocem tantum conſultiuam habent. Poſſunt tamen dicti Procuratores Epiſcoporum habere deciſiuam, ſi Concilio Prouinc. placuerit. Greg.XIII. vt infra, & habetur in d. Archiepiſc. Bononien. & Capitula Cathedralium interueniunt in Conc. & votum habebunt, etiam ſi tractetur de rebus ad ipſa non ſpectantibus, ſecundum opinionem *Ioannis Imol. in d. c. fin.* ſed contrarium habetur in d. Archiepiſcopali, vt tantum pro intereſſe eorum. Et attenditur maior pars votorum, quamuis diſſentiat Archiepiſcopus, qui nihil poteſt diſponere in concernentibus totam prouinciam ſine conſenſu Suffraganei, *c.ſicut olim, de accuſat. Nauar.conſil.*1.*de his, quæ ſi. à Pral. ſine conſen. c.* 40. latè de Concil. Prouinc. *q.*23. ſed an aliqui viri docti poſſint intereſſe? poſſunt ad votum conſultiuum, de conſenſu maioris partis Concilij, & ad deciſiuum, de conſenſu omnium Epiſcoporum, *ex Abb. in cap. ſcriptum, de elect.* qui loquitur in Concilio generali.

5 Impediti accedere ad Concilium Prouinciale, tenentur mittere Procuratores, cum ſpeciali mandato ad iurandum, & ſuſcipiendum ea, quæ in Concilio ſtatuuntur, *capit. Epiſcopus,* 18. *diſt.* vbi *Card.* excuſantur tamen exiſtentes vltra mare cum maximo periculo, *d.c.*2.*ſeſ.*24. item ex alia graui neceſſitate, non leui; & excuſationem ſufficit mittere Metropolitano, non toti Concilio. *Alexandrinus in d.cap. placuit,* 18 *diſtinct.*40.*quæſt.*14. Non impediti, ſi non veniunt, vel illicentiati diſce-

discedunt, antequam synodus absoluatur, sunt excommunicandi à synodo, & non debent absolui per singulos Prælatos synodi, sed ab ipsa synodo tantum, *cap. si quis*, 18. *dist.* intellige, quando per sententiam synodi, secus si per statutum. Sed melius est dicere, vt possint Episcopi non impediti priuari communione aliorum Episcoporum, vsque ad futurum Concilium, vnde non erunt prohibiti celebrare diuina officia, & recipere Ecclesiæ sacramenta, & communicare cum cæteris Episcopis, sed tantum erunt suspensi à communibus negotijs cum alijs Episcopis, *Glos. Card. Alex. d. c. placuit*; poterunt etiam, si primò, secundò, & tertiò moniti non venerint, excommunicari. *Iacobatius de Concil. lib. 2. art. 4. quæst. 5.* Item poterunt Episcopi moram purgare, quamdiu Concilium non est absolutum. *Doct. in d. c. si Episcopus*; & si non omnes Episcopi venirent, potestas deuoluitur ad accedentes etiam numero pauciores. *Iacobatius de Conc. lib. 5. art. 7.*

6 Quæro de potestate Concilij Prouincialis. Respondeo, Concilium Prouinciale cognoscit de omnibus causis Ecclesiasticis totius prouinciæ, *c. propter*, 18. *dist.* Item examinat delicta non solum Suffraganeorum, de quibus infra, sed etiam subditorum Suffraganeorum, *c. graue, de præb.* cognoscit de omnibus causis, nedum per appellationem, sed etiam per simplicem querelam. *Card. in c. de Conc.* 18. *dist.* in ipso audiuntur omnes querelæ læsorum, & subditi Suffraganeorum: siue in ciuilibus, siue in criminalibus habent ius reuocandi domum, si pro specialibus negotijs fiat Concilium, secus si pro omnibus negotijs emergentibus, nisi Concilium fiat de longinquo; exceptis causis, quæ de sui natura tractantur in synodo. *Zabarell. in d. cap. graue, de præben. Bott. de synod. Episc. 3. par. num. 41. q. 32.* Item Concil. Prouinc. potest facere statuta, non tamen contra ius, sed ipsum adiuuando, vel præter ius, sicut Episcopus, *cap. innotuit*, & ibi *Abb.* de eo, qui furtiuè ordinem suscepit, *Doct. in d. c. sicut.* Item deputat personas, quibus causæ committuntur, *iuxta cap. statutum, de rescript. in sextò, capit.* 10. *sess.* 25. *de reform.* prouidet circa modum canendi, & celebrandi diuina officia, *capit.* 12. *sess.* 24. *de reform.* examinat angustias, & tenuitates redditúum Cathedralium ad finem augendi nouis prouentibus, *cap.* 13. *d. sess.* 24. Iudicat de licentijs non residendi, *cap.* 1. *sess.* 23. corripit Archiepiscopum, & alios superiores negligentes in erectione Seminarij, ac ipsos compellit, *cap.* 18 *sess.* 23. *de reformat.* In eo fit diligens inquisitio, an collatores contulerint beneficia indignis, qui collatores ab eodem post primam, & secundam monitionem, si culpabiles fuerint reperti, suspenduntur à collatione beneficiorum, *capit. graue, de præben.* & ex Concil. Trid. multa facit, quæ per te videre potes, *vt in capit.* 18. *sess.* 24. *capit.* 3. *eadem sess. & capit.* 9. *&* 14. *& sess.* 25. *de reform. capit.* 11. *& de Regularibus, capit.* 22. *& de indulgentijs, & de reliquijs, sess.* 25. Non tamen potest statuere, vt Suffraganei, vel

V 4 Capi-

Capitula non dimittant ordinandos ad alios, quam ad suos Prouinciales Episcopos, nisi id faciant ex rationabili causa, pro correctione scilicet prouinciæ. Ita Sacra Congregat. declarasse fertur super
7 *cap.10.sess.7. de refor.* neque cognoscit de delictis Archiepiscopi, *capit. graue, de præben.* quidquid dicat *Nauar.* & malè *in consil. 7. de maior. &*
8 *obed.* Item concedit Indulgentias, & tantum quadraginta dierum, sicut Episcopus, quamuis in eo intersit Archiepiscopus; & ita communiter à Doct. teneri affirmat *Henriq. de indulg. cap. 31. §. 4.* sic etiam quando plures Episcopi concurrunt in consecratione basilicæ cum Archiepiscopo, non possunt plus concedere, quam vnus Episcopus, scilicet vnum annum. *Henriq.* latè *vbi suprà, cap. 32. §. 1.*
9 Item Concil. Prouinciale cognoscit de delictis minimis Episcoporum, *d. c. 2. sess. 24.* Quæ causæ Episcoporum, si non potuerunt propter breue temporis spatium definiri, & terminari, ad Metropolitanum remittentur de iustitia terminanda, vt habetur in dicto Archiepiscopali Bononien. de causis in foro Episcopali, fol. 669. quod fuit à Sacra Congreg. approbatum, vel Concilium Prouinciale poterit dictas causas terminandas deputare alijs etiam non Episcopis, qui dissoluto Concil. Prouinciali poterunt procedere; & non expirat eorum iurisdictio, si prius cœperint cognoscere, *ad not. de offic. deleg. cap. gratum, & capit. relatum*; & Concil. Prouinc. dicitur habere potestatem ordinariam. *Alexandrinus in capit. experientiæ.* In eo etiam leguntur, & publicantur decreta Pauli III. & Pij IV. *de residen. capit. 1. sess. 24. de reform. matrim.* & alij Canones, & bullæ Principales.

10 Concilium Prouinciale supplet negligentiam Metropolitani circa iustitiam ministrandam, *cap. si Metropolitanus*, vbi *Alexandrinus 6. q. 4.* Item potest cognoscere de causis appellationum interpositarum à Metropolitano ad ipsum Concilium, *gloss. in capit. multis, 17. distinctione, & ibi Doctores.*

11 Concilium Prouinciale ligat omnes subditos totius prouinciæ etiam exemptos in casibus, in quibus de iure communi, & ex Concil. Trid. specialiter Episcopis, aut Concil. Prouinciali in ipsos potestas tributa est, & contra inobedientes iuris remedijs est procedendum ex declaratione Gregorij Decimitertij, de qua infra.

12 Concilium Prouinciale singuli Episcopi infra sex menses debent notificare in suis diœcesibus, *capit. fin. 18. dist.* subducitur tamen tempus, quo Ordinarius potuit redire de Concil. & tempus vulgarizandi ex latino, vt idiotæ intelligant. *Quar. q. 29.*

13 Concilium Prouinciale durare debet, & solet tribus, quatuor, vel paucis diebus. *Ost. in d. cap. graue de præb.* & non debet vltra vnam hebdomadum differri, nisi propter imminentia negotia. *Card. Alexan. in c. propter, il 1. 18. dist.*

14 Concilium Prouinciale potest allegari suspectum per *cap. ad Rom. il 1. & il 2. 2. q. sexta. Nauar. consil. 2. de appell.*

Epi-

15 Eipſcopus pro acceſſu ad Conc. Prouinc. poteſt petere charitatiuum ſubſidium, *Bellenc. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 23.* Sequuntur declarationes factæ à Greg. XIII. Epiſcopis Concilij prouincialis Rothomacen. die 8. Martij, 1582. ad difficultates, & ſupplicationes pro parte d. Conc. propoſitas, quæ reperiuntur impreſſæ in fine dicti Concilij in hunc modum, omiſſis propoſitionibus.

Prima, in actibus Conciliorum Prouincialium attendendum eſſe tempus ordinationis Epiſcoporum, non autem dignitatem, aut ordinem Eccleſiarum.

Secunda, Commendatarios inter Abbates recipiendos eſſe.

Tertia, Canonicos Cathedralium Eccleſiarum præferendos eſſe, quando capitulariter procedunt; Abbates benedictos, & qui vſum mitræ habent, præcedere Commendatarios. Poſt hos locum obtinere Dignitates, poſtea collocandos eſſe Procuratores.

Quarta, non teneri, niſi eos, qui de iure, vel conſuetudine intereſſe debent; Capitula tamen Eccleſiarum Cathedralium ſpecialiter inuitanda eſſe; obligari autem ad decreta Concil. Prouinc. omnes, qui Epiſcoporum iuriſdictioni ſubduntur exemptos, etiam in caſibus, in quibus de iure communi, & Concil. Trident. ſpecialiter Epiſcopis, aut Concil. Prouincial. in ipſos poteſtas tributa eſt, & contra inobedientes iuris remedijs procedendum.

Quinta, Abbates Commendatarios Capitulorum, deputatos vocem dumtaxat conſultiuam habere, Epiſcoporum procuratores poſſe, ſi Concilio Prouinciali placuerit, & deciſiuam habere.

Vltimò circa hanc materiam Concilij Prouincialis notandum, quod Epiſcopi, quando ſedent in Concilio Prouinciali, poſſunt etiam coram Archiepiſcopo deferre rochettum detectum, vt habetur *in Cæremoniali Romano*, ſunt enim omnes coniudices, alibi vero non, vt ſupra dixi *in cap. præced.*

16 Adnotandum, decreta, quæ in Concilijs Prouincialibus conduntur, non debere publicari inconſulto Romano Pontifice, ſed non decreta, quæ fiunt in ſynodis diœceſanis, quia poſſunt publicari; mittentes autem diœceſanas ſynodos ad Sedem Apoſtolicam, laude digni ſunt. Ita fertur pluries declaraſſe Sacra Congreg. Conc. Trid. præſertim in vna Florentina, & Ianuen.

17 Item fertur declaraſſe, quod non ſolum Epiſcopi exempti tenentur eligere viciniorem Metropolitanũ, ſed etiam Prælati inferiores, qui hanc electionem liberam habent, licet eorum Capitula cõtradicerent, quæ Capitula tenentur ad eandem obſeruantiam decretorum in Concilio Prouinciali editorum, ſicut ipſi eligentes, in vna Tranenſi. Item

18 quod Capitula, etiam exempta, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, tenentur ad obſeruantiam decretorum illius Concilij Prouincialis, ad quod eorum Epiſcopus acceſſit, in vna Vercellenſi.

19 Notandum circa num. 3. *gloſ. in cap. per tuas, de maior. & obed.* tenere, Epiſcopum exemptum præcedere non exemptum: contrarium tenet *Abbas*, vt non præferatur prius ordi-

ordinato, sed cęteris paribus: & hęc est vera opinio, cum *text. in cap. fin. dist. 17.* dicat, non esse habendam rationem dignitatum; idem in Gallia seruari refert *Cassan. in Catalogo Glor. mund. 4. par. consid. 44.* vt solum prioritas promotionis attendatur, & non alia, quæ facere possent ad habendum altiorem locum.

20 Adnotandum circa num. 6. quod nullius momenti est decretum Concilij Prouincialis, quod præbenda lectionis Sacræ Scripturæ detur digniori per concursum, & si detur digno, omisso digniori, sit nulla, quia est contra ius: quandoquidem electio facta de digno, omisso digniori, tenet *cap. cum nobis olim, de electione, cap. nisi cum pridem, §. ne pro defectu, de renunc. cap. fin. de præsumpt.* & est communis opinio *Couar. Canonistas, & Theologos cumulat in Reg. peccatum, in 2. par. §. 7. versic. is demum*, licet enim electio debeat fieri de digniori, tamen iura, ob difficultatem perpensionis, & æquilibrij meritorum cuiuslibet, pro quiete Reipublicæ statuerunt, validam esse electionem factam de digno, ne inuoluatur vniuersa Respublica maximis, & acerbissimis litibus, quales sunt illæ, in quibus de meritis hominum agitur; quotidie enim merita,

21 & demerita cuiuslibet essent in foro ventilanda, & propterea est nullum decretum supradictum; quemadmodum constitutio Episcopi, vt electio facta vno contempto sit nulla, eo quia Ius commune disponit eam validam, licet ab initio dicat omnes vocandos, & licet dicat illam cassari, & irritari posse. *Ioann. Andr. in Addit. ad Specul. tit. de elect. Imol. in cap. ex tua, de cleric. non resid. num. 12. Felin. in cap. quod super his, de maioritate, & obedientia*, & ita fuit dictum in vna Toletana Canonicatus, 18. Maij, 1584. coram Aldobrandino.

Et hæc breuiter scripsisse, sufficiat, ad laudem Dei, B. Mariæ semper Virginis, Beati Ianuarij huius Ciuitatis Neapolitanæ protectoris, D. Antonij, cuius festum hodie piè, & religiosè celebramus, ac omnium Sanctorum; in omnibus tamen me, totumque hoc meum opus, iudicio, atque correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ submitto.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus pro crimine læsæ maiestatis non potest puniri à Iudice laico, iuxta veriorem opinionem Doctorum.*

2 *Clerici in Regno Neapolitano in nullo casu subduntur iurisdictioni Iudicis laici, nisi in causis feudalibus.*

## De clerico committente crimen læsæ maiestatis, à quo sit puniendus. Cap. XC.

1 ANno Domini 1600. quidam Religiosus fuit inquisitus, & carceratus per Iudices laicos pro crimine læsæ maiestatis, ex quo prætendebatur coniurasse cum nonnullis alijs contra Regiam maiestatem, vt aliquas terras Regni Neapolitani traderent in manus Turcarum; huius occasione fuit acriter disputatum, an Ecclesiasticus pro crimine læsæ maiestatis posset puniri à Iudice laico, & Iudices laici acquieuerunt veriori opinioni, quod

quod in hoc crimine iurisdictio contra clericos pertineat ad Iudices Ecclesiasticos, quam probat latè *Ioann. de Terra Rubea in tract. qui sint rebelles, artic.5. 3. tract. in 16. & 17. conclus. Gigas in tract. de crimine læsæ maiestat. in tit. qui de crimin. læsæ maiestat. cognoscere possunt, lib. 1. quæst.6.* non obstante constitutione Regni, *De personis*, qua cauetur, quod si clericus commiserit aliquod delictum, debet iudicari, & condemnari per suum Episcopum, & non per Iudicem sæcularem; excepto, si commiserit crimen proditionis contra Regem, vel aliud magnum crimen; & ibi *gloss.* dicit, si esset crimen læsæ maiestatis; quoniam Princeps nullam iurisdictionem habet in personas Ecclesiasticas, & ideo non potest condere legem, quod clerici committentes crimen læsæ maiestatis sint sub iurisdictione Iudicis laici: ita concludit *Baldus in cap. si clericus, de pace tenenda*, quare dicta constitutio non habet vim in clericos, vt ibi dicit *Andreas de Isernia, & Afflictus*, maximè in Regno pro-
2 pter conuentionem inter Regem, & Romanam Ecclesiam, quod Rex nullam in aliquo casu habeat iurisdictionem in clericos, nisi pro bonis feudalibus, de qua facit mentionem *Afflictus in dicta constitut. de personis, & in constitutione Iustitiarius, num.32.* & habetur *in cap. Papæ Honorij*, quod incipit, *Item quod clerici, nisi pro bonis feudalibus*; & ita fuit dictum per Iudices laicos in casu proposito, nullam eis competere facultatem cognoscendi contra dictum Religiosum, non obstantibus instantijs fisci, qui allegabat pro tali delicto, quendam clericum Neapolitanum fuisse decapitatum; nam fuit dictum, fuisse malè iudicatum, vt testatur, & latè deducit *Vincentius de Franchis decis.691. in 4. part.* quare a Summo Pontifice Clemente VIII. felicis recordationis, fuit causa commissa Nuncio Neapolitano, dato adiuncto alio Consiliario Regio, Clerico tamen; qui fuit Dominus Petrus de Vera, vt interueniret tanquam delegatus à sede Apostolica; atque, vt testatur *Vincentius de Franchis loco citato*, alias per iudices laicos fuit processum contra Ecclesiasticos de hoc crimine inquisitos, tanquam Apostolicæ Sedis delegatos, igitur hæc disputatio in Regno finem accepit, vt cognitio pertineat ad Ecclesiasticum, nisi causa delegetur à Summo Pontifice; quæ delegatio innuit, apud eos nullam esse iurisdictionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Fustigari non debent clerici more laicorum.*
2 *Clericatus ordo nobilitat.*
3 *Clerici non sunt pœnis ignominiosis plebeiorum afficiendi.*
4 *Clerici non possunt voluntariè sese supponere percussionibus laicorum.*
5 *Pœnitentia solemnis non potest imponi clericis, & quare.*

## De pœna fustigationis non imponenda clericis. Cap. XCI.

1 Anno 1607. fuit in Ciuitate Neapolis imposita noua Gabella super fructibus, qui condiu-cun-

cuntur ad illam, & pro exactione dictæ Gabellæ fuit in foro magno destinata, & constructa quædam domuncula, vulgò *Barracche*, circa quam in pariete fuerunt depictæ imagines sanctorum Patronorum ciuitatis Neapolitanæ: & quia locus non erat decens pro dictis imaginibus propter corporis necessitates, quæ circa illum explebantur, Vicarius Neapolitanus mandauit clerico cursori Curiæ Archiepiscopalis, vt eius nomine iniungeret affictatori dictæ Gabellæ, quatenus dictas imagines depictas, cautè, & modestè cassari, seu calce cancellari faceret. Cursor fines mandati excedens, non inuento afflictatore, manu propria cum instrumento ferreo incepit destruere imagines. Populus, qui ægro animo ferebat dictam Gabellam, credidit Gabellam fuisse sublatam, & fuisse mandatum destrui etiam domunculam destinatam pro exactione: & confestim multitudo personarum properauit ad dictam domunculam, & in parte illam destruxerunt, mittentes etiam ignem: fuit dictus Clericus Cursor carceratus in Curia Archiepiscopali: prætendebatur pro parte Fisci Curiæ sæcularis, Cursorem tanquam auctorem tumultus publicè debere fustigari, more laicorum: neque hoc à pœnis Canonicis alienum esse videbatur, quandoquidem *in cap. 1. de calumniat.* à beato Gregorio Magno, subdiacono calumniosè diaconum accusanti, fuit imposita publica pœna verberum; de eadem pœna verberum est *text. in cap. vniuersitatis, de sentent. excom.* vbi dicitur, quod Iudex Ecclesiasticus potest mandare verberari Clericum, sed non per laicum. Fit etiam mentio *in cap. cum beatus, 45. distinct. & in cap. ante omnia, dist. 35.* Contrarium fuit determinatum in Curia Archiepiscopali, quia fustigatio more laicorum tenderet in dedecus totius ordinis Clericalis, sed alia pœna illum puniuisset, nisi causa alij commissa fuisset; pro qua determinatione faciunt infrascripta. Et primo, quod Clericatus ordo nobilitat, & dicitur dignitas, &
2 honor, *text. in l. atrocem, C. de Iniurijs, cap. denique, in princip. & ibi gloss. 4. distinct. cap. reperiuntur, 1. quæst. 1. Ostiens. Ioan. Andr. Butr. Panorm. & alij, in cap. eo libentius, de seruis non ordinandis. Tiraquel. de nobilit. cap. 9.* & talis quidem dignitas, quæ maior est omni alio honore sæculari, vt dicit *Bart. cons.* 180. *Ias. in l. generaliter, ff. de in Ius vocand.* quæ nobilitas operatur, vt etiam secundum
3 leges ciuiles Clericus non sit pœnis plebeiorum, sed nobilium afficiendus, *text. est notab. in l. 2. C. vt nemo priu. Tiraquell. loco citato.* Quare, quòd leges sæcularium ob reuerentiam Clericatus abhorrent, Iudices Ecclesiastici multò magis detestari debent. Hinc dicunt *Boer. consil. 4. num. 4. Petr. Placa in Epitome delict. lib. 1. cap. 1. num. 24.* clericum maledicum non teneri recanere palinodiam, quemadmodum nec alij nobiles, ad euitandam ignominiam: nec etiam Clericus more laicorum tenetur cedere bonis. *Abb. Imol. Anchar. in cap. Odoardus, de solution.* ne in opprobrium totius status Ecclesiastici cogatur mendicare, & dicit singulariter

textus

*textus in cap. contingit, el 1. de sentent. excommunicationis*, quòd licet valeat consuetudo, quod offendens aliquem, supponat corpus suum sponte triginta, vel pluribus percussionibus fustium, tamen in Clericis hæc consuetudo improbatur, quia huiusmodi manuum iniectio,
4 etsi non violenta, est nihilominus iniuriosa in dedecus totius ordinis Clericalis: semper enim Canones habuerunt respectum, ne ignominia afficiatur ordo Clericalis: & non ex alia ratione fuit statutum, quòd Clericus verberetur correctionis causa per alium Clericum, & non per laicum, *dicto cap. vniuersitatis*, quamuis consuetudo sit in contrarium, nisi vt dicit ibi *Abbas*, quia hoc esset ignominiosum in dedecus totius ordinis clericalis: exardescunt enim aliquando laici, magis, quam deberent in odium clericorum, *2. quæst. 7. cap. laicos*, & fustigatio more laicorum non esset sine magno scandalo: dicitur enim prima *Petri cap. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium*, vide aureum libellum de sacerdotio Euangelico R. Ioannis Caroli Potentij, in quo multa singularia tradit de dignitate Ecclesiasticorum.

Secundò adducitur ratio irrefragabilis: nam clericis potest imponi pœnitentia publica, vt peregrinari, & similes, sed non potest imponi pœnitentia solemnis, quæ fit cum magna ignominia, nudis pedibus, raso capite, & alijs, de quibus *in cap. in capite, 50. distinct.* vt habetur *in cap. confirmandum, d. distinct.* rationem affert *Diuus Thom. in 4. distinct. 14. quæst. 1. artic. 5. quæst. 9. in corpore, & respons. ad secundum*, nam in corpore dicit, solemnis pœnitentia non potest imponi clericis propter scandalum, & in responsione ad secundum, sic inquit: clericus plus peccat, quam laicus, tamen non iniungitur ei pœnitentia solemnis, ne ordo veniat in contemptum: vnde non defertur personæ, sed ordini. *Diuus Bonauent. etiam in quarto, distinct. 14. dub. 9.* dicit, propter reuerentiam ordinis clericalis; sequitur *Turrecremata in d. cap. confirmandum*, & *gloss. ibi*, dicit, ad remouendum scandalum, multo minus poterit clericus cum magna ignominia totius ordinis clericalis fustigari more laicorum: quinimmo *S. Thomas 2. 2. quæst. 70. artic. 2.* dicit, constituto in dignitate Ecclesiastica quandoque esse omnino parcendum ad euitandum scandalum, quod est maius, quam non punire tali ignominiosa pœna.

Præterea adducitur, quod ex consuetudine generali pœna verberum in clericos non seruatur; & in Mediolanensi dominio non seruari tradit *Clar. §. fin. quæst. 70.* nec in Regno Galliæ, & alijs locis seruari asserit *Salcedus super cap. 135. Praxis Diaz*, & signanter in Ciuitate Neapolitana non est hominum memoria, quòd clerici pro quouis graui delicto tali ignominiosa pœna fuerint affecti. Idem in specie, quòd clerico non sit imponenda pœna ignominiosa, & non sit publicè, sicut alij plebeij, dehonestandus, tenet *Didacus Perez, super legibus Regni Castellæ, lib. 1. tit. 3. l. 1.* atque redarguit quosdam Iudices, qui contrarium seruauerant.

Et

Et dominus Abbas cognoscens dedecus ordinis clericalis, si clerici publicè verberarentur, declarat Canones de pœna verberum clericorum tractantes, quod verberentur, seu verberari possint; sed pro honestate in Ecclesia, & non extra, ita dicit *in cap. inter alia, num. 13. vers. durum autem, de immunit. Eccl.* non obstant adducta in contrarium, quibus respondetur; primo, quod nullus Canon tractat de fustigatione more laicorum cum ignominia.

Ad capitulum primum de calumniatoribus, dicendum, loqui de pœnitentia publica sine ignominia, & talis est illa, quæ fit, quando quis virgis verberatur à pœnitentiarijs, vt solet fieri per pœnitentiarios Vrbis; nam illa potest imponi clericis, vt dicit *Thomas de Argent. in 4. distinct. 14. artic. 6.* & non loquitur de fustigatione cum ignominia more laicorum, quæ est grauior pœnitentia solemni, clericis etiam imponi prohibita; nullus certè textus loquitur de fustigatione more laicorum, cum ignominia. Excommunicatus etiam virgis percutitur, quando absoluitur, sed absque ignominia. Intelligendus est itaque *textus Gregorij Magni in dicto cap. 1.* vt loquatur de pœnitentia publica clericis infligi permissa absque ignominia; leges enim legibus sunt concordandæ, & recipiunt interpretationem ab alijs legibus, *l. sed posteriores, ff. de legibus*. Secundò dicitur, consuetudinem esse in contrarium, sed reuera dicti capituli loquūtur, vt clericus causa disciplinæ possit verberari, vt intelligit *Abbas in cap. vniuersitatis, secundo notab. de sententia excommunicationis*, & loquitur de pœnitentia publica sine ignominia, vt supra fuit dictum; & potest etiam intelligi, vt fiat honestè intra septa Ecclesiæ, iuxta eundem *Abbatem in d. cap. inter alia*, quod etiam publicè fieri dicitur, si intra septa præsto sint sex personæ, *textus, iuncta Glossa in §. hac ergo, in capit. quis aliquando, de pœnitent. distinct. 1. Probus in cap. 2. de constitut. in 6. num. 67.* & non est necesse, vt publica verberatio intelligatur in platea, cum ignominia more laicorum, in dedecus totius ordinis clericalis; & ita intelligendus est *textus in dicto cap. 1. de calumn.* est enim inuerisimile, Beatum Gregorium acerrimum Ecclesiastici status defensorem mandasse affici Diaconum illum pœna ignominiosa fustigationis publicæ more plebeiorum, quod leges sæcularium prohibent, *dicta l. 2. C. vt nemo priuatus*. Præterea, vt supra fuit dictum, non est in vsu, quod clerici etiam sine ignominia verberibus cædantur, præcipuè in Ciuitate Neapolitana, vltra hominum memoriam, & consuetudo est optima Canonum interpres, *l. si de interpretatione, ff. de legibus*. Iustissima igitur fuit resolutio Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, postea audiui causam fuisse commissam alteri iudici Ecclesiastico. Quare hunc casum adnotandum censui, ad ostendendam Praxim Curiæ Neapolitanæ, in qua reputatur abominatio, & magnum scandalum fustigare clericos more laicorum, vt cum casus occurrerit, Iudices abstineant à tali pœna.

S.V. Mi-

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum honesta, fauorabilia, non contraria Canonibus, nec præiudicialia Clericis, nullo modo ligare Clericos, latissimè probatur.*
2 *Statutum Mediolanense de non seminando orziam, ne aer inficiatur, non ligat Clericos.*
3 *Statutum laicorum de non extrahendis bonis à territorio non ligat Clericos extrahentes sua bona.*
4 *Statutum laicorum, quod vinum non conducatur in ciuitatem extra suos fines collectum, non comprehendit vinum Ecclesiasticorum.*
5 *Taxatio pretij frumenti, vel aliorum victualium, facta à laicis, non ligat Clericos.*
6 *Clericus inuentus de nocte cum armis prohibitis, non potest à potestate sæculari spoliari armis, nec instrumentis, aut canibus, si vacet piscationi, vel venationi prohibita à Principe sæculari.*

De nonnullis statutis laicorum in Praxi occurrentibus, non comprehendentibus clericos. Cap. XCII.

1 SÆpè in Praxi oritur altercatio super statutis laicorum honestis, continentibus fauorem Reipublicæ, non contrarijs Sacris Canonibus, nec præiudicialibus Ecclesijs, vel clericis, an ligent Ecclesiasticas personas, vt de taxa iusti pretij, de alijs rebus non extrahendis à territorio domini temporalis, de non serendis seminibus, quæ inficiunt aerem, & similibus, super qua re nonnulli scripserunt, præsertim modernus *Doctor Salcedus, super Praxi Diaz, cap.* 57. quem secutus est *Menoch.* laudibus efferens *consil.* 1000. super prohibitione serendi orziam in territorio Mediolanense facta à laicis propter timorem infectionis aeris, & quod talia statuta ligent clericos. Adducunt doctrinam *Bart. in l. cunctos populos, C. de Sum. Trinit. & fide Cath.* quo loco scribit, statuta generalia laicorum, in quibus clericorum, vel Ecclesiarum nulla fit mentio, sed tamen tendunt aduersus ea, quæ illis competunt non tanquam priuilegiatis, sed vt cuilibet de populo illos ligare, dũmodo honesta sint, sequitur *Couar. in reg. possessor.* 2. *par.* §. 4. *de Reg. iur. in* 6. Item, quia lex ciuilis, si non tractat de materia spirituali, nec sacris Canonibus aduersatur, & est fauorabilis, non præiudicialis clericis, seruari debet à clerico, vt dicunt *Abb. Dec. & communis in cap. Eccl. S. Mariæ, de const. ex cap.* 1. *de op. nou. nunc.* & alijs sacris Canonibus approbãtibus ius ciuile. Præterea dicunt *Soc. in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. *Nau. in Man. cap.* 25. *num.* 88. *Abendan. de exequend. mandat. Vinc. de Franch. decis.* 9. Clericos ligari statuto moderante pretia, & peccare mortaliter contrauenientes: quia clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium. *Bart. in l.* 1. *ff. ad municip.* Insuper, quia secundum *Sott. lib.* 1. *de iust. & iure, quæst.* 6. *art.* 2. *& loc. cit. & Molin. de iust. & iure, disp.* 31. *concl.* 6. quos sequitur *Menoch. d. cons.* 1000. Principi sæculari est demandata à Deo in temporalibus cura populorum; & laici, & clerici in concernentibus politicam, temporalem, eundem habent Rectorem

ctorem Principem sæcularem, cuius legibus gubernantur, dicit tamen *Salced. loco cit.* non tamen intelligas clericos, seu alias Ecclesiasticas personas teneri ad obseruantiam pragmaticæ ratione ciuilis legis, & quatenus lata est per sæcularem potestatem, sed ex vi rationis naturalis, super qua fundatur, quæ ligat omnes, vt obseruent quod iustum, & rationabile est: & propterea clericos transgressores mortaliter peccare, & esse puniendos per suos Iudices Ecclesiasticos, non tamen pœna pragmaticæ, cum illi tantum vi rationis naturalis adstricti sint; quæ naturalis ratio non magis vnam, quàm alteram pœnam transgressoribus infligit. Præterea *S. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 4.* dicit, leges Principum obligare in conscientia, quia emanant à sapientia æterna, per quam Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. His, & alijs per *Salced. & Menoch.* cumulatis minimè refragantibus, in contrarium est veritas luce meridiana clarior, vt statuta prædicta non ligent clericos, aut Ecclesias, nec ex vi potestatis, nec ex vi rationis naturalis, quæ paucis manifeste patebit per clara iura, & communes conclusiones Doctorum. Primò adducitur *S. Thom. loc. cit.* vbi dicit, quod leges Principum sæcularium ligant in conscientia, dummodo iustæ sint, ad quarum iustitiam requirit particulariter, vt sint condita ab habente auctoritatem: sed laici nullam habent auctoritatem disponendi de clericis, Ecclesiæ, & eorum bonis, *cap. Eccles. S. Mariæ, de Const. cap. benè, 96. distinct.* cum alijs: ergo talia statuta, nec obligant in conscientia. Secundò, quia etiam in concernentibus communem vtilitatem, & necessitatem, non tenentur stare clerici deliberationi laicorum sine deliberatione Episcopi, vel Papæ, qui iudicabunt de communi vtilitate, *text. apertus in cap. non minus, & cap. aduersus, de immun. Eccles. & Abb. notabiliter in d. cap. non minus, num. 3.* dicit *Bald. in d. l. cunctos populos*, tenendo opinionem contra *Bartol.* quod causa vtilitatis publicæ non est illa, quæ tribuit potestatem, sed requiritur potestas, quæ non reperitur in laicis: & si hoc esset verum, quod publicus fauor tribueret potestatem, omnes leges imperiales disponentes de clericis, & Ecclesijs, *C. de Episcop. & clericis*, fuerunt latæ propter fauorem publicum, & bonum regimen status ciuilis, & tamen ex defectu potestatis sunt nullæ, vt per omnes *in dicto cap. Ecclesia*, etiam si statuta concernant fauorem Ecclesiarum; & dicunt *Abbas, Decius, & Felin. in dicto cap. Ecclesia*, non valere statutum Principis, vt nemo capiat possessionem beneficij sine litteris placitorijs Principis, licet fuerit rationabile ad tollenda scandala, quæ in captura possessionum oriri solent; siquidem dicunt ipsi, in statuente non sufficit rationabilitas statuti, sed requiritur potestas. Præterea, vt idem *Sotus, Nauarra, & Vincentius de Franchis* dicunt; non possunt contrauenientes puniri pœnis contentis in statuto Principis, propter defectum potestatis, ita quod ipsi etiam agnoscunt hunc defectum. Si ergo non possunt exequi eorum præcepta, multo minus

ligare,

ligare, quia plus eſt per ſtatutum pœnam imponere, & aliquem obſtringere, quam ad obſeruantiam compellere, nam principium eſt fine potentius, & cauſa incipiens potentior eſt perficiente, *leg. 1. ff. de orig. Iur. leg. Pompon. ff. de negotijs gestis*, cum alijs cumulatis per *Surdum in conſil. 301. in materia ſtatuti Mediolanenſis, de non ſeminando orizam*, & compulſionem etiam in materia communis vtilitatis, & neceſſitatis pertinere ad Eccleſiaſticum probatur apertè *in dict. capit. aduerſus, & cap. non minus*. Igitur clarè patet, quod cauſa publica non tribuit poteſtatem laicis. Sed dices *iuxta Silcedum, Sotum, Nauar.* ſtatutum ligare clericos non ex vi poteſtatis, ſed ex vi rationis naturalis, qua quilibet tenetur obſeruare, quod iuſtum, & rationabile eſt, & ſecundum charitatem. Pro reſponſione animaduertendum, hoc dictum ſi ſimpliciter intelligatur, continere magnam fallaciam: ſiquidem aliud eſt dicere: lex Principis ligat clericos ex vi rationis naturalis: aliud dicere; ratio naturalis ligat clericos. Primum eſt falſum, cum deficiat poteſtas, quam ratio naturalis non tribuit laicis, vt ſuprà diximus; quare non poſſumus dicere, lex ligat, ſed ratio naturalis ligat, non lex: ergo tanquam lex nihil operatur, & nihil legi tribuendum. Ita notabiliter conſiderat *Fortunatus Garſias de vltimo fine 13. illatione principali, num. 222.* vbi dicit, ſi legiſlator non habeat poteſtatem, lex non conſtringit eos, qui non ſubijciuntur: nec bona eſt conſequentia, lex eſt æqua, & honeſta, ergo meipſum conſtringit: niſi eſſet ſuperior, & cui ego ſubijciat: & ſi arguas, leges humanæ ſecundum aliquos dicuntur diuinitus promulgatæ, iuxta illud: Legum conditores iuſta decernunt: ſed diuinis omnes ſubijcimur: ergo legibus humanis omnes conſtringimur. Reſpondeo, quod quamquam leges ſint diuinitus promulgatæ, tamen ſunt promulgatæ ſecundum imperium promulgantis, & non debent Principes mittere falcem in meſſem alienam, *capit. venerabilem, de electione, cap. nouit, de Iud. & iuxta D. Thom. loco cit. & num. 229.* Idem *Garſias* dicit, leges Imperatorum ante comprobationem Summi Pontificis non ligare, & propter earum iuſtitiam meruiſſe approbari; ſequitur *Surdus loco cit.* & latè probat *Incertus, conſulens conſ. 1001. inter conſil. Menoch.* reſpondens *Menoch.* in cauſa ſtatuti orizæ; igitur clarè patet, talia ſtatuta nullatenus ligare clericos ex vi legis, ſed quoad rationem naturalem eorum conſcientiæ remittendum eſt; niſi acceſſerint etiam ſtatuta Epiſcoporum; quod animaduertit *Nauar. loco cit.* dum deſiderat, vt etiam Epiſcopi circa iuſtum pretium condant ſua ſtatuta;
2 & in materia orizæ Mediolan. fuerunt etiam ſoliti Archiepiſcopi facere edicta quo ad Eccleſiaſticos, vt non ferant orizam: & ita etiam determinauit Summus Pontifex Gregorius XIV. vt apparet ex litteris impreſſis *in princ. dict. conſ. 1001.* Non obſtant adducta in contrarium, & primo doctrina *Bartoli in leg. cunctos populos*; quia communiter reprobatur, vt teſtatur

X *Dec. in*

*Dec. in capit. Eccleſia S. Mariæ, num. 233. qui multos adducit.* Non obſtat, quod leges ciuiles obligant, ſi ſint iuſtæ, non contrariæ canonibus, nec præiudiciales, quia in tantum obligant, in quantum fuerunt approbatæ, *capit. 1. de nou. oper. nunciat. omnes in dict. capit. Eccleſia S. Mariæ*; non obſtant dicta per *Sot. Nauar. & etiam Victoriam*, quia ſi abſolutè intelligantur, malè loquuntur contra communem concluſionem, quod ſæculari Principi nulla eſt poteſtas in clericos quacumque ratione, & publica vtilitate, niſi ſequatur confirmatio Pontificis, & dict. Theologis in hoc non eſt ſtandum, ſed Canoniſtis. *Ferret. conſ. 37. vol. 1. Burſat. conſ. 200. num. 50. Vaſques illuſt. q. c. 29. n. 16.* vel ſunt prædicti Doctores excellentes Theologi ſecundum *Surdum loc. cit.* intelligendi, vt voluerint dicere, non ſubiacere clericos, illi legi, vel ea ligari abſolutè, ſed teneri ad id faciendum, vel omittendum, quod lege illa mandatur, aut prohibetur, non ex eo, quia ſit lex, ſed quia, quod in ea præcipitur iuſtum eſt, & rationabile, & bonum commune reſpicit: atque ita ligatur non lege, ſed ratione, qua lex mouetur. Non obſtat, quod ad Principem ſæcularem ſpectet prouidere circa politicam, quia hoc eſt verum, dummodo exemptos, & res Eccleſiæ, & clericorum non attingat, requiritur enim auctoritas iuxta *D. Thom. & alios ſupra cit.* probatur manifeſtè *in cap. aduerſus, & capit. non minus*; vbi Papa vult cognoſcere de communi vtilitate; latè probatur *in d. conſil. Surdi, 201. & d. conſ. 1001.* in quibus multa ad hanc veritatem comprobandam adducuntur. Ad doctrinam *D. Thom.* eſt reſponſum, quod leges Principum ligant clericos, ſi ſint approbatæ ab Eccleſia, & ex his clariſſimè patet, talia ſtatuta Principum tamquam ſtatuta non ligare clericos, etiam ex vi rationis naturalis, nec in foro fori, nec in foro poli; quare quidquid dicat *Menoch. conſil. 1000. & Salcedus loc. cit.* verè dixit *Ripa de peſte, de remedio ad conſeruandum vbertatem, nu. 122.* quod, ſtante ſtatuto de non extrahendo bona à territorio, non comprehenditur vinum, vel frumentum collectum ex prædijs Eccleſiæ; ſi verò ſunt bona patrimonialia clericorum, dicit *Ripa, Bald. in conſil. 144. lib. 2.* tenere, ſtatutum non ligare, etiam bona patrimonialia clericorum; ipſe verò *Ripa* dicit, reſolutionem dependere ab illa quæſtione, an clerici in bonis patrimonialibus gaudeant priuilegio Eccleſiarum: & communis concluſio doctorum eſt *in dict. capit. Eccl. S. Mariæ*; bona patrimonialia clericorum gaudere priuilegio Eccleſiarum quoad hoc, vt non comprehendantur in ſtatutis laicorum. *Gloſ. Abb. Felin. Dec. & communis ibi.* Idem tenet *Nauar. conſil. 2. de Conſt.* vt ſtatutum, de non extrahendo equos à Regno, non liget perſonas Eccleſiaſt. & ita vidi iudicatum in Regia Camera Summariæ Neapol. anno 1594. 13. Febr. ſuper ducatis 800. interceptis, qui extrahebantur à Regno Neapolit. per donnum Lucam Guidotti Canonicum Eccleſiæ S. Saluatoris in Lauro de Vrbe: nam fuit pecunia reſtituta, non obſtante

stante statuto, quod intelligatur intercepta, etiam si non sit extracta, sed tantum in via. Item alias fuit
4 iustissimè iudicatum in Cons. Neapolitano statutum Salerni, quo prohibitum erat in eam vrbem adduci vinum extra suos fines, & territorium collectum minimè comprehendere vina, quæ colligebantur ex prædijs monaster. S. Bened. ita testatur *Gram. decis.* 100. non obstat *Bart.* qui prætendit fauore publico, & quia clerici sunt ciues, ligari tali statuto; est enim opinio *Bartoli* communiter reprobata, vt suprà diximus. Ex his etiam infertur, quòd Episcopi circa bona clericorum debent ipsi taxare pretium, vel eorum auctoritate, nec clerici tenentur vendere bona sua iuxta pretium taxatum à Principe, si eis iustum non videtur, & ab Episcopo
5 non fuit taxatum. Nec mirum, si *Vincentius de Franch. decis.* 9. mandauit solui pretium frumenti clericis à laicis propter necessitatem capti iux. taxam pragmaticæ laicorum; siquidem cum ipse esset Iudex laicorum conuentorum, nulla existente taxa Episcopi quoad frumenta clericorum potuit Iudex arbitrari iustum pretium, & conformare se taxæ impositæ per pragmaticam, si iusta ei videbatur, & non alias, quia, vt iam probauimus, nec in conscientia ligabat clericos.

6 Ex his etiam cognoscitur, nulla vera ratione fulciri, *Couar. lib. pract. cap.* 33. *& Clarum* §. *fin. cap.* 26. tenentes potestatem sæcularem posse clericum inuentum de nocte cum armis prohibitis à lege Principis spoliare, & priuare armis: quoniam clerici ea non ligantur, & dato, & non concesso, quod ageretur de lege ciuili, generali, fauorabili Reipublicæ, & clericis, nec contraria Sacris canonibus approbata à Sacris canonibus, immò consentanea canonibus, cum clerici prohibeantur arma deferre, *capit. clerici, de vit. & honest. cler.* nihilominus conclusio vera est, quod clerici, in casu, quo ex aliqua rationabili causa tenerentur seruare contenta in statutis laicorum, sunt cogendi ad illa obseruanda per Iudicem Eccle. siast. *Gloss. in capit. generaliter, in verbo necessitatis*, 16. *q.* 1. *Salic. in auth. cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccl. Cald. cons.* 2. *de censib.* probatur apertè *in capit. non minus, de immunit. Ecclesiarum, vbi Abb. & in capit. aduersus. Guglielmus de Benedictis in capit. Raynutius de testament. in verb. & vxorem nomine Adelasiam*; *& Ripa de peste, de remed. ad conseruand. vbertatem num.* 236. ibi auctoritate Ordinarij Ecclesiastici ad talia onera compellantur; itaque coactio pertinebit ad Iudicem Ecclesiasticum, & proinde non poterunt per laicum spoliari clerici armis, tantùm ad obuiandum delicto poterunt duci ad Episcopum, si licentia Episcopi careant, *iuxt. Abb. in capit. vt famæ, de sententia excommunicationis*; & in Episcopi potestate erit disponere de armis, & hanc opinionem in terminis tenet, & probat *Alderanus, Mascard. in suis conclusionibus de generali statutorum interpretatione, concl.* 1. *num.* 242. contra *Couar.* & benè: *Couar.* enim opinio non fundatur ratione efficaci, & in Curia Neapolitana vidi

X 2 ca-

caſum eueniſſe, & familiam ſæcularem, quæ duxerat clericum carceratum cum armis ad Vicarium Neapolit. reliquiſſe arma in poſſe Vicarij. Et ex his non poterit clericus dans operam venationi, vel piſcationi prohibitæ à lege Principis ſpoliari auibus, canibus inſtrumentis, quidquid dicit *Salcedus ſuper Praxi Diaz capit. 69.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata contra alienantem, lite pendente, non poteſt mandari executioni per Iudicem laicum contra clericum ementem.*

2 *Clerici turbantes iuriſdictionem Iudicis laici in Regno, non poſſunt puniri per Iudicem laicum.*

3 *Clerici in Regno in nullo caſu poſſunt conueniri coram Iudice laico, etiam pro rebus profanis, niſi pro feudalib.*

4 *Caſus poſiti per Caſſaneum, in quibus Iudex laicus poteſt procedere contra clericos, non procedunt in Regno Neapolitano.*

De ſententia lata contra alienantem, lite pendente, non demandanda executioni contra clericum, in quem fuit facta alienatio ſine licentia Epiſcopi. Cap. XCIII.

1 IN Regno Neapolitano per Capitulum Regni conuentus; eſt recepta opinio *Cini in l. vnica, C. de alien. Iud. mutand. cauſ. facta,* quod ſententia lata contra alienantem, lite pendente, poſſit recta via exequi contra ementem, lite pendente, & ſi per multas manus poſſeſſio ambulauerit, executio fiat contra poſſeſſorem, ad quem dicta res, vel poſſeſſio peruenit. Idem dicit *Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vt lite pend.* vt nulla requiratur tela Iudicij. Idem dicit *Bart. in l. 1. ff. de litigioſ. & in leg. creditores, C. de pignor. & in leg. fin. C. de litigioſis,* itaque non eſt opus agere reuocatoria, vt dicebat idem *Bartol. in leg. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic.* ſed difficultas eſt, an ſententia lata contra laicum, ſi res perueniat ad clericum, cum vitio litigioſi, poſſit exequi per iudicem laicum, vel ſit neceſſe adire Iudicem Eccleſiaſticum, & ſic dict. *capit. conuentus;* procedat contra clericum. Veritas eſt, quod eſt adeundus Iudex Eccleſiaſticus, vt dicit *Abb. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ,* vbi dicit, agendum eſſe coram iudice ſuo. Idem tenet *Vrſillus ad deciſ. Afflict. 231.* allegat *Socinum in conſil. 13. in 4. vol.* & ita ſeruatur in Regno Neapolitano, & fuit deciſum in Sacro Conſilio, quod concernentia executionem ſententiæ remitterentur ad Iudicem Eccleſiaſticum. Ita teſtatur *Vincentius de Franchis deciſ. 545.* quidquid dixerit *Dominus de Bottis in addit. ad dict. capit. conuentus,* qui dicebat, clericum ſaltem tamquam turbantem iuriſdictionem Iudicis laici, accipiendo hanc rem litigioſam, poſſe conueniri coram Iudice laico, *ex Caſſaneo in conſuetud. Burgun.* fuit enim
2 dictum, quod licet *Caſſaneus in des iuſtices, rubric. 1. ſi aucun, §. 5. fol. 192.* ponat plures caſus, quando Iudex ſæcularis cognoſcit contra clericos, & caſus hic non reperiatur; tamen de caſibus poſitis per *Caſſaneum* nullo modo per Iudices lai-

cos

cos in Regno cognoscitur contra clericos, etiam si falsum deponant coram illis, vt dicit *Afflict.dec.*230.
3 *per capitula Regni, Item statuimus, & capit.* 239. quod clerici nullo casu trahantur ad iudicia sæcularia, nec pro bonis profanis; nisi possiderent feudalia, *iux.capitulum, cæterum de iudicijs, & in dict. cap. item statuimus*; fit mentio de conuentione ( licet huiusmodi in ordine ad Papam propriè conuentiones dici non debeant ) inita cum Sancta Romana Ecclesia, de qua etiam mentionem faciunt *Isernia, & Afflict. in const. Regni de personis. Afflict. decis.* 2. vt latius deducitur *in d.decis.Sacri Concilij* 545. & hæc nota: siquidem in
4 Regno de casibus positis per *Cassaneum*, in quibus Iudex laicus potest procedere contra clericum, nulla est habenda ratio propter conuentionem (licet huiusmodi in ordine ad Papam propriè conuentiones dici non debeant ) prædictam, & capitula.

*SVMMARIVM.*

1 *Immunitate Ecclesiastica an gaudeat interficiens inimicum à tergo cum sclopo.*

2 *Proditorium homicidium, vt dicatur, an requiratur, quod fiat sub colore amicitiæ, vel satis sit occidere inimicum cum sclopo ex insidijs.*

Immunitate Ecclesiæ an gaudeat interficiens inimicum à tergo cum sclopo. Cap. XCIV.

1 EX Bulla Gregorij XIV. fel. recordationis *de immunitate Ecclesiarum*; qui proximum proditoriè occiderit non gaudet immunitate Ecclesiæ; quæritur modo, an dicatur homicidium proditorium quando inimicus interfecit inimicum à tergo cum sclopo. *Bartol.in l. Respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis*; dicit, proditorium tunc intelligi delictum quando committitur sub colore amicitiæ, quia ille dicitur proditor qui aliud gerit in opere quam gerit in corde; sequitur *Cepolla consil.* 32. *Clarus §. homicidium vers.proditoriè. Anton. Gomesius variarum resolut. lib.* 3. *& quamplures alij*; contrariam opinionem tenent *Couar. lib.* 2. *variarum resolut.cap.* 20. *Farinac. de delictis, & pœnis, quæst.* 18. *num.*46. ex communi vsu loquendi, quod proditor nuncupatur qui per insidias vel post tergum aliquem offendit etiam, quod esset ei inimicus; nihilominus in Regno est recepta opinio *Bartol.*
2 vt delictum non intelligatur proditorium nisi fiat sub colore amicitię, vt dicit *Vinc.de Franch.* plura adducens *decis.* 713. in qua fuit dictum concessa indulgentia delictorum per regem propter adeptam possessionem Regni, in qua erat exemptum crimen vulneris proditoriè sclopo rotato, vel aliter illati non intelligi proditorium cum sclopo commissum ab inimico; idem tenet *Follerius in c. Regni, item statuimus, de his, qui ad Ecclesias confugiunt*; vbi dicit, quod in materia stricta procedit opinio *Bartol.* in materia larga opinio contraria: & cum immunitas Ecclesiæ sit fauorabilis propter reuerentiam sacrorum locorum, & exceptio sit odiosa, verbū,

*proditoriè*, eſt ſtricte intelligendum, & procedit opinio *Bartoli*, vt in ſimili dicit *Vincent. de Franch. loc. cit.* in delicto proditorio excepto in d. Indulgentia, quæ erat fauorabilis; & ita fuit reſolutum à Clemente VIII. Anno Domini 1597. 6. Februarij, qui Archiepiſcopo Panormitano reſolutionem petenti reſpondit his verbis.

*Venerabili fratri Archiepiſcopo Panormitano Clemens Papa VIII.*

*VEnerabilis frater ſalutem. Tuæ fraternitatis nomine nuper nobis expoſitum fuit, quod cum ſuperioribus diebus in ciuitate Panormitana Carolus Gregorij, Innocentius Caſita, Scipio Taxis, Octauius Baglius, & Gerardus Rigius quondam Carolum de Amato nobilem Panormitanum tormenti bellici breuioribus ictibus, ex inſidijs nimirum cuiuſdam domus, in qua deliberato animo dum ſe receperant, & aliquandiu delituerant, feneſtra occidiſſent, ſtatimque ad quandam Eccleſiam fugiſſent, ibidemque capti in carcerem tuæ Archiepiſcopalis curiæ iux. Fel. recor. Gregor. XIV. Prædeceſſoris noſtri conſtitutionem ſuper immunitate Eccleſiarum editam reducti fuerint, & ibi etiam nunc ſub diligenti cuſtodia detinentur. Cum autem Curiæ ſecularis miniſtri prędictos carceratos ſibi conſignari, & eorum Curiæ tradi inſtanter abs te petant, prætendentes prædictam Gregorij conſtitutionem in hoc caſu locum non habere; tu verò ſuper hac re nobis, & Apoſtolica Sede inconſultis nihil deliberandum eſſe cenſueris, ſed ad nos quaſdam ſuper dict. caſu, & ſuper prædicta conſtitutione dubitationes tranſmiſeris, nobis humiliter ſupplicando, vt quid in huiuſmodi cauſa faciendum ſit tibi, præſcribere dignaremur.*

*Nos itaque licet omnes ſupradicti carcerati Eccleſiaſtica Immunitate gaudere, & frui debeant: nihilominus attenta huius homicidij qualitate, necnon circumſtantijs prædictis, & alijs, quæ in eo perpetrando interuenere, Octauium Baglium, & Gerardum Rigium, quorum alter in 16. alter verò in 18. ætatis ſuæ anno circiter conſtitutus eſſe dicitur, Eccleſiaſtica Immunitate dignos eſſe iudicamus, cæteros verò ex rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, vt infra, Curiæ ſæculari tradendos cenſemus; ac propterea Fraternitati tuæ per præſentes iniungimus, vt Octauium, & Gerardum prædictos Eccleſiaſtica Immunitate gaudere debere declares, ac in foro tuo Eccleſiaſtico retineri facias; reliquos verò tres prænominatos, ſi tamen tibi prius ſummariè, ſimpliciter, & extraiuditialiter, & quantum pro conſcientiæ tuæ informatione ſufficere videbitur, illos homicidium prædictum perpetraſſe, aut illi cooperatiuos, ſeu in illo culpabiles fuiſſe: quod ſi omnes rei, aut culpabiles homicidij prædicti per te, vt præfertur, reperti comperiantur, Curiæ ſæculari prædictæ liberè tradas, & dimittas, non obſtante prædicta, aut quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 6. Februarij 1597. Pontificatus noſtri anno quinto.*

Et hoc nota, quia vide dubitari in Curia Archiepiſcopali Neapol.

pol. quamuis non ageretur de homicidio, sed de vulnere proditoriè illato cum sclopo, & vulnerans gauisus fuit Immunitate Ecclesiastica, & nota supradictam declarationem Clementis VIII. quia in ea dicit supradictos debuisse gaudere, quamuis ex causis particularibus mandauerit, non omnes debere gaudere.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex Ecclesiasticus, coram quo pendet quæstio spiritualis illegitimitatis, potest mandare Iudici laico, quod pendente quæstione spirituali non procedat in causa principali.*

2 *Iudex laicus non potest præcipere Iudici Ecclesiastico, quod intra aliquem terminum expediat incidens spirituale.*

3 *Incidenti spirituali remisso per Iudicem Ecclesiasticum, si pars expeditionem non procurat, an iudex laicus possit procedere in causa principali.*

4 *Legitimum, quando quis possit petere, se pronunciari.*

Quæstione spirituali pendente coram Iudice Ecclesiastico poterit idem Iudex mandare Iudici laico, vt non procedat in causa principali. Cap. XCV.

1 SOlet Curia Archiepiscopalis Neapolitana, quando in ea vertitur quæstio spiritualis, nempè nullitatis matrimonij, vel alia, significare Iudici laico, & Consilio Neapol. ne procedat in causa ciuili, seu principali petitionis hæreditatis, vel alia, quando dubitatur de illegitimitate, vel matrimonij inualiditate, vt testatur *Capicius decis.* 7. nam, cum per actores fuisset petitum in Curia Neapolitana Archiepiscopali declarari se esse legitimos, Curia Ecclesiastica significauit eidem Consilio, nolens ob honorem inhibere, quamuis potuerit inhibere Iudici causę principalis, ne procedat, vel processum inchoet in principali, *cap. tuam, vbi omnes de ord. cogn.* quinimmò parte opponente processus Iudicis sæcularis est nullus, etiam sine inhibitoria, *secundum Antonium in dict. capit. tuam*, sed an Iudex sæcularis, coram quo incidit quæstio spiritualis, possit præcipere
2 Iudici Ecclesiastico, quod infra certum tempus causam expediat; & dicendum est, quòd non, quia hoc casu Iudex sæcularis se intromitteret in spectantibus ad Iurisdictionem Ecclesiasticam, in qua non potest. Ita tenet *Innocent. Anton. de Butr. Abbas in dicto cap. tuam, Stephanus Aufrerius in tractatu de potestate Iudicis sæcularis super Ecclesiasticos reg. 4. 5. fallent. Bartol. in leg. Præses, C. de appellation. & in leg. 2. ff. de re iudicata, & ibi Angel. Imol. Alex. Ias.* & hæc est communis opinio; poterit tamen Iudex sæcularis, quando remittit incidens mere Ecclesiasticum, præfigere terminum, infra quem excipiens debeat se præsentare coram Iudice Ecclesiastico vna cum processu, *vt dicit Bartol.* & alij communiter *in dict. leg. Præses*. Sed pone, quod remissus non se præsentet co-
3 ram Iudice Ecclesiast. vel est morosus deducere, & probare suam

exceptionem coram Iudice Eccleſiaſtico quid erit remedij pro expeditione cauſæ principalis, quam impedit pendentia diſcuſſionis incidentis ſpirituali? *Bartol. Alexan. vbi ſuprà. Bald. in leg. de die, §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur*; dicit propter moram ſe præſentandi, & probandi exceptionem poſſe Iudicem cauſæ principalis, non obſtante remiſſione prædicta, in ea procedere. Contrarium ex pluribus probat *Vincentius de Franch. deciſ. 551.* ſi quidem non poteſt priuatus, & contumax tribuere ex eius mora, & contumacia iuriſdictionem ſpiritualem Iudici laico, qui de eo eſt penitus incapax, & aliud dicere, eſt manifeſtè abſurdum; & idem tenet *Riminald. in leg. de die*; & quamuis auctoritas *Alexandri, Bartol. & Bal.* ſit magna, nihilominus cedere debet ſupradictæ rationi, quæ eſt inuincibilis; remedium eſt ad euitandas calumnias, vt Iudex Eccleſiaſticus, ad quem cognitio incidentis ſpiritualis remiſſa eſt, ſtatuat terminum duorum menſium ad probandum exceptionem oppoſitam, & ea non probata remittat ad Iudicem laicum, qui cauſam coram eo motam expediat, per *tex. in capit. lator, extra, qui filij ſint legitimi; & ibi Abbas, & alij*, & remiſſa cauſa à Iudice Eccleſiaſtico ad ſæcularem, non tribuitur facultas cognoſcendi de re ſpirituali, ſed Iudex ſæcularis nullam habet rationem de exceptione oppoſita illegitimitatis, vel alterius ſpiritualis: ſed dictum terminum non tenetur ſemper Iudex Eccleſiaſticus impartiri, ſed quando viderit expedire ex circumſtantijs, & malitia opponentis, vt dicit *Abb. & alij in d. c. lator*, & poterit Iudex ſæcularis inſtare apud Eccleſiaſticum, quòd terminum præfigat, vt dicit *Abb. in d. cap. tuam, de ordin. cognition.* & hæc nota, quia quotidie in Praxi occurrunt. An autem quæſtio legitimitatis poſſit principaliter moueri coram Eccleſiaſtico, eſt auctoritas
4 *Angel. in l. quoties, C. de Iudicijs*, vbi dicit, quod ad petendum pronunciari ſe legitimum, quis non admittitur niſi adſit quæſtio bonorum, aut diffamationis; ſequitur *Capicius d. deciſ. 7.*

## SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, qua Epiſcopi faciunt teſtamenta ad pias cauſas pro anima defunctorum, qui deceſſerunt ab inteſtato valet, & pluribus comprobatur.*

2 *Voluntas captatoria valet ad pias cauſas.*

3 *Conſuetudo valet, quod Epiſcopus diſponat de fructibus relictis à beneficiario.*

4 *Conſuetudo valet, quod clerici teſtentur de fructibus beneficiorum.*

5 *Conſuetudo teſtandi de feudis antiquis in præiudicium agnatorum valet.*

6 *Conſuetudo valet, quod vaſſallus alienet feudum ſine aſſenſu domini.*

7 *Conſuetudo valet, quod filiusfamilias teſtetur.*

8 *Defuncti dicuntur perſonæ multum miſerabiles, & ſunt ſub protectione Epiſcopi.*

9 *Epiſcopus diſtribuit in pios vſus bona peregrini decedentis ab inteſtato.*

10 *Epiſcopus diſpenſat male ablata.*

De consuetudine Episcoporum disponendi ad pias causas de bonis decedentium ab intestato pro eorum anima. Cap. XCVI.

1 CONsuetudo est in Regno Neapolitano in pluribus diœcesibus, quod Episcopi faciunt testamenta ad pias causas his, qui decedunt ab intestato, etiam quod relinquant hæredes; seu disponunt ad pias causas pro anima defuncti de moderata quantitate bonorum defuncti: & nisi Episcopus, vel deputatus ab eo faciant testamentum, non sepeliuntur; quæ consuetudo, vt aliqui credunt, originem traxit à Gallis, antequam à Regno expellerentur: quandoquidem ab antiquissimo tempore apud eos talis consuetudo viguit: habetur *in tract. Bertrand. Cardinalis altercationum iurisdictionum in articulo laicorum*, 64. & in responsione Prælatorum, qui tractatus reperitur in fine tractatus de regalibus regni Franciæ. Et quidem talis consuetudo est rationabilis: fundatur enim in refrigerio animarum existentium in Purgatorio, in restitutione forsan malè ablatorum, & in præsumpta mente testatoris; qui si casum inopinatæ mortis præuidisset, aliquid pro sua anima, iuxta omnium, generalem consuetudinem reliquisset, etiam si extarent hæredes, *argum. gloss. in l. tale pactum, ff. de pactis*. Cum itaque sit rationabilis, seruanda est, *cap. fin. de consuetud.*

Contra quam consuetudinem aliqui dicunt facere, quod voluntas testatoris ab alieno arbitrio dependere non debet, *l. captatorias, ff. de hæred. instit.* sed in contrarium est
2 veritas; nam captatoria voluntas, nempè commissa voluntati alterius, valet ad pias causas, *cap. cum tibi, vbi gloss. & Doctores, de testament.* quare quod lex positiua dicit, potuit etiam & consuetudo, quæ est tacitus consensus populi, inducere, *l. de quibus, ff. de legibus*: facit notabilis doctrina *Angeli, in Authent. vt factæ nouæ constitutiones*, vbi dicit, posse statuto, vel consuetudine induci, quod mulier non possit testari sine consensu duorum consanguineorum, non obstante, quòd voluntas ista sit captatoria, & prohibita. Ius etiam ciuile statuit, quod donatio causa mortis, quæ est vltima voluntas, *l. final. C. de donat. caus. mort.* pendeat ab alieno arbitrio, vt videmus in filiofamilias, qui non potest donare causa mortis sine consensu patris, sed cum consensu potest, *l. filiusfamilias, ff. de donatione causa mortis*: & consuetudo habet vim legis, *dicta l. de quibus*; & casus *Angeli* est fortior, vt voluntas testatoris viuentis pendeat ab alieno arbitrio: nam testamenta, quæ faciunt Episcopi, non sunt propriè testamenta, cum nec morte Episcopi, nec morte testatoris iam defuncti confirmentur, sed quædam dispositio aliquorum bonorum defuncti pro anima illius, ex præsumpta mente eius, quæ certius fit ab Episcopo Patre animarum, quàm ab hæredibus fieri soleat: & opinionem *Angeli*, quod de Iure Longobardorum mulier testari non possit sine Mundualdo, latè comprobat *Afflict. decis.* 260.

cis.260. & latissimè defendit *Vrsil-
lus supradicta decisione*, quidquid di-
cat *Vincentius Maxilla super consuetu-
dine Bariens. in cap. mulieri*, qualiter
mulieri alienare liceat. Et pro hac
consuetudine facit præsumpta mens
Regis, qui considerans præsum-
ptam mentem defuncti, manda-
uit in constitutione Regni Doanæ,
quod fiscus succedens defuncto ab
intestato, teneatur tertiam partem
pretij bonorum in pauperes pro il-
lius anima dispensare: non est igi-
tur mirum, si Episcopus pro eius
anima aliquid dispenset: & consue-
3 tudo transfert ius disponendi de
rebus alijs debitis; *text. est in cap.
præsenti, de officio Ordinarij, in 6.* vbi
cauetur, quòd mortuo beneficiatio
fructus sunt seruandi successori, &
non potest Episcopus de illis dispo-
nere, vel sibi applicare, nisi hoc ha-
beat ex consuetudine. Item valet
consuetudo, quod clericus sine li-
centia Pontificis, de fructibus be-
neficij testetur, vt dicunt *Gemin. An-
char. Franch. & alij, in d. cap. fin. de of-
ficio Ordinarij, Bursat. cons. 226. vol. 3.*
& in Hispania est talis consuetudo,
quod clerici omnes (exceptis Epi-
4 scopis) disponant de fructibus per
viam vltimæ voluntatis, vt testatur
*Couar. in cap. cum in officijs, num. 8. de
testam. Franciscus Sarmienta de reddi-
tibus Ecclesiæ, par. 2. cap. 6. num. 1. &
Bursat. loco cit.* qui fructus de iure
pertinerent ad successores in bene-
ficio, vel ad Cameram Apostoli-
cam. Item valet consuetudo, quod
pater eligat sepulturam filio impu-
beri in præiudicium parochiæ, *cap.
licet, de sepult. in 6.* quæ electio est
species vltimæ voluntatis. Item va-
5 let consuetudo testandi de feudis
antiquis in præiudicium agnato-
rum. *Gozad. cons. 90. num. 13. Decius
cons. 269. num. 6. Ceph. cons. 273. num.
138. Paris. consil. 107. num. 29. vol. 1.
Bursat. latè cons. 50. vol. 1.* Item con-
suetudine introduci potest, quod
vassalli sine domini consensu feu-
dum alienent ex magis communi
opinio, ita *Curt. Iunior cons. 158. num.
8. & in tract. de feud. 4. par. num. 19.
Freccia de subfeudis lib. 2. super constit.
diuæ memoriæ, limit. 27. Bursat.* qui de
magis communi testatur *consil. 127.
vol. 2. Clarus in §. feudum, quæst. 31.*
6 Item valet consuetudo, quod filius-
familias alioquin inhabilis testari
possit. *Marianus Socin. cons. 13. vol. 1.*
7 Cur igitur consuetudo tam sancta
dispensandi aliquid pro refrigerio
animi defuncti non valebit? Præ-
terea Episcopus est protector om-
nium miserabilium personarum,
qui debet illis subuenire, *cap. super
quibusdam, de verb. significat. 87. di-
8 stinct. per totum*, sed defunctus dici-
tur miserabilissima persona, quia
omni auxilio destitutus est. Ita di-
cit notabiliter *Afflict. in constit. Re-
gni instrumentorum, num. 23.* ergo
conueniens est, vnde Episcopi or-
dine aliquid pro eius anima in pias
causas erogetur, neque obstat, quod
hæc distributio pro anima poterit
fieri ab hærede: quandoquidem
conuenientius, & certius fit ab Epi-
scopo patre animarum, quam ab
hæredibus, qui, vt experimento
probatur, aliquando non erogant
eleemosynas pro anima testatoris;
multum sanè iura deferunt Episco-
pis circa distributionem in pios v-
sus. Vnde *in auth. omnes peregrini, C.
com-*

9 *communia, de successionib.* habetur, quod Episcopus distribuat in pios vsus bona peregrini, vel aduenæ, qui ab intestato decessit. Item Episcopus dispensat malè ablata, etiam si adsint hæredes, *cap. cum sit, de Iudæis*. Sancta igitur est ista consuetudo, & fuit à Summo Pontifice Clemente VIII. approbata, vt ex decreto infrascripto apparet, quòd est impressum in Concilio Prouin-
10 ciali Beneuentano, sub bonæ memoriæ, Maximiliano Archiepiscopo, & poterit Episcopus etiam aliquid pro se retinere, si est pauper. *Bertach. de Episcopo, lib. 4. par. 4. quæst. 31.* est enim maior eleemosyna subuenire pauperi Episcopo propter magnum onus curæ animarum, quam alijs sacerdotibus: vnde notandum, quomodo in quadam synodo diœcesana, quam ego legi, fuerit reprobata talis consuetudo in graue damnum animarum.

*Decretum Clementis Octaui.*

*Sacra Congregatio Illustriss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Card. super negotijs, & consultationibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum, ac visitationibus Apostolicis à Sanctiss. D. Nostro specialiter deputatorum. Ad tollendas dubitationes, & controuersias, quæ pluribus in diœcesibus Regni Neapolitani sæpè accidunt, super consuetudine illa, qua solent Episcopi disponere de quarta bonorum mobilium decedentium ab intestato, facto prius verbo cum Sanctitate sua, ita censuit, & declarauit, consuetudinem ante dictam vti laudabilem, vbi viget, omnino retinendam fore: sic vero seruandam, vt ab ipsis locorum Ordinarijs, non ad rigorem quarta debeat æstimari, sed vocatis hæredibus certum quid taxari arbitrio boni viri, personarum conditione, ac hæreditatis valore perpensis, idque totum absque vlla diminutione pro suffragio animæ defuncti de ipsorum hæredum consilio erogandum: quod si hæres, vel alij contradixerint, Iuris remedijs etiam per censuras in subsidium ab Ordinarijs compescantur. Et quod erit dispositum super bonis hæreditarijs, appellatione remota, exequatur.*

*SVMMARIVM.*

1 *Episcopus, vel Parochus, cui decimæ debentur, potest prohibere collectionem fructuum, sine præsentia deputati ab eo, & apponere custodes in agro, vel area.*

## De fructibus non colligendis sine præsentia Parochi, cui decimæ debentur. Cap. XCVII.

1 Doctorum conclusio est, quod Episcopus, vel parochus, cui decimæ debentur, potest dicere debitori decimarum, non colligas fructus sine præsentia mea, vel nuntij mei, & potest apponere custodes in agro, vel area pro custodia fructuum; cum agatur de eius interesse, etiam quod debitor contradiceret. Ita pluribus probat *Lucas de Penna in l. meminimus, C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. num. 11.* & ante eum tenet *Specul. de decimis, in fine,* facit textus notabilis in *l. si ita, §. 1. ff. de vsu, & habitat. & ibi Albericus, Ioannes Andreas, in cap. ex parte, el 2. & ibi Abbas, num. 6. de decimis,*

*cimis, Aufrerius ad Capellam Tholosanam decis.432. Guido Papa decis.283. Boer. in consuetud. Bituricens. tit. des costumes prædiales, §.12.* limita, quando in contrarium adesset consuetudo, iuxta *Speculat. Abb. Boer. & Aufrerium in locis citatis*: sublimita tamen secundum eosdem, quando talis consuetudo præstaret occasionem surripiendi; nam tunc seruanda non esset. Et ita fuit resolutum in Rota Romana, in vna Segobiens. decimarum, 10. Octobris, 1583. coram Aldobrandino, postea Pontifice Maximo Clemente VIII. In Regno Neapolitano seruatur, quod Episcopus, vel sacerdos potest apponere custodes: ita dicit *Vincent. de Franch. decis.117.* qui alios regnicolas allegat.

*SVMMARIVM.*

1 *Leuiter percutiens clericum in platea, vel foro, aut in Ecclesia coram multitudine gentium, an ab Episcopo absolui possit.*

2 *Modica non sunt in consideratione, etiam si publicè fiant.*

3 *Percussio clerici ad hoc, vt dicatur grauis, in loco publico requirit scandalum.*

4 *Iniuria leuis non efficitur atrox ratione diei festi, nec si fiat coram persona magnæ auctoritatis, quæ non habet iurisdictionem.*

## De percutiente leuiter clericum publicè, an ab Episcopo absolui possit. Cap. XCVIII.

1 SÆpè dubitatur in curijs Ecclesiasticis, an Episcopus possit absoluere percussorem clerici ob leuem percussionem, si in foro, platea, vel alio loco publico facta fuerit: negatiuam tenet *glos. in cap. cum illorum, in verbo, mutilationem, de sentent. excommunicat.* propter scandalum, quod oritur ex notorio excessu, idem tenet *Abbas ibi*, vt dicatur atrox iniuria, si percussus est in platea, vel theatro, vel in Ecclesia, *ex §. atrox, Institut. de iniur.* Idem tenet *Siluester, in verbo, absolutio, 4. in princip.* Contrariam opinionem tenet *Nauar. in Manuali cap.27. num.92.* vt percussio dicatur leuis, etiam si sit facta in publico, à qua possit absoluere Episcopus, *iuxta cap. peruenit, de sentent. excommunic.* nisi in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum, *ex Cardin. consil.42.* vbi concludit, percussiones duorum clericorum, qui in itinere pugnis, & pedibus adinuicem sese percusserunt, fuisse leues, à quibus posset absoluere Episcopus, & ex *Lapo alleg.76.* vbi dicit, leuem fuisse percussionem cuiusdam Capellani, qui colaphum impegit Canonico Ecclesiæ Aretinæ in eadem Ecclesia, à qua posset absoluere Episcopus: hanc secundam opinionem censeo veriorem, quandoquidem licet iniuria dicatur atrox, ratione loci publici, *d. §. atrox, & l. Prator, §. atrocem, ff. de iniur.* nihilominus requiritur, quod in se sit aliquo modo notabilis, alias si est leuis, non fit atrox ratione loci publici. Est enim differentia inter vulnus, & vulnusculum, ita quod pro vulnusculo, si appareat, non datur redhibitoria, *l.1. §. sed sciendum, ff. de ædilit. edicto,* & pro qualibet re minima non datur

tur

tur dicta actio *l. si tamen, in fin. eodem tit.* per quem textum dixit *Bald. in l. si prædium, C. de ædilitijs action.* in proposito nostro, quod si dicat statu-
2 tùm, quod sindici teneantur denunciare percussiones sanguinolentas, vbi est leuissima cutis scissura, non est denunciandum: nam scissura leuis, aut scorticatura (ita enim appellat) non dicitur vulnus, etiam si in platea esset illatum, neque pro tali vulnusculo atrox pœna irrogaretur: hæc *Bald. idem, & Albericus in dicto §. sed sciendum. Tiraquell. de iudicio in rebus exiguis, num. 20.* qui plures allegat. Præterea modica deformitas publicè apparens non inducit irregularitatem, *gloss. in cap. fin. de corpore vitiati*, & probat *Paris. consil. 165. volum. 4.* pacem non esse ruptam per modicam percussionem, factam in platea ab inimico, nec deberi pœnam; & statutum puniens facientem vulnus in facie, vel alia corporis parte, non habet locum in vulnusculo. *Cæpol. in dicto §. sciendum, num. 36.* & Constitutio pœnalis loquens de sanguinis effusione, non intelligitur de modica. *Abbas in cap. proposuisti, de consecration. Ecclesiæ, vel altaris, gloss. ordinaria in dicto cap. cum illorum, de sentent. excommunic.* & licet alias condemnatus in iudicio (quod facit notorium (iniuriarum fit infamis, siue ciuiliter, siue criminaliter actum sit, *l. athletas, §. item si quis furti, qui est vltimus, ff. de his, qui notantur infam.* hoc tamen non obtinet, cum quis pro parua, leuique iniuria est condemnatus, *cap. cum te, vbi gloss. de sentent. & re iudic.* quam defendit *Tiraquel. loco citato, num. 74.* & multa adduci possunt ad probandum, quod etiam in notorijs sit habenda ratio modicitatis; leuia enim, & modica non sunt in consideratione, vt latè per *Tiraquel. in dicto tract.* ex quibus sequitur, quod percussio leuis in personam Clerici, ratione notorij, non efficitur grauis, nisi ex se fuerit aliquo modo notabilis, tunc efficeretur atrox.

3 Secundò animaduertendum, notorietatem loci efficere percussionem grauem, siue iniuriam, ratione scandali, vt considerat *gloss. in dicto cap. cum illorum*, per illum textum, in quo illa dicitur grauis percussio, quæ sine scandalo præteriri non potest. Itaque non tàm loci, quàm scandali ratio habenda erit, quod non semper oritur ex percussione leui in publico facta: pone enim, *iuxt. consil. Cardin.* quod clerici in platea sese ad inuicem leuiter percutiant pugnis, & pedibus, nullum scandalum oriri solet: pariter si aliquis à presbytero prouocatus illum leuiter repercutiat, nullum, aut modicum scandalum oriri solet: quinimmo solent commendari à mundanis percussores clericorum prouocantium & homicidium, quod ex se est grauissimum delictum, multum alleuiatur, quando præcedit prouocatio aggressus, & insultus, vt non modicum pœna minoretur, iuxta latè tradita per *Felin. in cap. significasti, de homicid.* & regulariter, quando leuis est percussio, non oritur scandalum: ac proinde non dicitur atrox, ad finem absolutionis, quia Canones, vt sit atrox, ad hunc finem requirunt scandalum, vt probatur *in d. cap. cum illorum.*

Tertiò

Tertiò animaduertendum, atrocem iniuriam, à qua non possint absoluere Episcopi, non accipi secundum iuris subtilitatem; sed ex consuetudine, qua possunt Prælati absoluere, & illa dicitur, quando non adest sanguis, vel liuor: ita de consuetudine testatur *Ioannes Faber in §. atrox, Institut. de iniurijs*, & veritas huius consuetudinis probatur *in extrauag. Ioannis XXII. perlectis*, in qua percussio cum alapa dicitur leuis, quod non est de iure, quia est iniuria grauissima vbique, vt clarũ est, *Afflict. in constit. Reg. de transactionib.* Vnde Euangelistæ in passione Domini, vt grauissimam, & atrocissimam iniuriam, percussionem cum alapa expresserunt, *Matth. 26. Marc. 14. Ioann. 18. & 19. Aret. de malefiсijs in facie*; pariter scissura vestium de iure est atrox iniuria, *leg. sed & quæstionis, ff. de iniur.* & nihilominus per extrauagantiam prædictam non dicitur atrox sine sanguinis effusione, vel liuore, nisi personæ dignitas aliud suaderet, & per consequens consuetudo à *Fabro* allegata vera est, quam fauore absolutionis animatum inductam esse, præsumendum est, accedente etiam scientia Summi Pontificis, & approbatione præsumpta propter extrauagantiam prædictam à Summo Pontifice latam. In Hispania pariter dicitur leuis percussio, à qua potest absoluere Episcopus, quando non redundat in magnum dedecus, nec effunditur sanguis. *Partit. prim. de excommunicat.* est itaque vera opinio *Nauarr.* quod non sufficiat notorietas, nisi percussio in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum; notandum est etiam, secundum *Puteum decis. 291.*
4 *lib. 1.* quod iniuria leuis non efficitur atrox, ratione festiuitatis alicuius Sancti, nec etiam si fiat coram persona in dignitate constituta, nisi habeat iurisdictionem in inferentem iniuriam, vt dicit *in alia decis. 303. lib. 1.*

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusi finita per generationem, Ecclesia an teneatur relocare descendentibus; & quid si velit pro se retinere, num. 2. & 3.*

2 *Ecclesia, finita emphyteusi per generationem, non tenetur renouare descendentibus, si vult pro se retinere, latè probatur.*

3 *Ecclesia, finita emphyteusi per generationem, tenetur relocare descendentibus, si ex consuetudine immemorabili renouari consueuit.*

De Ecclesia, an teneatur renouare emphyteusim, finita generatione, si velit pro se retinere.

Cap. XCIX.

1 Dicit *Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana, & aestiua*, quod, finita emphyteusi per generationem, possunt descendentes petere sibi renouari emphyteusim, & si dominus denegat, poterunt à tali denegatione appellare, quia grauantur, & iniuria afficiuntur, & iudex appellationis debebit compellere dominum ad renouandam eis inuestituram: idem *in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. obligat.* vbi *Alex.* latè, & tandem dicit opinionem

*Bart.*

*Bart.* habere in se magnam æquitatem, & quod in practica ita semper vidit obseruari, & esse communem, pluribus ostendit *Decius consil.* 131.

2 Sed difficultas magna est, si dominus, finita emphyteusi, vult pro se retinere, an teneatur renouare. *Decius in d. consil.* 131. tenet, posse compelli ad renouandum, quia si dominus posset pro se retinere, elusoria esset communis opinio *Bart. & Doct. in d. §. permittitur:* nam posset dominus semper dicere, volo pro me retinere: est autem communis opinio, & quælibet dispositio ita interpretanda, ne reddatur elusoria, vt in simili arguit *Panorm. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. fin. vers. limitarem tamen, de Constitut.*

*Ripa de peste, de remedio præseruatiuo, num.* 263. dicit, contemplandam esse æquitatem, super qua fundatur communis opinio; nam si emphyteuta reddidit fundum sterilem sua cultura fertilem, æquitas videtur pro emphyteuta, & eius hæredibus, ne lugeant amisisse fructus laborum suorum, sed si emphyteuta recepisset fundum fertilem in emphyteusim, quæ esset finita tempore, vel generatione, dicit *Ripa* æquitatem esse pro domino, qui vult gaudere fructibus rei suæ.

Sed altercatio magna est inter Doctores, an Ecclesia teneatur renouare, si velit pro se retinere, &, pluribus omissis, de hac re fuit acriter disputatum in Rota Romana, in vna Rauennaten. bonorum, 20. Nouembris, 1587. coram Illustrissimo Cardinali Mantica; & fuit conclusum, Archiepiscopum Rauennaten. non potuisse cogi ad renouandum emphyteusim proximioribus agnatis iunioris sine filijs defuncti, si velit pro Ecclesia retinere; & fuerunt Domini moti pluribus rationibus, quas tanquam obseruatione dignas inferendas censui.

Prima, quia alienatio rerum Ecclesiæ est prohibita, ergo etiam emphyteusis perpetua, quæ non distat ab alienatione, *cap. nulli, & toto tit. de rebus Ecclesiæ, §. emphyteusim, in Auth. eod. tit.*

Secunda, quia non valet pactum, vt post finitam generationem Prælatus teneatur emphyteusim proximioribus renouare, *§. neque illud alias, §. quod autem dictum, cum seq. eodem tit. in Auth. de non alien. rebus Eccles.* & hunc textum ad propositum inducit *Aret. in l. si mihi, & Titio, colum.* 5. *versic. hoc autem præcipuè, de verb. oblig. & Ruin. in cons.* 152. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. *& Gozadin. in consil.* 39. *num.* 19. *&* 20. *vers. præterea.* Idque etiam comprobatur per *extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* ibi, *omneque pactum*, ponderando illa verba, & de rebus ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate. Neque enim euidenti Ecclesiæ vtilitas dici potest, quod Prælatus ad renouandum possit compelli, quia hæc est emphyteusis perpetua, & quædam species prohibitę alienationis, iuribus supra citatis.

Tertia, quia summa æquitas est, vt eatenus quisque rebus Ecclesiæ vtatur, quatenus ei tribuere velit, *l. & habet, in princip. ff. de precar. & cap.* 2. *de feud.* in illis verbis, *feudum decedentis liberè, si videris expedire, concedas*; nam si liberam habet concedendi

cedendi facultatem, ad renouandum cogi non potest.

Quarta, & vltima, hanc sententiam Domini putauerunt esse veriorem, crebriorem, & æquiorem, vt Ecclesia post finitam generationem possit prædia in emphyteusim concessa pro se retinere, sic enim tenet in primis *Abbas in cap. bonæ, el 2. num. 28. vers. hoc dictum, ego limitarem, de postul. Prælat. Curt. Sen. consil. 47. num. 10. vers. secus si vellet. Calcan. cons. 8. num. 45. & Ias. cons. 24. col. penult. vers. sed non recedendo, lib. 3. Ruin. latè in consil. 152. num. 3. vsque ad fin. lib. 1.* qui contrarias rationes, & auctoritates, quibus inductus quandoque aliud respondit, sigillatim diluit. Idemque copiosè consuluit *Gozad. in cons. 39. num. 22. & 24. versic. 3.* & ita tenet etiam *Ripa in l. 1. num. 9. & 10. ff. de priuileg. cred. & Staphil. de lit. grat. & iust. f. l. 79. vers. sed istud dictum, sub tit. de mod. prouis. num. 3. & Mil. in repert. in vers. emphyteusi finita, sub num. 13.* & in hanc sententiam procliuior est *Clarus, in §. emphyteusis, quæst. 44. in fin.* vbi dicit esse æquiorem: quam magis communem attestatur etiam *Rota*, vt scribit *Caputaq. decis. 303. & seq. par. 1. & Benintend. decis. 19.* & hæc sententia tanquam magis fauorabilis Ecclesiæ sequenda est, *cap. vlt. de re iudic. l. sunt personæ, in fin. de relig. & sumpt. funer.*

Neque obstat, quod si dominus post finitam generationem recusat proximiores agnatos inuestire, iniuriam eis facere iudicatur, *argum. l. 1. §. permittitur, cum glos. & ibi Bart. de aqua quotidiana, & æstiua. Roman. in consil. 22. num. 5. Alex. in consil. 80. num. 19. & 20. lib. 1. Dec. in cons. 131. & Paris. in cons. 29. num. 1. lib. 1.* quia sententia *Bart.* quam alij sequuntur, nititur æquitate, & ideo debet intelligi, quando dominus vult extraneos inuestire, & agnatis defuncti præferre: sed si velit pro se retinere, æquitas ei magis suffragatur, quia prima charitas incipit à seipso, *cap. non satis, 86. dist. & l. præses, C. de seruit. & aqua*, & nemo de proprio tenetur alicui facere beneficium, *capit. precariæ, el 1. in fin. 10. quæst. 2.* & nulli cum alterius damno est consulendum, *cap. 1. §. non est, 22. quæst. 2.* Quamobrem licet æquum sit agnatos inuestire, tamen multo æquius est, vt dominus possit pro se retinere, vt dicitur in simili proposito *in l. si seruus communis, §. quod verò, ibi, multo tamen æquius est, ff. de furt. & l. exigendi, ibi, sed multo iustius, C. de procur.* & ita intelligit *Gozad.* repugnantes *Doct.* opiniones, & sic conciliat *consil. 86. num. 24. vers. præsertim*, atque ita sentiunt *omnes in locis supra citatis.*

Neque obstat, quod opinio *Bartoli* reddatur elusoria, si dominus possit pro se retinere. *Dec. cons. 137. num. 3. vers. secundo non obstat, & cons. 326. ad fin.* Quia respondetur, quod si dominus falso dixerit, velle pro se retinere, proximior agnatus poterit repetere, si postea alteri concesserit, quia ex hoc fraudis consilium detegitur. *Ripa in d. l. 1. num. 10. de priuileg. credit. Alciat. in d. l. si mihi, & Titio, num. 31. de verb. oblig. Gozad. d. cons. 39. num. 21.*

Neque etiam obstat, quod Ecclesia Rauennaten. sit solita proximiores agnatos inuestire. Quia fuit respon-

responsum,hoc non sufficere, nisi in specie probetur consuetudo, quòd pro se non possit retinere. *Anchar. cons.339.vol.5.vers. ad secundam rationem.Paul.Castr.in cons.340.ad fin. vers.superest videre,lib.2.Soc.Iun.consil.101 num.1.lib.4.Ripa respons.lib.1. cap.25.num.17.in fin. Crauet. in consil. 96.num.4.*

Neque enim consuetudo plus habet potentiæ, quam vsus ei concesserit.*Bald.in c.1.n.21.qui feud.dar. poss. Curt.Sen.cons.11.nu.8. Curt.Iun. cons.26.num.10.Socin.Iun. cons.101. num.13. lib.2.* & ideò,cum non probetur, Ecclesiam voluisse, & non potuisse per se retinere,consuetudo ad istum casum extendi non potest.

Accedit etiam, quod ea, quæ facultatis sunt, non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis.*Abb.in cap.1.num.7.de concess. præb.Dec.cons.175. n.6.vers.præterea. Rip. in cap.cum Ecclesia Sutrina,num. 44.& seq.de caus.poss. & propriet.*

Neque etiam obstat pactum de renouando appositum in inuestituris, quia loquitur de renouando de 29. ann. in 29. annos, & habet locum in filijs, & nepotibus, sicuti expressum fuit, neque ad agnatos collaterales, de quibus nulla mentio facta est,porrigitur,*l. si vnus, §. ante omnia,ff. de pac. leg. si ita stipulatus,§.Chrysogonus,in fin.de verb.oblig. Bald.in cap.1.in princ.num.9.de feud. cognit.*

3 Habes itaque satis plenè probatum, Ecclesiam non esse cogendam ad renouandum, quando vult pro se retinere: verum hanc conclusionem limita, vt non procedat stante consuetudine immemorabili renouandi emphyteusim descendentibus per tertiam generationem, & ita fuit pluries resolutum in Rota, *ex Baldo in Auth. si quas ruinas,C. de sacros. Ecclesijs,* & ex alijs latissimè deductis in vna Nonantulana bonorum die 19. & 22. Martij 1591. coram Illustrissimo Cardin. Mantica, in qua fuit conclusum, Illustrissimo Cardin. Commendatarium non posse pro Ecclesia retinere bona finita emphyteusi per tertiam generationem, sed teneri ad renouandum ipsis descendentibus, sicuti ab immemorabili tempore fieri consueuit, vt latius poterit videri *in d. decis.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Iuspatronatus ex priuilegio à* Conc. Trid. *censetur reuocatum, etiamsi dicatur,ac si ex reali fundatione,vel dotatione esset,sed non quando priuilegium fuit concessum ex causa onerosa.*

2 *Probationes leuiores sufficiunt,quando agitur de Iurepatronatus inter præsentatos, & non contrauertitur de existentia Iurispatronatus coram Ordinario, & declaratur* cap.consultationibus, de Iurepatronatus.

3 *Instrumenta antiqua extracta,parte non citata, vel à non habente auctoritatem extrahendi,quando probent, & an requiratur recognitio.*

4 *Quasi possessio patris,an continuetur in filium in Iurepatronatus sine corporali apprehensione.*

5 *Quasi possessio præsentandi quando amittatur à patrono, ob non præsentationem.*

Y 6 *Ius-*

6 *Iuspatronatus laicale donatum Ecclesiæ non est amplius laicale, sed Ecclesiasticum, & cadit sub regula reseruatoria.*

7 *Tempus ad præsentandum currit patronis à die scientiæ, & quid debeat probare impetrans beneficium de Iurepatronatus ob non factam præsentationem à patrono in tempore.*

8 *Præsẽtatio facta de absente, an valeat.*

9 *Immemorabilis an possit probari per scripturas.*

10 *Iuspatronatus competens Monachis, & Canonicis, Rectoribus Parochialium præsentandi Vicarios, qui exerceant curam animarum, non censetur sublatum per* Conc. Trid.

11 *Enunciatiuæ plurium instrumentorum probant famam.*

12 *Enunciatiuæ, vt probent in antiquis, acquiritur, quod procedant à personis non habentibus intereße.*

13 *Descendentia in antiquis probatur leuioribus probationibus.*

14 *Instrumenta sunt extrahenda parte citata, limita ibi.*

15 *Institutio facta ab Ordinario sine affixione edicti in Iurepatronatus est nulla, & non præsumuntur apposita edicta, quando eadem die præsentationis secuta fuit institutio.*

16 *Iuspatronatus Vniuersitatis, quando non requirat probationem per scripturas authenticas.*

17 *Iuspatronatus Vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione, siue villa sit magna, siue parua.*

18 *Donatio Iurispatronatus admissa à Vicario, qui non habebat hanc facultatem, quando valeat.*

19 *Iuspatronatus in Ecclesia conuentuali ad finem præsentandi, non competit nisi ostenso priuilegio Apostolico concesso in limine fundationis.*

20 *Iuspatronatus Episcopus potest concedere ex augmento dotis, quando Ecclesia est prorsus indotata, alias secus.*

## Varia de Iurepatronatus. Cap. C.

1 Circa Iuspatronatus varia annotanda censui in Praxi occurrentia. Primum, quod iuspatronatus ex priuilegio censetur reuocatum per Conc. Trid. *c. 9. sess. 25. de reform.* etiamsi dicatur in priuilegio, quòd habeatur iuspatron. ac si esset ex reali dotatione, vel fundatione: quia Concil. desiderat veritatem, quod titulus sit ex fundat. & dotat. & proinde non porrigitur ad patronatus, qui sunt tales ex fictione, *l. 3. §. hæc verba, vbi Bar. ff. de neg. gest. in l. in bello, §. fortè, ff. de captiuis, & postlim. reuers. Bart. in l. is, qui pro emptore,* & ibi *Ias. ff. de vsucap.* & ita fuit decisum in Rota Rom. in vna Placen. Parochialis die vlt. Ian. 1593. coram Orano, sed per Concil. non tollitur priuilegium concessum ex causa onerosa. Ita fuit pluries dictum in Rota, & præcipuè in vna Valent. iurispatron. 30. Ian. & 12. Maij 1581. coram Card. Seraph. & quamuis Doctores dicant id intelligi, quando illud, quòd datur, commensuratur priuilegio, alioquin in excessu sit mera gratia, vt per *Socin. cons. 4. & 83. nu. 12. lib. 3. Alex. cons. 7. lib. 7. Tiraq. in l. si cum quibus, in verbo, donatione largitus, nu.* 335. tamen ille, qui allegat gratiam præponderare, debet hoc probare. *Rolan. consil. 13. lib. 3. Tiraquel. loco cit. num.* 341. & interim standum est regulæ.

2 Se-

2 Secundò animaduertendum, quòd quando non controuertitur de existentia iurispatronat. coram Ordinario, sed agitur tantum de pertinentia inter præsentantes, tunc procedit *text. in c. consultationibus, de iur. patr.* vt attendatur quasi possessio, sed quando dubitatur de existentia ipsius, tunc non sufficit sola quasi possessio, nisi verificetur prius iuspatronat. iuxta formam Concil. ita fuit dictum in Rota Romana in vna Firmana iurisdictionis iurispat. 17. Iunij 1588. coram Illustrissimo Cardin. Pamphilio, in qua dicitur, pluries id fuisse determinatum per Illustriss. Sacri Concilij interpretes, & alias in vna Lauden. beneficij S. Martini 28. Iunij 1595. coram Orano fuit dictum, leuiores probationes sufficere, quando agitur inter præsentatos incidenter de iurepat. quòd in dubium per Ordinarium non reuocatur. Item notandum, *c. consultationibus* (vt quasi possessio attendatur) non procedere, quando constat de proprietate alterius. *Abb.* ibi *n.* 9. & ita fuit dictum in Rota in vna Firmanen. iurisp. 25. Maij 1588. cor. Illustris. Blanchetto.

3 Tertiò notandum, quod quamuis Instrumenta præsentationum antiquarum non sint in forma probanti, cum non fuerint extracta, parte citata, nec ab habente auctoritatem illa extrahendi, tamen si sunt antiqua, & apparet de obseruantia, probant, quia scripturæ minus solemnes recipiunt robur ab obseruantia subsecuta. *Aym. consil.* 101. *num.* 4. *& cons.* 159. *num.* 1. & ita fuit dictum in Rota Romana in vna Calaguritana Aprutinen. Iurisp. 27. Februarij 1584. coram Burbalo, quamuis non constaret de obseruantia in omnibus. Adminicula etiam operantur, vt scripturę informes probent. *Aym. cons.* 35. *num.* 6. & fuit dictum in Rota coram Cardin. Seraph. 4. Martij 1580. in vna Salamant. Iurisdict. Item in Instrumentis antiquissimis non habet locum recognitio, sed in antiquis. *Bal. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* & ita fuit dictum in Rota in vna Romana Castri, 4. Februarij, & 9. Martij 1575. coram Litta, vbi, quòd ita seruat Rota.

4 Quartò notandum, quod iuxta *Lambert. de Iurepatr. in* 1. *part.* 2. *lib. arb. art.* 22. 1. *quæst. princ.* quasi possessio patris dicitur quasi possessio filij in incorporalibus, & transfertur in filium sine apprehensione. Hæc opinio fuit à Rota Romana improbata, & fuit dictum contra *Lambertinum*, vt necessarius sit actus apprehensionis, ita quod, licet defunctus esset in quasi possessione præsentandi Rectorē ad beneficium, illa quasi possessio non transit in hæredem sine apprehensione. Ita habetur *in decisione* 5. *de causis possessionis per Achill. de Grassis*, & fuit etiam resolutum in vna Pampilonen. Iurispatronatus 18. Iunij 1584. coram Orano, quæ opinio contra *Lambertinum* latè probatur *dicta decis.* 5. & signanter, quia opinio *Lambertini* est contra generalitatem legis, cum hæredes, *ff. de acquiren. possess.* qui textus à fortioribus procedit in incorporalibus.

5 Item solet quæri, an amittatur quasi possessio à patrono non præsentante, si sunt plures patroni,

& vnus non præſentat, & alij præſentant. Concluſio eſt, quòd ſi omnes patroni ſunt ex eodem iure, nempè conſtructionis, non amittitur quaſi poſſeſſio non præſentantium, ſed præſentantes conſeruant poſſeſſionem non præſentantium: ſi verò ex diuerſis Iuribus deſcendunt, nempè alij ex fundatione, alij ex dotatione, & alij ex conſtructione, tunc præſentantes ex vno Iure non conſeruant quaſi poſſeſſionem aliorum patronorum ex alio iure non præſentantium. Ita ſingulariter *Abb. in conſ. 54. vol. 1. Lamb. 1. par. 2. lib. q. 16. 3. q. princ. pulchrè*, & fuit pluries in Rota Rom. determinatum.

6 Item notandum, quod quamuis Iuſpatronatus eſſet ex dotatione alicuius laici, ſi poſteà fuit translatum in Eccleſiam per laicum, non dicitur amplius laicale, ſed Eccleſiaſticum, *cap. vnic. §. fin. de Iurepatronatus in 6.* & ſucceſſiuè cum vacauerit in menſe reſeruato Papæ, comprehenditur ſub regula Cancellariæ, reſeruatoria, & proinde non poteſt fieri præſentatio ad illud in menſibus Papæ reſeruatis, *capit. cum dilectus, de Iurepatr.* ita fuit reſolutum in Rota Romana in vna Valentina beneficij 26. Martij 1593. coram Orano.

7 Notandum vlterius, quòd licet olim in Rota Romana *deciſ. 1. de Iurepatron. in antiquis*, fuerit dictum, patrono currere tempus ad præſentandum à die vacationis, & non à die notitiæ, & eandem opinionem tenet, atque probare conatur *Lambert. ſecunda parte 2. lib. art. 8. primæ quæſt. princ.* nihilominus hodie Rota ſeruat contrarium, vt currat tempus à die ſcientiæ, contra *Lambertinum*. Ita habetur *in deciſ. Veralli 3. part. deciſ. 248.* vbi latè, & reprobatur *d. deciſ. 1.* quin etiam in vna Signina Iuriſpatronatus 12. Iunij 1596. coram Domino Orano fuit dictum, quod ſi impetratur beneficium de Iurepatr. laicorum per deuolutionem ad Sedem Apoſtolicam ob non factam præſentationem intra tempus à Iure ſtatutum, non valet impetratio, niſi probetur ſcientia certa, & indubitata patroni vacationis beneficij: quia tempus limitatum patronis, non currit à die vocationis, ſed ſcientiæ. *Abb. in cap. fin. num. 6. de Iurepatron. Rocchus in verbo, honorificum, quæſt. 27. num. 57.* & ſcientia eſt probanda certa, & indubitata. *Lap. alleg. 78. num. 12. Berous conſ. 68. num. 86. lib. 1. Puteus deciſ. 6. de præbendis*; & ignorantia veriſimilis præſumitur propter abſentiam beneficiati à loco beneficij, quando deceſſit. *Abb. Felinus, & alij in capit. cognoſcentes, de conſtitut.* & impoſſibile eſt, patronos neglexiſſe ius ſuum, ſi ſciuiſſent obitum beneficiati, *arg. leg. cum de indebito, ff. de probationibus*; facit, quod communiter receptum eſt, ignorantiam ſemper præſumi, niſi ſcientia probetur, *leg. verius, ff. de probat. capit. præſumitur, de regul. iuris in 6.* ſed an

8 patronus præſentans abſentem ſatisfaciat? reſpondetur, quod non, *ex Gloſſ. in Clemen. dudum, §. ſtatuimus, & ibi Ancharan. num. 17. de ſepultur. Abb. in capit. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prælatis, & conſil. 76. num. 2. lib. 2. cum alijs per Lambert. de Iurepat. lib. 2. part. 1. quæſt. 11.* ita fuit reſolutum in vna Burgen. portio-

nis

nis 7. Maij 1588. coram Domino Bubalo, & in vna Regiensi Prioratus coram Illustrissimo Pamphilio 1587. in qua fuit etiam dictum, quod licet sustineri possit præsentatio de absente, quando præsentatus est taliter notus habenti illum instituere, vt examine non indigeat, hoc intelligitur, secuta acceptatione præsentati, & ratificatione infra tempus datum ad præsentandum, & quod fuerit admissa ab Ordinario *ex Cardinali in cap. fin. de Iurepat. Abb. d. cons. 76. num. 3. lib. 2. Rota decis. 3. de Iurepatr. in nouis*, & fuit dictum, præsentationem factam de absente ordinato ab Episcopo valere, quia præsumitur habere illius notitiam, non tamen sufficit notitia, vbi examen est omninò necessarium, vt in Ecclesia parochiali, & notat *Lambert. d. q. 11.*

9 Notandum etiam circa probationem Iurispat. quod immemorabilis non potest probari per scripturas: siquidem cum vltra possessionem requiratur probatio, memoriam non extare in contrarium, *iuxta Gloss. in capit. 1. de præscript. in 6.* id probari non potest per scripturas, quæ tantum possunt probare memoriam extare; ita *Io. And. in d. c. 1. de præscript.* relatus in additione ad *Gloss. Alex. in consil. 16. lib. 5.* & fuit decisum in Rota Rom. in vna Veronensi coram Illustrissimo Pamphilio die 18. Martij 1596. Vnde cauti debent esse patroni, vt vltra scripturas adducant testes super immemorabili.

10 Item notandum, quod per Conc. Trident. *cap. 9. sess. 25.* non est sublatum Ius præsentandi, competens de Iure communi, quod pertinet ad monachos, & Canonicos rectores parochialium præsentandi Vicarios, qui exerceant curam animarum: nam ad eos pertinet Ius præsentandi, & ad Episcopum Ius instituendi, *capit. de monachis, de praeben. capit. 1. vbi Gloss. in verb. præsentatur*, & ibi *Doctores de capellis monach. in 6.* & ita fuit resolutum in vna Tirasonensis Iuris præsentandi coram Domino Bubalo 23. Maij 1588.

11 Item notandum in hac materia, quod enunciatiuæ plurium Instrumentorum æquipollent famæ, & probant famam. *Bal. & Castrus in l. cum aliquis, C. de Iure deliberan. Aret. cons. 42. Caputaq. decis. 444. & 337. par. 3.* & fuit dictum in vna Aretina Capellaniæ 22. Iunij 1590. coram Domino Comitulo, & coram Domino Bubalo, in vna Taurien. Plebis de Medull. 16. Decembris 1588.

12 Item notandum, quod, vt enunciatiuæ probent in antiquis, requiritur, quod procedant à personis non habentibus interesse. *Aretin. in c. cum causam, de probat. col. 4.* & ibi *Felin. sub nu. 4. Aymon. de antiq. temp. p. 1. §. ampliatur, num. 17. Achill. decis. 5. de Iurepat.* & fuit dictum in vna Nouar. beneficij 5. Nouemb. 1586. coram Illustrissimo Pamphilio.

13 Circa probationem descendentiæ, in antiquis leuiores probationes sufficiunt, vt post *Gloss. ord. in l. 1. ff. de probat. dicunt Aretin. consil. 37. num. 1. Cephal. consil. 137. lib. 1. nu. 45.*

14 Item notādum, quod Instrumenta sunt extrahenda parte citata, *decis. 1. de fide Instrum. in nouis*, sed hoc non procedit, quando fuerunt

extracta partim ab eisdem Notarijs, partim à successoribus in officio, & habentibus facultatem regiam illa extrahendi, quia censentur esse in forma probanti, *iuxta decis. Put.* 14. *de fid. Instrum. Caputaq.* 351. *part.* 2. nec in his terminis loquitur *decis.* 1. *de fide Instrumen.* & ita fuit dictum in vna Mediolanensis Iurispatron. 29. Ianuarij 1589. coram Comitulo. Item fallit, quando pars est in causa, ne formiter extrahantur, cum in odium impedientis quoquo modo legitimam extractionem, stetur scripturis informibus cum earum simplici copia. *Bald. in leg. publicati, num.* 8. 9. *C. de testam. Dec. consil.* 36. *Pereg. decis.* 159. *lib.* 2. Et ita fuit resolutum coram Seraphino in vna Carthaginensis portionis 14. Nouembr. 1594. & coram Illustriss. Millino in vna Astoricen. Prioratus 13. Maij 1598. in qua fuit dictum, præsumi impedimentum præstitum à parte, cuius commodum dumtaxat tangebat, adnotata per *Bart. in leg. fin. ff. de quæst.*

15 Præterea notandum, fuisse resolutum in Rota Romana in vna Parmen. beneficij 28. Nouembr. 1586. coram Domino Gipsio, institutionem beneficij factam ab Ordinario eodem die resignationis, fuisse nullam, ex quo edicta apposita non fuerunt, iux. formam *cap. fi. de elect. in* 6. quod habet decretum irritans; & licet loquatur in electione tantum, locum etiam sibi vendicat in præsentatione. *Put. decis.* 306. *lib.* 1. & pluries fuit resolutum in Rota Rom. & cum versemur in prohibitis, quia Ordinarius non potest procedere, nisi secundum formam *d. c. fin.* credendum ipsi non videtur per ea, quæ tradit *Bart. in l. si forte, num.* 4. *&* 5. *ff. de castren. pecul.* maximè si in processu edicta non reperiuntur, & verisimile est apposita non fuisse, cum resignatio, & institutio vna, & eadem die emanauerit. Vnde impossibile est, quod apposita fuerint cum termino competenti, prout requiritur.

16 Item notandum, quòd Iuspatr. vniuersitatis requirit probationem per scripturas authenticas, *iux. c.* 9. *sess.* 25. quando se fundat in præsentationibus, sed quando se fundat in dotatione, vel fundatione, potest vti testibus: quia Concilium statuit, quod probetur Iuspatronatus per legitima documenta, appellatione quorum nedum instrumenta, sed etiam veniunt testes, præsumptiones, & aliæ probationes à iure communi approbatæ, *glos. in cap.* 1. & ibi *Archid. de except. in* 6. *in verb. documentis*; & ita fuit dictum in Rota in vna Lucana plebis 22. Iunij 1590. coram Domino Orano; igitur quando constat de Iurepatron. vniuersitatis, per legitima documenta non est opus probare continuatas præsentationes per quadraginta annos, quia Concilium hoc requirit, vbi Iuspatron. solum probetur per præsentationes temporis immemorabilis propter præsumptionem vsurpationis, quæ cessat, vbi adsunt legitima documenta.

Item notandum, fuisse resolutum in Rota in vna Bononien. Iurispa-
17 tronatus 20. Martij 1589. coram D. Gipsio præsumi vsurpationem in Iurepatron. vniuersitatis, siue villa

villa sit magna, siue parua, quinquaginta focul ariorum, cum Concilium generaliter loquatur, nec distinguat, *l. de pretio, ff. de Publicia maximè*; quia rationes, propter quas Ecclesia præsumitur libera, militant etiam in parua villa, nam potest esse, quod ex oblationibus fidelium, & hominum dictę villæ Ecclesia prædicta fuerit constructa, non tamen animo acquirendi Iuspatronat. *Achill. decis. 4. de Iurepatr. Put. decis. 57. & 705. lib. 1. Crescent. 13. Verall. 128. part. 2. post Lambert. & Rocchum de Iurepatron.* & ita fuit alias decisum coram Illustrissimo Pamphilio in vna nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588.

18 Item notandum, quod donatio iurispatronatus admissa à Vicario, qui huiusmodi facultatem specialiter sibi commissam fuisse non docuit, prout requiritur ad *capit. cum generali, de officio Vicarij in 6.* non valet. Verum stantibus multiplicatis præsentationibus, factis vigore dict. donationis ab Episcopo, successiuis temporibus admissis, de consensu illius dubitari non posse, fuit dictum in Rota in vna Bononiens. Iurispatronatus coram Domino Gipsio 27. Nouembris 1587. *Lambert. de Iurepatronatus part. 2. lib. 1. art. 7. in fine*, & pluries fuit in Rota decisum.

19 Vlterius notandum, Iuspatronatus in Ecclesia Collegiata, & Conuentuali ad finem præsentandi non posse competere, nisi ostenso priuilegio Apostolico, concesso in limine fundationis, *iuxt. glos. not. in capit. nobis, de Iurepatronat. in verbo, de sua iurisdictione*; & ita fuit sæpius resolutum in Rota in vna Astoricensis Prioratus 18. Decembris, 1598. coram Seraphino, in qua dicitur, in pluribus causis id fuisse decisum; item in vna Alben. Prioratus, & Oueten. Abbatiæ; & fuit etiam decisum in vna Regiens. Prioratus 9. Maij 1588. coram Illustris. Pamphilio, *Mohed. decis. 340. Puteus 379.* quod priuilegium præsumitur ex diuturnitate temporis, concurrente obseruantia, *ex Abb. in cap. Cura, de Iurepatronatus. Dec. cons. 115.* & talis, qualis de Iure requiritur, & sic quod interuenerit in limite fundationis, vel dotationis. *Aretin. consil. 16.* cum adduct. *per Gabr. consul. 1. de præsumption. num. 70.* ita fuit decisum in d. ℓ. Regien. Prioratus coram Illustris. Pamphilio.

20 Item notandum, quod non potest Episcopus concedere Iuspatronatus ex augumento dotis, nisi Ecclesia esset prorsus indotata, *Rocchus de Iurepatron. in verbo, dotauit, quæst. 2. Abb. cons. 28. lib. 2.* & non sufficit, quod sit depauperata, nisi dos in totum sublata sit, vt ibi per *Rocchum*, & habetur *in decis. Lucana Decanatus, 528. part. 1.* & tanto magis, quando versamur in beneficio simplici, cuius non requiritur magna dos: & sic ille dicitur potius ditator, quam dotator, vt per *Abb. consil. 106. num. 4. lib. 2. Lambert. 1. part. 1. lib. quæst. 6. art. 6.* Et ita fuit dictum in vna Sarnen. beneficij coram Illustrissimo Millino 1599. in beneficio simplici, habente dotem ducatorum sexdecim, vt non potuerit acquiri Iuspatronatus propter augmentum dotis.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuspatronatus competens familiæ, an, illa extincta, extinguatur.*

2 *In Iurepatronatus legato, vel donato familiæ succeditur in capita, & non in stirpes.*

*Idem quando competit pluribus, vt vniuersis.*

3 *In venditione omnium bonorum mobilium, & immobilium, Iurium, & actionum vniuersarum, venit Iuspatronatus.*

4 *Iuspatronatus quando veniat in venditione fundi, vel palatij.*

Varia de Iurepatronatus.
Cap. CI.

1 PRosequendo eandem materiam Iurispatronatus, quæritur, an Iuspatronatus competens illis de familia, extinctis illis extinguatur, vel transeat ad hæredes vltimi de illa familia. *Lambert. de Iurepatr. art.* 5. 2. *quæst. principalis*, 2. *part.* 1. *lib.* tenet extingui. Contrarium, & verius tenent *Anchar. consil.* 81. & *Card. cons.* 4. *de Iurepat.* qui probant, prouisionem hominis non tollere prouisionem legis: casus enim omissus relinquitur dispositioni Iuris communis, *leg. si cum dotem, ff. solut. matrim. leg. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* vnde casus deficientis familiæ à testatore omissus relinquendus est dispositioni iuris communis, quod permittit, Iuspatronatus transire ad heredes extraneos, hæc posterior opinio contra Lambert. fuit approbata in Rota Romana in vna Cremon. Iurispatr. 6. Iunij 1578. coram Seraphino, & fuit dictum, *Lambertinum* intelligi debere, quando verbis fundatoris apparet ipsum limitate voluisse Iuspatronat. vt ad alios non transiret, quam ad expressos; & verba, de familia, non important taxatiuam aliquam, nisi addantur alia verba de-
2 notantia taxationem. Secundò animaduertendum, quod licet in Iurepatronatus succedatur in stirpes, & non in capita, *Clem. si plures, de Iurepatron.* tamen eius dispositio recipit notabilem limitationem, vt procedat, quando succeditur iure hereditario, secus si alio Iure, nempe legati, vel donationis, quia tunc si legetur, vel donetur Iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes. Ita *Alex. de nouo, consil.* 63. *num.* 3. & 4. *ex Bald. in l.* 2. *sub nu.* 4. *C. de suis, & legitimis*; idque tenuit Rota Rom. in vna Regien. Prioratus coram Penia, 13. Nouembr. 1601. limitatur etiam d. *Clem. si plures*; vt procedat, quando Iuspatr. pertinet ad singulos, vti singulos, non vti vniuersos: siquidem quando competit alicui collegio, seu familiæ, vti vniuersis, fit præsentatio per capita, & non per stirpes. Ita *Lamb. de Iurepat.* 2. *part.* 1. *lib.* 2. *art.* 1. *q. princ. num.* 17. & secuta Rota Rom. coram Illustrissimo Card. Pamphilio in vna Staturien. Iurispat. 11. Ian. 1583. vbi ex coniecturis enumeratis fuit dictum, quoddam Iusp. competere quatuor familijs, non tamquam diuersis corporibus, sed tamquam facientibus vnum corpus sub nomine familiæ: & alias in vna Burg. Abb. 16. Iunij 1589. coram Domino Penia fuit

reso-

resolutum in iurepatronatus succedi in stirpes, & non in capita, nisi obseruantia esset in contrarium. Tertiò notandum, quod in donatione omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, Iurium, & actionum vniuersarum, non venit iuspatronatus, nisi adsit villa, vel castrum, continens iuspatronatus, ita dicit *Innocent. in cap. ex litteris, & ibi Cardin. de iurepatron. Dec. in cap. sedes, num. 3. de rescript. Lambert. in 2. par. 1. lib. 6. artic. 4. quæst. princip. Couar. variar. resolul. lib. 1. cap. 13. num. 4.* Contrariam opinionem tenet *Abb. in d. cap. ex litteris, num. 12.* an in donatione omnium bonorum. *Dec. cons. 127. num. 2.* vbi de communi *Puteus decis. 351. lib. 2. Ferrett. consil. 279. num. 2.* & hanc opinionem secuta est Rota Romana, in vna Cremonen. Hospitalis, 5. Martij, 1586. coram Domino Seraphino, & fuit dictum, *Dec. in cap. sedes*, loqui in iuribus ad certum locum restrictis, & eodem modo Doctores relati à *Couar.* neque opinio *Lambertin.* fuit visa vera; fundat enim se in restrictione, quæ inducitur ex particula illa, *mea*, quæ nihil facit, vt animaduertit *Rebuff. in l. bonorum, ff. de verb. signific.* non obstat, quod dictio, *bonorum*, sit restricta ad mobilia, & immobilia, quia vlterius processum fuit ad iura, & actiones vniuersas, & ideo cessat obiectum, appellatione bonorum in contractibus non venire vniuersitatem, vt per *Bald. in cons. 1. num. 4. lib. 2.* venit enim iuspatronatus appellatione Iurium vniuersorum. *Bald. cons. 32. num. 3. lib. 1.* nam transit cum vniuersitate *d. cap. ex litteris, & cap. cum sæculum, de iurepatron. Berous cons. 66. num. 29. cons. 78. num. 2. lib. 3.* & hæc notanda sunt propter auctoritatem Rotæ Romanæ, quæ magna est.
4 Notandum etiam, secundum communem opinionem *in dicto cap. ex litteris*, cum venditione fundi non transire iuspatronatus, siue habeatur aditus per ipsum fundum, siue aliunde per aliquam viam publicam, de qua testatur *Rocchus, de iurepatron. in verbo, is, à quo, quæst. 23.* & eum sequitur *Lambertin. 2. part. 1. lib. artic. 17. quæst. 5. princip.* Sequitur etiam *Couarr. dicto cap. 13. num. 3.* limitans in fundo, qui vniuersitatem constituit, intra quem dominus haberet iuspatronatus, & alia iura: tunc enim transit cum vniuersitate, ac si venderetur Castrum, vel villa, in qua esset iuspatronatus, per *text. in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* cum venditione vero palatij magis communis opinio est, vt non transeat, vt testatur *Rocchus loco citato*: sed *Lambertin. artic. 8. dicta quæst. 5.* distinguit, quod aut capella palatij, in qua est iuspatronatus, habet aditum aliunde per aliquam viam publicam, & non transit iuspatronatus: quare patronus poterit expedire omnia sibi competentia sine palatio: non solum enim competit præsentare, sed etiam debetur ei honor in Ecclesia, vt ius processionis; & potest accedere ad Ecclesiam, & videre an res benè custodiantur per sacerdotes, vt possit superiori denunciare, vt *in cap. filijs, 16. quæst. 7. cap. nobis, de iurepatronatus*, notatur *in gloss. in cap. piæ mentis, dicto cap. & quæst.* aut non habet aditum, nisi per palatium;

tium, & tunc, quia Capella facta est pro seruitio inhabitantium tantùm, & non pro posteris, & hoc constaret Episcopo ex coniecturis, veniret iuspatronatus; limitata etiam causa, scilicet ædificationis Capellæ, limitatum debet parere effectum, pro illis de palatio vulgatis iuribus; & hæc opinio videtur rationabilis. Nihilominus aduertendum in Rota Romana, die 19. Februarij, 1588. in vna Pampilonen. iurispatronatus coram Illustrissimo Pamphilio fuisse dictum, cum venditione palatij in Regnis Nauarræ venire Iuspatronatus, continent enim palatia in dictis Regnis sub se tributa, præeminentias, iura, & actiones, & sic sunt quid vniuersale, quo casu indubitatum est transire Iuspatronatus.

SUMMARIUM.

1. *Præsentare an possit patronus, mortuo vno ex præsentatis, lite pendente, vel cedente.*
2. *Vendita vniuersitate si fiat mentio Iurispatronatus in venditione, quando transeat, vel amittatur Iuspatronatus.*
3. *Donatio Iurispatronatus propter seruitia est simonaca.*
4. *Honorantiæ debitæ patrono quando vendi possunt.*
5. *Ius præsentandi an transeat in conductores, seu affictatores Castrorum.*
6. *Patronus non potest in limine fundationis apponere venditionem, quod ipse nominet Capellanos amouibiles ad curam animarum.*
7. *Patronus non potest in donatione apponere, quod Ecclesia diruta reuertatur dos ad ipsum.*

Varia de Iurepatronatus. Cap. CII.

1 DIcit *text. in cap. 1. vt lite pendente, in 6.* quod, lite pendente, vno ex electis mortuo, vel cedente, non potest alter eligi, qui textus an habeat locum inter præsentatos, vt vno mortuo, vel cedente, alter præsentari non possit, magna est altercatio inter *Doctores, Ioan. Andreas in d. cap. 1.* putat idem esse in præsentationibus laicorum post quatrimestre, non ante, cum eo tempore illis cumulare liceat, *cap. cum autem, de Iurepatronat.* quem Doctores communiter sequuntur: quia cum patronus intra quatrimestre viuente, primo præsentato, possit accumulare, multo fortius, eo mortuo; contrariam opinionem tenuit *Ioannes Calderinus in consil. 1. vt lite pendente,* eamque pluribus probat, *vt cap. 1. vt lite pendente, in 6.* procedat etiam in præsentatis, quorum vno mortuo, vel cedente, alter præsentari non possit, etiam intra quatrimestre, dicens, iura facientia mentionem de cumulatione, habere locum, & loqui, quando præsentatio facta est de vno, & non quando plures fuerunt à principio præsentati, & ad inuicem litigant, in quibus militat ratio dicti capituli primi, ne Ecclesiæ propter lites dispendia patiantur. *Lambertin. de Iurepatron. 1. par. 2. lib. artic. 12. 6. quæst. princip.* tenet cum communi; nihilominus Rota Romana sæpius iudicauit, secundum *consil. Calderini per Sarnen. super regula de subrog. quæst. 13.* quem tamen Rota intelligit procedere, quando lis penderet

ret inter duos præsentatos à diuersis patronis; nam tunc non est licitum variare, nec vno defuncto potest alius præsentari; secus autem vbi lis verteretur inter alios, quia tunc non prohibentur patroni præsentare, alias sequeretur, quod posset de facili impediri patronus introducendo litem super beneficio: & ita fuit decisum in vna Bergomen. Capellaniæ, 19. Iunij, 1579. coram Domino Bubalo. Allego frequenter decisiones Rotæ Romanæ propter magnam auctoritatem, & vt inferiores Iudices sciant, quid seruetur in Tribunali supremo, ad quod ab eorum sententijs appellatur. Quod vero ad dispositionem *cap. 2. vt lite pendente, in 6.* vbi disponitur, quod si beneficiatus, contra quem super beneficio litigatur, cedit, vel decedit, si alius, lite pendente, cum superstite fuerit electus, non valet electio, an habeat locum in præsentatione, vt illa non valeat? & dicendum est, quòd sic; quod præsentatio non valeat, vt dicitur expressè *in d. text.* ibi, vel etiam præsentetur; & loquitur, quando vnus fuit iam beneficium adeptus, & postea mouetur lis: sed *cap.* 1. quando neuter possidet beneficium, ita *Lambertin. artic.* 13. *d.* 6. *quæst.*

2 Secundò notandum, esse magnam controuersiam inter Doctores, an vendita vniuersitate temporalium, in qua erat iuspatronatus, si in venditione fiat mentio iurispatronatus, transeat aliquando iuspatronatus, vel semper, quando exprimitur, amittatur, *iuxta cap. quia clerici, de iurepatron. Ioan. Andr. in cap. vnico, de iurepatron. in 6.* dicit, quod transit iuspatronatus in emptorem, si in fine Instrumenti fiat mentio illius declaratiuæ, nempe, quod venditor declarat animum suum fuisse, vt omnia iura transirent in emptorem, etiam iuspatronatus; secus, si in dispositiua, vt si coniunctim fiat expressio iuspatronatus in venditione, tunc non transit, quamuis dicta expressio non fuerit necessaria. Sequitur *Dominicus in d. cap. vnico*, & omnes communiter tenent, vt possit exprimi iuspatronatus declaratiuè post venditionem, sed non quando venditur vna cum vniuersitate coniunctim. Alij distinguunt, quod si ponatur dictio, *cum*, transeat iuspatronatus; vt si dicat, *vendo Castrum cum iurepatronatus*, quia dictio, *cum*, denotat accessionem quandam, & accessoriè potest vendi iuspatronatus, *cap. cum sæculum, cap. ex litteris, de iurepatron.* sed si ponatur dictio, *&*; vt *vendo Castrum, & iuspatronatus*, non valeat venditio, ita *Abb. in cap. querelam, de simonia*, quem sequitur *Marian. Felin. dict. cap. querelam*, tenet, venditionem esse nullam, siue ponatur dictio, *cum*, siue dictio, *&*. Sequitur *Lambertin. 2. par. 1. lib. 2. artic. 5. quæst. princip.* siquidem dictio, *cum*, disponit æquè principaliter, *l. si illi cum illo, ff. de vsufruct. legat.* Rota Romana dixit, quod etiam, quando in instrumento venditionis, in narratiua, vel in traditione possessionis vniuersitatis, fit mentio iurispatronatus, dummodo non in dispositiua, transit iuspatronatus; ita fuit decisum in vna Pampilonen. iurispatronatus, 19. Februarij, 1588. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, hæc nota; quia

quia si vendatur iuspatronatus, venditio est nulla quoad iuspatronatus, & Ecclesia efficitur libera; ita quod qui primo habebat instituere, habebit modo liberam collationem, ac si beneficium non fuisset iuspatronatus: ita *Innoc. Abb. Cardin. & communis, in d. cap. quia clerici, de iurepatr.* Notandum etiam, aliàs fuisse resolutum in Rota Romana, in vna Calaguritana præeminentiarum, 24. Aprilis, 1592. coram Gipsio; ac
3 latè probatum, donationem iurispatronatus esse simoniacam, propter seruitia, & præmia laborum, ex quo donatarius per plures annos apud Regem, & eius ministros operam dederat, vt donans recuperaret statum, prout recuperauit: & ita fuit dictum, non obstante confirmatione Nuntij, nec consuetudine allegata, quæ, cum sit nutritiua peccati, nullo temporis spatio præscribi potest; probabatur etiam in illo casu promissio iurispatronatus in recompensam, postea donatione secu-
4 ta; poterit tamen patronus vendere honorantias, seu fructus iurispatronatus, quos sibi reseruauit in fundatione cum consensu Episcopi absque labe simoniæ, etiam si vendat ius percipiendi fructus, dummodo retineat titulum apud se. Ita *Abb. in cap. præterea, el 2. de iurepatr. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 4. Sot. de iust. & iure, lib. 1. quæst. 7. col. 5.*
5 Tertiò animaduertendum, conductores, seu affictatores Castrorum sæpè prætendere præsentare sub prætextu, quod iuspatronatus transferatur cum vniuersitate temporali, titulo locationis, si villa, vel Castrum locetur, seu arrendetur, per *text. in cap. ex litteris, de iurepatron.* vbi habetur iuspatronatus transire in conductorem villę datæ ad firmam, & contractus firmæ dicitur contractus locationis. Contrarium tenet *Paul. de Castro in consi. 67. in 1. par. in Christi nomine, amen*; dicens *text. in d. cap. ex litteris*, loqui, quando transfertur vtile dominium, vt in feudo, & emphyteusi, & illud vocabulum, *ad firmam*, intelligi de emphyteusi; & hanc esse magis communem opinionem, dicit *Rocchus de iurepatr. in verbo, ipse, vel is, à quo, quæst. 26.* & eum, contra *Abb. in d. cap. ex litteris*, defendit *Lambertin. 1. par. 1. lib. 2. artic. 8. quæst. princip.* locare enim, vel arrendere nihil aliud est, quam fructus rei vendere, & propterea non transit iuspatronatus, nec fructus iurispatronatus, scilicet præsentare, cum vendi non possit: & dicit *Bart. in l. 1. C. de iurepatr. emph.* contractum emphyteuticum vocari precariam, liuellum, & affirmam, & ad pensionem, & quocumque nomine nuncupetur, dicit ipse, emphyteusis est. Sequitur *Ias.* & sic non est facienda vis, *in dicto cap. ex litteris*, nec est alius textus, qui dicat cum locatione villæ transire ius pręsentandi; ad illum verò, penes quem est factum sequestrum, transit ius pręsentandi. *Innoc. in cap. examinata, de iudicijs*; & est magis cõmunis opinio, quod siue iuspatronatus sequestretur de per se, siue cum aliqua vniuersitate, in qua sit iuspatronatus, vacante Ecclesia, sequester poterit præsentare: non tamen dicetur præsentare nomine proprio, sed nomine, & pro parte vincentis, de qua testatur *Lambert. in 2. par. 1. lib. artic. 3. quæst. 9. princip.*

6 Vltimò

6 Vltimò singulariter notandum in hac materia, quod quamuis patronus in limine fundationis beneficij, possit apponere conditiones, & pacta contra ius commune, dummodo adhibeatur consensus Episcopi, *cap. cum dilectus, cap. praeterea, cap. nobis, de iurepatron.* tamen non potest sibi reseruare ius nominandi, & amouendi ministros stipendiarios, qui exerceant curam animarum, sed benè posset alios Capellanos amouere, ex conditione apposita in fundatione; nam Capellani in beneficijs curatis debent esse perpetui, *cap. 1. de Capell. monach. in 6.* ita dicit *Lambertin. 1. par. 1. lib. 9. quæst. artic. 2. num. 16.* & fuit dictum in Rota Romana, in vna Toletana Iurisnominandi, 29. Nouembris, 1582. & 28. Ianuarij, 1583. coram Oradino, nisi adesset verus Rector, qui habet titulum, tunc possent deputari coadiutores ad exercendum curam animarum, & ita procedit *cons. Anton. de Butr. 3.*

7 Item notandum, non valere conditionem appositam in donatione, quod diruta Ecclesia, reuertatur dos ad patronum. *Anchar. cons. 297. num. 7. Paul. de Cittad. de iurepatron. par. 3. causa 2. Lambertin. 1. par. 1. lib. quæst. 5. artic. 8. num. 19. & quæst. 6. artic. 4. num. 11. & 12.* nec valet pactum de consensu Episcopi, quod diruta Ecclesia, fundus ad patronum reuertatur. *Lambert. d. lib. 1. par. 1. artic. 1. quæst. 9.* horum causa est, quia semel Deo dicatum, ad humanos vsus amplius non est reuocandum, *reg. semel, de regul. iuris, in 6.* non obstat doctrina *Bald. in l. dictam, C. de condit. ob causam, & Tiraquell. de retract. §. fin. num. 14. & 15.* quòd quando constat, donantes Ecclesiæ alias donaturos non fuisse, nisi modo adimpleto, datum repetitur ab Ecclesia recusante modum adimplere, ex quo datum non dicitur effectum simpliciter Sancta sanctorum, sed cum sua causa, quia nullus istorum loquitur in dato pro dote, in quo casu habemus particulares auctoritates, reprobantes huiusmodi pactum. *Felin.* quoque *in cap. cum venerabilis, num. 33. de exceptionib.* neque loquitur in hoc pacto. Ita fuit resolutum in Rota, in vna Lucana Decanatus, 1. Decembris, 1581. coram Aldobrandino, postea Papa Clemente VIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium propter frigiditatem, vel maleficium quando separandum.*
2 *Habitatio per triennium quando dicatur formiter facta à frigidis, & maleficiatis.*

## De frigidis, & maleficiatis varia. Cap. CIII.

1 INter causas matrimoniales difficilis est admodum illa, in qua agitur de separatione propter frigiditatem, aut maleficium: circa quam plura Iura emanarunt *toto tit. de frigidis, & maleficiatis.* Vt autem Iudex in re tàm graui maturè procedat, statuenda est conclusio, quod aut impedimentum frigiditatis est naturale, & visibile, vt sensu oculorum percipi possit à medicis, vt si membrum virile sit sectum, vel aridum, aut quid simile, & statim sit sepa-

sit separatio matrimonij, non expectata cohabitatione per triennium: si vero impedimentum frigiditatis non est visibile, sed coniuges ambo confitentur impotentiam naturalem, tunc accedente septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, fit separatio, non expectato triennio: sed quando alter coniugum negat impotentiam, ac vitium, non est visibile, tunc iniungenda est pœnitentia, & debet indici cohabitatio per triennium; & ita intelliguntur *cap. laudabilem, & cap. fin. de frigidis, & maleficiatis*; & hæc est communis opinio, de qua testatur *Abb. in d. cap. laudabilem.* Ipse vero Abbas impugnat secundum dictum, vt non statim debeat fieri separatio, quando vterque confitetur, sed debeat expectari triennium; quia istud triennium datur ad experimentum copulæ coniugalis, quæ ratio fortius sibi vendicat locum, quando vterque confitetur frigiditatem, quam quando vnus asserit, alius negat, & signanter, quia *textus in d. cap. laudabilem, in princip.* dat indistinctè triennium, vbi prius frigiditas probari non potest, & per confessionem coniugum non habetur vera probatio, *cap. super eo, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*; nec iuramentum propinquorum sufficeret, quia iurant de credulitate, vt dicit *Gloss. in d. cap. laudabilem*, & hanc Abbatis opinionem censeo veram: atque vltra adducta per eum animaduertendum est, coniugum confessionem reddi suspectam, quoniam, si cognouissent suam impotentiam naturalem, non contraxissent matrimonium. Sed

2 dubium notabile est in hac materia, quando incipit triennium habitationis datum maleficiato à Iure, vel à Iudice, ad experimentum copulæ carnalis, an debeat computari à Iudicis præcepto, & post peractam pœnitentiam; an vero à tempore contractus matrimonij. *Innoc. Vincent. & Abb. in d. cap. fin.* dicunt sufficere, quod per triennium continuum cohabitauerint, siue ante, siue post pœnitentiam iniunctam à Iudice, per *text. in d. cap. fin.* ibi, intra prædictos octo annos; loquitur enim de illis annis, qui præcesserunt querelam nunc expositam coram Iudicibus. Fatetur tamen *Abbas*, quod post pœnitentiam iniunctam debent cohabitare aliquo tempore, moderando ad arbitrium Iudicis. Contrariam opinionem, quod cohabitatio per triennium, vt dicatur formiter facta, requiritur, quod post pœnitentiam, per quam remouetur obex peccati, ex præcepto Iudicis inchoetur, cum aliquando propter peccata superueniant similia impedimenta, tenet *Ostiens. in d. cap. fin.* quem sequitur *Ioan. Andr. Butr. Henric. Buic. in Rubrica. Capell. Tholos. decis. 381.* sequitur opinionem *Innocentij*, sed dicit, esse valde securam opinionem *Ostiensis*. in vna Neapolitana dissolutionis matrimonij, 5. Maij, 1597. coram Domino Orano, dictum fuit, quod cum Iudicis interpellatio fuerit à coniugibus neglecta, nec post pœnitentiam peractam secuta fuerit cohabitatio triennalis continua, non potest dici formiter de cohabitatione constare, ad effectum, vt locus sit separationis, nec potest dici interuentum Iudicis non

non dari pro forma, quia satis est quod innuatur; in re enim tàm graui hac via securius saluti animarum coniugum consulitur; præsertim cum hæc series videatur inducta ad remouendas fraudes, quæ per sententiam Iudicis, aut eius decretum facilius reprimuntur; hinc videmus dispositum, vt præter cohabitationem triennalem, accedat iuramentum septimæ manus propinquorum, affirmantium interea coniuges incubuisse operi nuptiali, & nequiuisse carnaliter commisceri, ac etiam subijciendam esse coniugem inspectioni matronarum, quæ referant, an corrupta, vel virgo remanserit, quæ proculdubio Iudicis officium respiciunt. Idem tenuit Rota, in vna Calaguritana diuortij, 13. Iunij, 1584. coram Domino Bubalo, in qua opinio *Ostiensis* fuit visa satis æqua, & verior, cum prius debeat probari remotio ob eius peccata. Placuit etiam temperamentum *Abbatis*, vt post peractam pœnitentiam fiat habitatio Iudicis arbitrio: & in pluribus casibus Rota terminum habitationis remisit arbitrio, & minorem triennio statuit, teste Illustriss. Cardin. Plata, in vna Taurinen. dissolutionis matrimonij, 16. Martij, 1590. sed regulariter sequitur opinionem *Ostiensis*. Alioqui declarant opinionem *Ostiensis*, vt procedat in casu maleficij, non in casu frigiditatis, vel defectus naturæ, qui prouenit sine peccato, sicut maleficium solet prouenire occasione peccati, quo casu debet imponi prius pœnitentia, secundum *Ostiensem*, sed quando est naturæ defectus, sufficit habitatio per triennium absque pœnitentia, vt probatur *in d. cap. laudabilem*, in quo agitur de frigiditate, & nulla imponitur pœnitentia, sed maleficium solet pœnitentia resolui, non sic vitium naturale, vt dicunt ex *Cardin. d. cap. fin. num. 2.* addentes ad decisionem Rotæ 27. impressam post consilia Farinacij, qui tenet opinionem Innocentij. Sed data pro vera opinione *Ostiensis*, hoc pacto eam limitant. Nihilominus hæc limitatio non videtur vera, quoniam quando frigiditas non plenè probatur, non potest cognosci, si sit frigiditas, vel maleficium, quia, si cognosceretur, non indiceretur triennium, *iuxta cap. laudabilem*, quare tutior videtur opinio Ostiensis, & regulariter sequenda, ac raro ab ea discedendum, & non sequenda, exurgentibus causis, nempe, quando Iudici constaret, coniuges ex seipsis egisse pœnitentiam ante litem motam, & omnem fraudem procul fuisse, & post pœnitentiam à Iudice iniunctam, saltem per annum in circa insimul cohabitauerint, vel aliud notabile tempus. Et in alia decisio die 30. Octobris, 1597. coram Domino Orano, in vna Taurinen. dissolutionis matrimonij, fuit dictum, non facere fidem testimonium meretricis, asserentis virum post amplexum, & oscula secum cubantem frustra pluries tentasse cum ea coniunctionem carnalem, quoniam, vltra quod quæstum sui corporis faciens non recipitur in testem, *l. 3. §. lege Iulia, ff. de testibus*, impedimenti concludens haberi probatio non potest, cum maleficiatus potuerit reddi inhabilis cum ea, & non cum

alia,

alia, vt dicit *glos. in d. cap. fin. de frigidis. Ostiens.* etiam *in d. cap. fraternitatis*, consulit Iudicibus, vt deputent matronas peritiores de ciuitate, quæ nec senio confectæ, neque iuuenes sint; ne illæ beneficio visus frustratæ, hæ autem experientia carentes eludantur; & hęc notanda sunt, quoniam, vt dicit *glos. in d. cap. fin.* omnis cautela, quæ adhiberi potest, in re tàm graui adhibenda est propter periculum animæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Licentia contrahendi matrimonium, quando possit dari impuberibus.*

2 *Matrimonium contractum inter impuberes proximos pubertati, volentes carnaliter coniungi, non debet separari, & an requiratur, quod carnaliter se cognouerint.*

3 *Potentia coeundi quomodo cognoscatur in proximis pubertati.*

4 *Mulier, si post nonum annum, & in decimo fuerit cognita à viro, & deflorata, an præsumatur viripotens, vt matrimonium dicatur consummatum, & non possit separari, prætextu minoris ætatis.*

De matrimonio impuberum.
Cap. CIV.

1 QVæritur, quo pacto debeat se habere Episcopus cum impuberibus pubertati proximis, qui intendunt matrimonium contrahere? Respondetur, quod ante legitimam ætatem, quæ in masculo est 14. annorum completorum, & in fœmina 12. completorum, non debet concedere licentiam contrahendi, sed prohibere, nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente, vtpote pro bono pacis, *text. est in cap. 2. de despons. impuber.* & data potentia coeundi. *Abb. in cap. continebatur, eodem tit.* Sed quid

2 si mattimonium fuit contractum, & postea petatur separatio ob minorem ætatem? Respondetur, quod si ita fuerint ætati proximi, quod malitia supplet ætatem, quia potuerunt carnaliter coniungi, prætextu minoris ætatis separari non debent, *text. est in cap. de illis, el 2. eodem tit.* super quo textu est notandum, quod non sufficit proximitas pubertatis, sed requiritur etiam potentia coeundi, & concipiendi, vt ibi notant *Abb. Turrecrem. in cap. non est, 30. quæst. 2. Abbas in cap. continebatur, eodem tit.* & ibi *Præpositus num. 3. & Ancharan. num. 2. & alij.* Quomodo autem cognoscatur ista potentia coeundi, *Ostiensis* dicit, quod si realiter se cognouerint; sed communis *in d. cap. de illis*, est contra *Ostiensem*, vt sufficiat potentia coeundi, per illum textum, quæ probatur, si minor cognouit alias mulieres, vel fœmina minor ab alijs fuerit cognita. Probatur etiam, se-

3 cundum *Abbatem*, ibi, per signa, puta, ex aspectu corporis, vel ex alijs signis intrinsecis, ex quibus mulier, vel masculus videntur apti ad copulam, vt ex menstruo, vel sanguine, *iuxta cap. puberes, eod. tit.* Sed casus pulcher est, quando puella minor fuerit cognita à viro, & deflorata, an tunc debeat semper pro matrimonio iudicari? *text. in cap. continebatur*, dicit, quod si proxima pubertati probetur cognita, non separatur

tur matrimonium; ſed difficultas eſt, quando dicatur cognita proxima pubertati, vt non fiat ſeparatio. *Gloſſ. in d. cap. continebatur*, dicit, ſi diſtat per ſex menſes, vel minus ab ætate legitima, facit *Text. in leg. non tantum, ff. de excuſation. tutor. Cardin. conſ. 4. Staphil. de vario modo vocat. tit. beneficiatus contrahens, verſ. ſed tenendo. Put. dec. ſ. 65. lib. 2.* contrarium tenet *Abb. in d. cap. continebatur, per Gloſ. in §. furioſus. Inſtitut. de inutil. ſtipulat. & Gloſs. in ſumma, Inſtitut. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur*, quæ gloſſæ volunt, quod maſculus dicatur proximus pubertati, cum eſt in decimo anno cum dimidio, fœmina verò in nono cum dimidio: & affert rationem, quia poſt pueritiam, quæ contingit in ſeptimo anno, reſtant ſeptem anni vſque ad pubertatem in maſculo: vnde ex quo excedit medietatem huius temporis, videtur magis proximus pubertati, quam infantiæ: & idem in fœmina, quæ pubeſcit in duodecimo anno. Quare concludit ipſe, quod ſi fuit cognita, dum eſt in decimo anno, vel vltra, præſumitur viripotens, vt matrimonium dicatur conſummatum. *Anton. de Butrio* dicit, remittendum eſſe arbitrio Iudicis, quando dicatur proxima pubertati, ex quo à Iure non eſt determinatum. *Couar. in epitome 4. lib. decretalium 2. par. cap. 5.* dicit, arbitrio Iudicis relinquendum eſſe; hoc tamen arbitrium ante illam ætatem communi opinione definitam, ſcilicet decem annorum cum dimidio in maſculo, & nouem cum dimidio in fœmina, non eſſe paſſim exhibendum, immo Iudex, qui ante illam ætatem arbitrari debet, puerum eſſe proximum pubertati, maximis adducendus eſt coniecturis, & cautiſſimè id aget, ac tandem rarò: poſt illam ætatem non exiget ita vrgentes coniecturas; ſat enim erit aliquot mediocria ſigna perpendere, ex quibus arbitretur puerum eſſe proximum pubertati. Quando verò puero deſunt ſex menſes ad ætatem perfectam, audacius, ac leuioribus argumentis, proximum eſſe pubertati arbitrabitur. Rota Romana, cuius auctoritas eſt magna in vna Hipporegienſi ſeparationis matrimonij, 1. Nouembris 1589. coram Domino

4 Comitulo, non habuit rationem deflorationis puellæ maioris nouem annis, & minoris decem: agebat namque puella tantum annos nouem, & menſes duos: examinata dicebat, ne dum in primo actu copulæ, ſed etiam in alijs ſubſecutis ſenſiſſe dolorem: quem non ſenſiſſet in actibus ſubſecutis, ſi naturalem fuiſſet adepta vigorem, & aptitudinem ad generandum, cum dictus dolor non aliunde appareret proceſſiſſe, quam à tenera, & immatura ætate, & quoad hunc actum à puella ſolum dignoſcibili eius confeſſioni cum alijs coniecturis magis eſt credendum, quam viro, ad *Gloſſ. in cap. viduam, in verbo, licet, de regularibus. Ioan. Lupus in capit. per veſtras, §. 4. num. 7. de donat.* apparebat etiam ex corpore imbecilli, & gracili puellæ inhabilitas ad totalem copulam, & ſic fuit ſeparatum matrimonium, & hæc nota quia in Praxi occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum, & quare.*
2 *Metus, vt annullet matrimonium, debet cadere in constantem virum.*
3 *Metus minor consideratur in muliere, quam in masculo, vt declaretur matrimonium nullum.*
4 *Metu matrimonium contractum probatur pluribus coniecturis, & signis.*
5 *Metus in matrimonio durat durante causa metus.*
6 *Metus purgatur in matrimonio ex pluribus.*
7 *Copula subsecuta post matrimonium metu contractum an purget metum.*
8 *Metus reuerentialis quando annullet matrimonium.*

## De matrimonio per metum contracto varia. Cap. CV.

Circa matrimonium per metum contractum aliqua annotanda censui. Primum, quod matri-
1 monium metu contractum est ipso iure nullum, *cap. cum locum; vbi omnes de sponsalibus, capit. veniens, el 1. eod. tit. cap. significauit, de eo, qui duxit in matrimonium*; quod iustissimè à Sancta Matre Ecclesia sancitum fuit, quamuis regulariter omnes contractus facti per metum valeant, *iuxta Gloss. & communem in c. Abb. de his, quæ vi.* Rationem reddit *Abb. in d. cap. cum locum*, siquidem in matrimonio reperiuntur tria bona; fides, proles, & sacramentum, quæ omnia metus intercedens euertere solet: etenim matrimonium est sacramentum, quod significat vnionem inter Christum, & Eccl. *c. debitum, de bigamis*, vnde sicut Christus assumpsit carnem humanam voluntariè, ita & matrimonium illam vnionem designans debet esse voluntarium, vt signum correspondeat signato. Secũdò, metus impedit procreationem sobolis, quæ est secundum bonum matrimonij, quia propter displicentiam non intendunt coniuges procreationi prolis. Tertiò est contra bonum fidei, nam fides est vnum ex bonis matrimonij, vt nullum sit adulterium, sed propter metum, seu inuitas nuptias de facili coniuges labuntur in adulterium: nam, quod quis non diligit
2 facilè contemnit. Metus autem debet esse talis, qui cadat in constantem virum, vel mulierem, *c. veniens, & c. consultationi, eod. tit.* dicit tamen
3 *Gloss. in d. c. cum locum*, communiter recepta, quod minor metus excusat magis mulierem, quam masculum, quandoquidem fragilior est, ratione sexus, *cap. indignantur, 32. q. 9.* & idem dicendum secundum *Abb. in dict. cap. cum locum*, quod ex parte mulieris requiritur metus, qui possit cadere in constantem mulierem, & minor metus, quando in fœmina concurrit tenera ætas; quia non est pubes, cum concurrant duæ qualitates, sexus, & ætatis. *Aret. cons. 24. col. 2. Soc. 263. li. 3.* & fuit dictum in vna Nicensis matrimonij 6. Martij 1587. corã Illustriss. Seraphino. Quomodo autem probetur metus cadens in constantem virum, vel mulierem, dicitur communiter Iudicis arbitrio relinqui, *iuxt. Gloss. receptam in c. cum dilectus, de his, quæ vi.*
4 Secundò animaduertendum, metum

metum detegi coniecturis, & præsumptionibus, *leg. metum, C. quod metus causa, Alexand. consilio* 156. *lib.* 5. *Cepolla consil.* 2. *& est communis. Mascard. conclus.* 10. quarum nonnullas ponit *Cepolla in d. consil.* nempè quando adolescens fuit deprehensus in ipso facinore, quod iustè timere potuit occidi, *ex Abb. in cap. veniens, de sponsalibus*: quando præcessit tractatus de inferendo metum, vt contraheretur matrimonium: nam & si deinde non appareat, quod in ipso actu contracti matrimonij fuerit illatus, nihilominus præsumitur, quando ad ostium domus, in qua matrimonium fuit contractum, adhibiti fuerunt homines armati: quando in loco contractus matrimonij auditus fuit clamor, & armorum strepitus: quando adolescens, qui dicitur contraxisse matrimonium, exiuit à domo illa facie pallidus, & tremebundus: quando matrimonium fuit clam contractum: quando non fuerunt adhibiti consanguinei, coniuncti, & amici, sicut adhiberi consueuerunt. *Alciat. in responso* 5. quando is, qui contraxit matrimonium, statim vbi peruenit ad alium locum tutum, protestatus est, quod nolebat contrahere. *Alciat. dict. respons.* quando adest imparitas, vt quia vir est admodum nobilis, & diues, mulier verò vilis, & pauper, tunc præsumitur metus. *Cepol. loc. cit.* quando in ipso actu contractus matrimonij ille, vel illa lacrymabatur. *Alciat. vbi suprà*, qui declarat, quando ex aliqua iusta causa illius factum fuisset exemplum in puella nupta ea die, qua eius pater decesserat: nam præsumitur, quod fleret ob mortem patris. Quando non est verisimile, quod eo tempore quis contraxisset matrimonium, vt puta in filia, quæ ea die, qua pater mortuus est, ab affinibus matrimonio tradita fuit, nisi aliqua iusta causa fuisset tam cito contrahendi, nempè, vt considerat *Alciat.* ob dubium, quod suberat, ne à quibusdam Commissarijs alteri viro per vim matrimonio collocaretur: quādo quis fuit clausus in loco, in quo deinde contraxit matrimonium, nisi ob aliam causam fuisset reclusus. *Abb. in d. capit. cum locum, Corn. cons.* 41. *lib.* 2. *Paris. consil.* 60. *num.* 15. *lib.* 4. quando is, qui dicitur matrimonium contraxisse metu, post ipsum contractum aufugit. Ita *Petrus Barbobus inter consilia matrimonialia consil.* 24. quando matrimonium fuit contractum iussu, & mandato Principis, qui consueuit exequi suam voluntatem, & mandata. *Abb. in cap. fin. qui cler. vel vouentes. Sil. in verb. matrimonium*, 8 *num.* 11. quando puella fuit vi rapta; nam tunc præsumitur matrimonium, etiam posteà contractum, fuisse metu contractum. *Crotus consil.* 38. *lib.* 1. quando de metu adest communis vox, & fama. *Cepol. dict. consil.* 2. *& Alciat. d. resp.* Has omnes coniecturas luculenter congerit, & comprobat *Menoch. de præsumptionibus, lib.* 3. *præsumpt.* 4.

5 Tertiò circa hanc materiam notandum, quod durante causa metus semper præsumitur durante metus. Ita *Abb. in c. super hoc, de renunc.* vbi dixit, quod etiam si puella risit dum desponsaretur raptori, cumque est osculata, attamen ex

quo durabat eadem causa metus, præsumitur metu consensisse, & risum illum finxisse. *Bart. in l. penult. ff. de condit. ob turpem caus. & in leg. 2. C. quod metus causa. Alexan. consil. 99. num. 7. Petrus consil. 219. num. 4. Abb. in cap. consultation. de sponsalibus, DD. in leg. 2. C. quod metus causa*; idem tenuit *Alciat. dict. resp.* 5. Idem, si matrimonio metu contracto, subsequatur dotis instrumentum. *Calder. consil. 2. quod metus causa*. Idem, si post matrimonium contractum deosculatus sit coniugem, vel tetigerit manum, vel fecerit alium actum similē, quo alioquin confirmatum videretur matrimonium. *Alex. consil. 99. lib. 3. Abb. in d. capit. super hoc, Menoch. loco citato*, qui in hoc redarguit *Cepollam*, tenentem *in dict. consil.* 2. ob subsecutum osculum, & tactum manus, præsumi cessasse metum, quorum vtrumque falsum est, quando ipsi actus, vt dicebat *Alex.* facti sunt durante eadem metus causa, secus si post aliquod tempus, quando metus causa omninò abfuit: dicit etiam *Corn. consil. 41. lib. 2.* quod si mulier compulsa fuit minis, & armis contrahere matrimonium, præsumitur, quod toto illo tempore constantis matrimonij perdurauerit metus, ex quo extitit semper causa eiusdem metus, nempè maritus, qui potuit illam malè tractare.

6 Quartò in hac materia considerandū, iuxta Doctores, metum præsumi purgatum ex aliquibus coniecturis. Prima coniectura, quando vir, & mulier diu simul cohabitauerunt, cum tamen ita, vt vnus, ac alter potuisset recedere: & quamuis mulier possit difficilius recedere à viro, quam vir à muliere, attamen data pari recedendi facultate, si vterque persistit in matrimonio, metus purgatus præsumitur. Ita probat text. notabilis *in cap. ad id, quod, de spons.* vbi, post contractum matrimonium per vim, secuta est habitatio anni cum dimidio: dicit tamen *Abb.* quod Iudex debet considerare quantitatem moræ, & opportunitatem fugiendi, & si interim intercessit copula, quia omninò præsumitur pro consensu, nisi probaretur per vim extorta, vt *in capit. consultationi, de spons.* de quo infra dicemus, & habitationem remitti arbitrio Iudicis, nempè quantitatem temporis, & opportunitatem recedendi, & fugiendi, esse communem opinionem, testatur *Menoch. dict. præsumpt. 4. num. 25.* Idem quando post illatum metum, is, qui metu contraxit, potuit è loco illo tute recedere, & non recessit, vt si ostium domus erat apertum, & nemo impediebat fugere. *Cepoll. Alciat. vbi suprà, Paris. consil.* 170. Idem, quando vir fecit aliquem actum omninò voluntarium, & insolitum, vt si tribus anulis ipsam mulierem subarrhauit; ita *Alciat. vbi suprà num.* 17. Idem in muliere, quæ detulit semper anulos, quos omittere potuisset. *Paris. cons. 170. n. 25. lib. 4.* Idem, quando post aliquot dies metum passus in matrimonio visus est ridere, & tripudiare, vel similem actum facere. *Paris. consil. 170. lib. 3.* Idem, quando vir post aliquod tempus petijt dotem sibi numerari. *Alciat. d. respons. 5. nu. 15.* qui declarat Calderin.

*derin.in d.consil.2.* dicentem, metum præsumi durare, etiam si sequatur instrumentum dotis; nam dicit *Alciat. Calderinum* loqui, quando dos, vel statim fuit constituta, vel numerata viro recipienti; secus quando ipse vir sua sponte illam petijt; sequitur *Menoch. d. præsumpt. 4.num.27.*

7 Alia est coniectura notabilis purgati metus, quando voluntaria carnalis copula sequuta est; tunc enim metus præsumitur purgatus tàm ex parte mulieris vim passæ, si voluntarie posteà consentiat, quàm ex parte viri, *capit. significauit, de eo, qui duxit in matrimonium quam poll. capit. Insuper, qui matrimonium accusare poss.* qui tex. loquuntur de muliere metum passa. Idem *Siluester in verbo, matrimonium, 8. num. 11.* de viro loquitur. *Paris. consil. 170. num.25.lib.4.* sequitur *Menoch. dict. præsumpt.4.num.30.* & prædicta intellige in copula voluntaria post metum.

Sed altercatio magna inter Doctores est, quando dicitur, copulam carnalem subsecutam fuisse coactam, & violentam, & quando id allegatur ex parte mulieris, non esse purgatum metum, dicũt *Ostien. in cap.is, qui fidem, de sponsalibus. Couar. de sponsalibus, part.1.cap.4.§.1. Menoch.loco cit. num.35.* sed in viro, an per copulam censeatur purgasse metum, si dicit coactè illam perfecisse, sunt opiniones; nam doctissimi viri tenent, verum, perfectumque esse matrimonium, quando subsecuta est ipsius viri carnalis copula, etiamsi metu, & vi cognouisse mulierem alleget; & ita *Ostien. & Didacus vbi suprà, Petrus de Palud. in 4.dist.29. quæst.1. art.4. & ibidem Dominicus Soto, art.3.* Et hanc esse veriorem opinionem dicit, & sequitur *Menoch.l.c.n.31.* & rationem efficacem esse arbitratur *Menochius*, quòd in viro coeunte non possit metus aliquis considerari, quia si metus adesset, cessaret desiderium, sine quo frustra adhibetur coeundi conatus; mulier enim, vt dicit ipse, inuita, & coacta cognosci potest, at vir inuitus, & desiderio carens, nec erigere, nec coire vmquam poterit. Contrariam opinionem, vt matrimonium non dicatur contractum, quando sequitur copula post matrimonium metu contractum, generaliter tenent *Abb. & Præpositus in c. consultationi, de spons. Butr. & Genric. Buic. in cap.his, qui fidem, de spons.* & ibi *Præpositus. Paris.cons.58. lib.4. Antoninus in summa 3.part.tit.1. cap. 7. Durand.in 4.d.29. quæst.2. Nauar. in Manuali, cap.22.n.51. vers.tertium,* qui testatur de communi opinione contra *Ostien. in dict. capit. consultat.* allegant rationem, quod cum de essentia matrimonij sit, vt consensus sit liber, secundum omnes *per capit. cum locum, de spons.* cum consensus directus in matrimonio metu mortis extortus non sit liber; à fortiori consensus indirectus, & per quandam consequentiam resultans ex copula eodem metu mortis extorta non erit liber. Et hanc posteriorem opinionem censeo veriorem, verum cum distinctione, quod si vir post matrimonium per metum contractum non fuit positus in libertate recedendi, & cognouit mulierem, matrimonium sit nul-

nullum, secus si poterat recedere, vt suprà diximus in metu purgato per cohabitationem. Non obstat ratio adducta à *Menoch.* quod vir inuitus non potest coire, nec erigere; nam eius dictum potest forte procedere in eo, qui mulierem numquam amore prosecutus fuit; sed in alijs amore captis non potest hoc dici: si enim cum magno vitæ discrimine solent viri mulieres adamare, & illas carnaliter cognoscere, est magis verisimile, vt eas cognoscere possint post periculum remotum propter colorem matrimonij, quamuis metu contracti, quinimmò cessat timor mortis inferendæ à parentibus mulieris, postquam cognouerunt, fuisse illos matrimonio contentos.

Præterea considerandum, metum numquam censeri purgatum, nisi ea persona, cui fuit illatus, sit constituta in plena libertate, *c. cum locum, de sponsalibus, cap. accedens, de procuratoribus*, paria enim sunt, quod quis compellatur, vel compelli possit, *l. nouissimè, quod fals. tut. gest. Anchar. cons.* 159. *num.* 1. & ideò ea omnia, quæ possunt tribui liberæ voluntati, censentur facta per metum, non autem voluntariè, durante causa metus, *Bald. in leg.* 1. *C. quod metus causa. Alex. cons.* 98. *lib.* 3. & in Rota Romana in vna Toletana Matrimonij coram Illustrissimo Seraphino die 23. Iunij 1589. ex prædictis nulla fuit habita ratio, quod vxor faciebat omnes expensas victus tàm pro se, quàm pro viro, nec quòd fecerit varios contractus, & scripserit litteras viro, in quibus gerebat se pro vxore, cum non esset constituta in plena libertate, & die 27. Ianuarij 1586. coram Gipsio in eadem causa fuit dictum, neque habendam esse rationem, quod matrimonium fuerit contractum in facie Ecclesiæ ad interrogationem Archiepiscopi, quasi, quod metus hoc pacto purgatus censeretur, vt scribit *Paris. cons.* 26. *n.* 68. *lib.* 3. *Aym. cons.* 114. *n.* 3. *Mandell. cons.* 10. *nu.* 12 nam fuit dictum, hoc locum sibi vendicare, si dilucidè ostenderetur, puellam adeò in libertate tunc temporis constitutam fuisse, vt de domo, & ciuitate ex animi sententia exire, ac etiam aufugere potuisset. Et in eadem causa 23. Iunij 1589. coram Seraphino; neque fuit habita ratio de muneribus iocalium hinc inde transmissis propter radicem infectam metus præcedentis. Notandum præterea, protestationem puellæ multum remouere consensum, non obstante, quod sit contraria facto, cum protestatio in his, quæ dependent à voluntate nostra, remoueat consensum ab actu sequenti, quoties respicit futurum, & durante causa metus, vt per omnes scribentes *in c. cum M. Ferrariensis, de const.* Insuper notandum, Principis præceptum inducere iustum metum, *glos. in cap. conuenior,* 23. *q.* 8. *in verbo, mouere, Alex. cons.* 124. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 69. *nu.* 5. *Dec. cons.* 229. & fuit dictum in d. causa 17. Ianuarij 1586. coram Gipsio, & stylus Dominorum de Rota se habet, vt neque confessionibus etiam iuratis mulierum stetur, quandiu sunt in potestate virorum, sed mandant eas sequestrari in loco plenæ libertatis

tatis

ctatis ad indagandam eorum voluntatem extra dominium metum inferentis, vt fuit obseruatum in vna Ianuen. raptus coram Illustrissimo Pamphilio, in vna Ianuensi matrimonij, & alijs multis.

8 Circa metum reuerentialem, an annullet matrimonium: communis conclusio est, quod sic, dummodo concurrant minæ, vel verbera, iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rer. act. non detur*, de qua communi testatur *Couar. in 2. par. 4. lib. cap. 3. §. 6.* Vnum tamen adnotandum censui, sufficere reuerentiam paternam præcedentibus minis, vel verberibus, & non requiri strictè illa tria posita per *Aegidium cons. 9.* scilicet quod probetur magnum periculum, potestas inferentis, & quod sit solitus exequi minas: tum quia Doctores simpliciter tradunt istam conclusionem, quæ imperfecta esset, si adhuc illa tria requirerentur; tum quia metus reuerentialis nihil operaretur: dixerunt tamen, quod duo prima virtualiter insunt, quia si minæ non continerent magnum periculum, & non inferrentur à potente exequi, esset timor quodammodo vanus, & quod tertium non videtur exactè requiri, sed si stans pro validitate matrimonij, explicat, quod inferens non est solitus exequi, illud probabit, & tunc poterit considerari qualitas patris minantis. Ita fuit decisum in Rota Romana in vna Sutnen. Matrimonij 12. Nouembris 1571. coram Gropperio, & idem confirmatum coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto in vna Rom. matrimonij 9. Decemb. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in alienatione rerum Ecclesiæ an præsumatur ex diuturnitate temporis.*

2 *Assensu Apostolico non impetrato in alienatione vtili Ecclesiæ, an liceat recedere, si Ecclesia non vult recedere à contractu.*

3 *Assensu Apostolico impetrato in alienatione rei Ecclesiæ, sed non interposito decreto, an sit locus pœnitentiæ ex parte Ecclesiæ.*

4 *Alienatio rei Ecclesiæ si sit facta saluo assensu Pontificis, an ante impetratum assensum liceat à contractu recedere.*

5 *Assensus Apostolici impetratio super alienatione rei Ecclesiæ facta nomine Rectoris, an probet mandatum Rectoris ad impetrandum assensum.*

6 *Assensus Papæ supplet defectum solemnitatum in alienatione rerum Ecclesiæ, sed non defectum causæ.*

Varia de assensu Apostolico circa alienationem rerum Ecclesiæ. Cap. CVI.

QVoniam in alienatione rerum Ecclesiæ nonnulla dubia occurrere solent circa beneplacitum Sedis Apostolicæ, aliqua in hoc particulari capite inferenda censui.

1 Et primò quæritur, an assensus Apostolicus ex diuturnitate temporis triginta annorum præsumatur? Negatiuam partem tenent *Bald. in leg. 2. C. de leg. hæred. Alex. consil. 9. num. 7. lib. 3. & in consil. 17. num. 8. lib. 4. Afflict. decis. 107. Crauetta de antiq. tempor. in 3. part. principali*

*num.* 18. cùm non sit verisimile, quod Pontifex habuerit scientiam talis contractus, & alienationis, nisi contractus fuisset celebratus eo in loco, in quo esset notorium, & consequenter verisimile, quod Princeps sciuerit, nisi essemus in consuetudine immemorabili. Et hanc opinionem tenet *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 132. *nu.* 70. Contraria opinio, quod beneplacitum Sedis Apostolicæ præsumatur per cursum triginta annorum, probatur *ex Gloss. in capit. peruenit, vbi Ioann. de Imola de empt. & vend. Anchar. cons.* 152. *Felin. in capit. Albericus, de testibus, num.* 4. *propè finem*; vbi dicit, hoc procedere, etiam si beneplacitum non sit enunciatum. Hæc opinio est recepta in Rota Romana, vt præsumatur per cursum triginta annorum, siue fuerit enunciatum, siue non. *Puteus decis.* 365. *num.* 4. *&* 7. *lib.* 2. & fuit resolutum in vna Romana Casalis Longhezza, 28. Iunij 1593. coram Cardin. Seraphino, & in vna Mediolanensi rescissionis permutationis die 10. Ianuarij 1597. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & sæpissimè in alijs causis, vt in ea dicitur: adest etiam *decisio Rotæ diuersorum* 379. *part.* 2.

2 Secundò quæritur, an alienatio facta sine assensu Apostolico possit rescindi ad omne arbitrium contrahentium? Respondetur, quod cum solemnitas ista fuerit introducta fauore Ecclesiæ, si ipsa vult stare contractui, non potest altera pars venire contra: nam claudicat contractus ad fauorem Ecclesiæ. *Innoc.* quem omnes sequuntur *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis. Abb. in capit diuersis fallatijs, de cler. coniug. Put. decis.* 310. *lib.* 1. *Crescent. decis. prima de locato*; & ita fuit dictum in vna Romana Palatij die 15. Martij 1604. coram Illustrissimo Domino Pamphilio; & in vna Romanæ domus die 4. Decembris, & in vna Segobiensis præstimonij coram Domino Cantuccio die 24. Octobris.

3 Tertiò quæritur, an liceat Ecclesiæ alienanti recedere à contractu simpliciter celebrato, si iam fuit impetratus assensus Apostolicus, sed nondum interpositum decretum, alienationem cedere in euidentem; dicendum esse locum pœnitentiæ ante obtentum beneplacitum Sedis Apostolicæ: sed non illo obtento scilicet beneplacito Papæ, quia conditio, quæ apponitur in gratia, si in euidentem, cum respiciat tempus initi contractus, si alienatio cedat in euidentem vtilitatem, non suspendit gratiam, quia est conditio de præsenti, vel præterito, quæ non suspendit, *leg. dum ad præsens, ff. si cert. pet.* & ita fuit dictum in vna Romana locationis affictus die 4. Iunij 1584. coram Domino Lancelloto, in qua Canonici Lateranenses locauerunt Casale Frigonij ad quindecim annos, reseruato beneplacito Summi Pontificis, quod fuit subsecutum in forma, si in euidentem, qua conditione nondum purificata, per annos ferè nouem exegerunt affictum; deinde pœnitentia ducti volebant rescindere contractum. Domini dixerunt, non esse locum pœnitentiæ post obtentum beneplacitum; cum enim con-

sen-

senserint confirmationi impetrandæ, non videtur, quod sola pœnitentia possint alienationem reuocare. *Cephal. cons.91.lib.1.Paris.consil.1. num.179. lib.2.* ex quo petitio confirmationis nouum inducit consensum. *Bald. cons.475. lib.1.* & ita etiam fuit dictum in vna Cortonens. bonorum, 26. Ianuarij, 1590. coram Illustris. Plata.

4 Quartò quæritur, pone quod non fuit impetratus assensus, sed tantum fuit facta alienatio rei Ecclesiæ, si Papa consenserit, seu saluo Papæ assensu, an habeat locum pœnitētia, antequam requiratur Summus Pontifex, an velit consentire, & possit in alium fieri alienatio, & tanto magis, si alienans promisit cum iuramento non reuocare, iuxta stylum Notariorum. Et videtur quod ante impetratum assensum possit reuocare, non obstante iuramento, *ex cap. si quis presbyterorum, & ibi glos. communiter recepta, in verbo, alienator, de rebus Ecclesiæ.* Præterea conditio, si Principi placuerit, videtur impossibilis, *l. apud Iulianum, in fine, ff. de legatis 1.* contrarium est dicendum, vt valeat alienatio bonorum Ecclesiæ, collata in tempus habile, si Pontifici placuerit, ex regula, quod dispositio facta tempore habili, vel facta tempore inhabili, & collata ad tempus habile, à pari procedunt, *l. in tempus, vbi omnes, ff. de hæred. instit. textus optimus in l. si quis locuples, ff. de manumiss. testam. l. cum hæreditas, ff. qui, & à quibus,* facit *cap. olim, extra, de restitut. spoliat.* & pariter feudum, quod est prohibitum alienari sine assensu domini, potest hoc pacto alienari, vt probat *Lucas de Penna in l. nulli, C. de fundis patrimon. lib.11.* Non obstat, quod id, quod à voluntate Principis dependet, reputetur impossibile; quia non procedit, quando Princeps solet concedere, vt dicunt *Paulus, Alex. Aretin. in d. l. apud Iulian. §. constat*, neque obstat *glos. in cap. si quis presbyterorum*, quia non loquitur in alienatione facta, collata in tempus habile, quæ ante conditionis euentum nullum ius transfert in emptorem; sed fructus medio tempore, dum alienatio est in pendenti, sunt Ecclesiæ, *argum. l. serui, ff. de peric. & commod. rei venditæ.* Hoc fundamento iacto dicendum est, alienationem reuocari non posse, antequam requiratur Pontifex, an velit consentire, cum dicta dispositio sit valida, collata in tempus habile; & ita in feudo, saluo assensu domini, vt non habeat locum pœnitentia, antequam dominus dissentiat, nec possit in alium transferri; pluribus probat *Lucas de Penna loc. cit. argum. l. fin. §. sin autem auaritia, §. sequuti, & Auth. res quæ, C. communia, de legatis, cum alijs, & Lucam sequitur Afflict. in cap. Imperialem, in princip. versic.11. quæro, num.6. Marinus Freccia, in constitut. diuæ memoriæ, limitat.4. Molina, de primogenit. lib.4. cap.3. num.48. Cephalus consil.91. lib.1.* Concludo igitur non esse locum pœnitentiæ ante requisitionem Summi Pontificis. An autem assensus postea subsecutus retrotrahatur ad diem contractus in præiudicium tertij, in quem medio tempore est facta alienatio cum assensu. *Afflict. in feudo alienato,*

saluo

saluo assensu, tenet contrahi, *in l. constitutionem diuæ memoriæ, quæst. 3. num. 51. ex l. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur, & l. qui prior, l. qui balneum, eodem tit. cum alijs*, licet *in decis. 286.* asseruerit contrarium fuisse decisum in Consilio Neapolitano super hac quæstione; vide *Marinum Frecciam de subfeudis quæst. 30. fol. 204.* latè discutientem hoc dictum *Afflicti*.

5 Sed quæritur, si alienatio est facta simpliciter absque assensu, vel reseruatione Summi Pontificis, postea fuit impetratus assensus, Rector alienans ostendit reuocationem alienationis, & negat eius voluntate fuisse impetratum assensum, an probetur eius mandatū ex eo, quod in assensu enunciatur pro eius parte fuisse supplicatum Summo Pontifici? & dicendum est, quod non, vt illa verba assertiua non probent contra tertium, nisi aliunde probentur; & ita fuit iudicatum in Consilio Neapolitano, & tenet, & sequitur *Marinus Freccia, in assensu super feudis loc. cit. quæst. 24.* ex notatis per *Bart. in l. ex hac scriptura, ff. de donat.* & per *Gemin. cons. 44. & Oldrad. consil. 136.* & ita etiam fuit dictum in supradicta Cortonen. bonorum, coram Illustriss. Plata.

6 Vltimò notandum, quod auctoritas Papæ supplet defectum solemnitatum, vt nulla alia solemnitas iuris sit necessaria. *Abbas consil. 41. lib. 2. Dec. consil. 361. Rota diuers. decis. 95. par. 2.* verum non supplet defectum causæ. *Geminian. consil. 48. num. 9.* & ideo verificari debet, si alienatio cedit in euidentem. Ita fuit decisum in vna Leodien. census, 29. Ianuarij, 1596. coram Domino Orano.

SVMMARIVM.

1 *Euidens vtilitas in alienatione rerum Ecclesiæ quæ dicatur.*
2 *Euidens Ecclesiæ vtilitas non probatur per assertionem contrahentium.*
3 *Vtilitas Ecclesiæ in alienatione, an sit attendenda tempore contractus, vel tempore assensus.*
4 *Alienari bona Ecclesiæ non debent, quandò fructus beneficij adsunt pro satisfactione.*
5 *Alienatio rerum Ecclesiæ non dicitur subreptitiè facta, quando adest euidens Ecclesiæ vtilitas, quamuis dicatur, terras nunc esse ad culturam redactas, quæ multo ante cultæ fuerunt.*
6 *Sextæ partis diminutio quandò fit in concessione rei Ecclesiæ in emphyteusim.*
7 *Emens rem Ecclesiæ quandò teneatur probare pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ.*
8 *Versio in vtilitatem Ecclesiæ probatur coniecturis.*
9 *Subhastatio, & aliæ solemnitates requisitæ in alienationibus rerum Ecclesiæ à Iure ciuili, locum non habente de Iure Canonico.*

De vtilitate requisita in alienatione rerum Ecclesiæ. Cap. CVII.

Circa Ecclesiæ vtilitatem euidentem, requisitam in alienatione rerum Ecclesiæ, aliqua adnotanda censui, quæ à Commissarijs Apostolicis considerari poterunt.

1 Primum, quod euidens Ecclesiæ vtilitas

litas dicitur illa, quæ non est dubia, sed euidens, clara, & indubitata, *iuxta cap. fine exceptione, 12. quæst. 2. Corn. cons. 143. lib. 2. Barbat. cons. 40. lib. 1.* & fuit decisum in Rota, in vna Romana Inualiditatis census, coram Illustriss. Cardin. Pamphilio, die 24. Maij, 1591. in qua Domini dixerunt, ex impositione vnius census, vt alter omnino similis extinguatur, non dici Ecclesiam effectam melioris conditionis: dicitur enim euidens vtilitas Ecclesiæ, id est, manifesta, & notabilis. *Probus in cap. vnico, de clericis non residend. in 6.* & proinde modica vtilitas Ecclesiæ pro nihilo est reputanda.

2 Vtilitas Ecclesiæ euidens non probatur per assertionem alienantium. *Rebuff. de alienat. num. 75. cap. 1. de reb. Ecclesiæ, in 6. vbi glos. & omnes ad Bart. in l. si forte, ff. de castrens. pecul. Feder. cons. 214.*

3 Quæritur, cuius temporis sit habenda ratio, an affuerit euidens Ecclesiæ vtilitas, si temporis contractus alienationis factæ, vel temporis assensus præstiti? Respondetur, vtilitatem, iuxta communem, esse considerandam tempore contractus, *text. est in cap. ad aures, de rebus Ecclesiæ, vbi gloss. Ioan. Andr. & alij, in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Rebuff. loc. cit. num. 73. Paris. cons. 24. volum. 4.* qui alios adducit. Et ita fuit decisum in Rota Romana, in vna Anconitana terrarum, 13. Iunij, 1578. coram Cardinali Seraphino: fuit etiam dictum, euidentem vtilitatem Ecclesiæ in contractu emphyteutico, esse inspiciendam, non tempore conclusionis contractus, sed tempore confectæ scripturæ alienationis: siquidem contractus emphyteuticus requirit scripturam, vt per *Ias. in l. 1. C. de iure emphyt. Afflict. decis. 72. per leg. contractus, C. de fide instrument.* perfectio enim huius contractus tunc datur, quando redigitur in Instrumentum, & ideo sufficit verificare, quod eo tempore adfuerit euidens vtilitas; nam attendi debet tempus, quo actus perficitur, & secundum illud iudicari. *Bald. in l. si quis eum, §. si suo, in 3. notabili, ff. de vulg. & pupill.* neque obstat, quod ea, quæ fiunt post contractum in illius executionem, trahantur ad diem contractus, à quo necessariam consequentiam habent, vt per *Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 10. num. 112. & seq.* nam procedit, vbi contractus est perfectus, & absolutus; sed vbi requiritur scriptura, non potest haberi pro perfecto, & ideo est locus pœnitentiæ *d. l. contractus.*

Sed aduerte, quod videtur attendenda vtilitas tempore assensus Apostolici, & interpositionis decreti faciendæ à Commissario, & non tempore contractus præcedentis, cum fuerit nullus sine assensu Apostolico, vt *in extrauagantia ambitiosæ;* & quando extremum à quo, deficit, vt non potuerit consistere contractus sine assensu, non habet locum fictio, & retrotractio, *l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucapionib.* vnde dicit *Abbas* post *Innoc. in cap. super eo, de condit. apposit.* quod si contrahatur matrimonium inter consanguineos sub conditione, si Papa dispensauerit, secuto beneplacito Summi Pontificis, requiritur nouus consensus, & non fit retrotractio: nihilo-

nihilominus contrarium eſt dicendum, vt attendatur tempus contractus, non aſſenſus Apoſtolici, dummodo fuerit confirmatus contractus in Breui Apoſtolico ex certa ſcientia, expreſſo tenore ipſius contractus; hæc enim confirmatio præſtat magnum robur, & efficaciam actui, vt latè per *Decius in Rubric. de confirmatione vtili, vel inutili. Bald. in cap. ex parte, de conſtitutionibus, cum ſimilibus*. Quare dicendum, quod ſi in Breui nulla eſt facta mentio contractus antea celebrati, ſed tantum fuit expreſſum Summo Pontifici, quod partes intendunt contrahere, & requirunt aſſenſum, ſit attendenda vtilitas tempore interpoſitionis decreti Commiſſarij; ſi verò fuerit expreſſus contractus, & Papa confirmauerit, debeat attendi vtilitas contractus, iuxta communem. Hic etiam eſt conſiderandum, quod vtilitas ſit attendenda tempore contractus præcedentis, quando Eccleſia conſecuta eſt vtilitatem in effectu, ſecus ſi contractus nullum habuit effectum, nec de facto, quia tunc non poteſt dici vtilitas Eccleſiæ, cum non entium nullæ ſint partes; immo cõtineret damnum Eccleſiæ, ſi res Eccleſiæ tempore contractus valebant minoris, & tempore aſſenſus pluris, & pretium ei ſoluendum eſſet ſecundum tempus contractus, vnde non ſine cauſa Papa in Breui ponit clauſulam, *ſi contractus ceſſerit, & cedat in vtilitatem Eccleſiæ*, verba enim ſunt intelligenda, vt aliquid operentur, *l. non aliter, ff. de leg. 3.*

4 Notandum præterea, quod non poteſt probari euidens Eccleſiæ vtilitas, nec alienari bona Eccleſiæ, quando adſunt fructus pro ſatisfactione; nam licet Prælatus poſſit fructus Eccleſiæ pro ſe retinere, hoc procedit, quando non ſubeſt neceſſitas alienandi, aliàs debet ex fructibus, ſi poteſt, prouidere Prælatus, non autem bona Eccleſiæ alienare, *gloſ. in cap. 1. in verb. defenſore, de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & ibi Io. Monach. Abb. in cap. nulli, num. 5. de reb. Eccleſ. Sil. in verb. alienatio, 2. Tabien. ibi, num. 4. Soc. conſ. 29. num. 16. lib. 1.* & fuit dictum in Rota Romana, in vna Auximana bonorum, 1. Februarij, 1580. & in vna Placentina bonorũ, 1. Nouembr. 1580. 7. Aprilis, 1581. in eadem, coram eodem Card. Seraphin. & in dicta Auximana bonorum fuit dictum, quod alienatio rei Eccleſiæ ex decreto ſuper eo interpoſito præſumitur vtilis; tamẽ admittitur probatio in contrarium, quod non ſubſit neceſſitas, neque euidens vtilitas.

5 Fuit etiam dictum, quod in alienatione rerum Eccleſiæ, & gratia, ſi in euidentem, vel confirmatione Apoſtolica, Papa nihil aliud intendit, niſi euidentem Eccleſiæ vtilitatem: ideo confirmatio non dicitur ſubreptitia, ſi narretur, terras nũc eſſe ad culturas redactas, quæ multo ante cultę fuerũt: ſufficit enim adeſſe vtilitatem euidentẽ, quę eſt cauſa finalis. Et ita fuit dictum coram Card. Seraphino in dicta Auximana: quod eſt valde notandũ: & coram Domino Bubalo, in vna Romana domus, 2. Nou. 1588. vbi aſſeritur, id fuiſſe reſolutum in pluribus alijs cauſis.

6 Item notandum, quod in emphyteuſi perpetua ſolet haberi ratio diminutionis ſextæ partis, *auth. perpe-*

*perpetua*, *C. de sacros. Eccles.* in qua non sunt computanda damna, quæ inferuntur tàm à facinorosis hominibus, quàm ex vi, & impetu fluminis, nec habenda est ratio huiusmodi damnorum vltra diminutionem sextæ partis: nam dicta diminutio fit in computationem futuri periculi, vt inquit *Speculat. de emphyt. num. 10. per text. in §. dudum, in auth. de alien. Archidiac. in cap. perpetua, 10. quæst. 2.* & ibi *Aegid.* dicentes, quod quando res Ecclesiæ cladem passa non est, non debet semper fieri diminutio sextæ partis, sed tunc demum, cum sterilitas suadet, vel causa, puta propter futura pericula. *Anchar. cons. 122. Alex. cons. 1 12. lib. 1. Iacob. Butrig. in d. auth. perpetua*, vbi inquit ideo concedi diminutionem sextæ partis, quia Ecclesia habet certitudinem percipiendi quolibet annotantum nomine pensionis, & liberatur à futuris periculis. Ita fuit latè dictum in vna Bonon. S. Apollinaris, vlt. Aprilis, 1582. coram Cantuccio, & dicit *Bart. in auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles.* quod non fit diminutio, quando inuenitur alius, qui velit plus dare, cui Prælatus debet concedere. *Abb. in cap. ad aures, num. 4. de rebus Ecclesiæ*; ita fuit dictum in vna Anconitana bonorum, die 2. Martij, 1584. coram D. Bubalo. Item fuit dictum in eadem, quod quamuis locatio non probet verum valorem rei, *l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* tamen ad effectum probandi non euidentem vtilitatem, sufficit probare, quod ex locatione facta tempore alienationis plus percipiebatur, vt per *Iason. consil. 54. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 142.*

7 Quæritur, an emens rem Ecclesiæ, cum euidenti vtilitate, teneatur probare pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ? Respondetur, quod ex communi sententia *in cap. 1. de deposito*, emptor non tenetur docere de conuersione pretij in vtilitatem Ecclesiæ, nisi essemus in mutuo, & deposito, & quando Ecclesia vendit pro debitis soluendis. *Dec. consil. 36.* & ita fuit dictum in Rota, in vna Anconitana terrarum, die 13. Iunij, 1576. coram Cardin. Seraphino: neque obstant allegata ex *Bald. & Castr. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. & Butr. & Imola in cap. 1. de deposito*, quia non dicunt absolutè, quod in contractu emptionis emptor teneatur docere de conuersione, sed in casibus supradictis, scilicet in mutuo deposito, & quando Ecclesia vendit pro debitis soluendis. Et fuit dictum, stante beneplacito Papæ in alienatione, cum clausula, quod emptor faceret depositum pro facienda emptione aliarum rerum, satis fuisse emptori facere depositum, & non fuit compulsus ad probandam emptionem aliarum rerum. Conuersio etiam dicitur facta in vtilitatem Ecclesiæ, quando conuertitur in rem Ecclesiæ duraturam, puta in emptionem alicuius rei, seu in ædificium, vel aliam rem, *l. 1. & 2. ff. de impens. in rebus dot. fact. cap. quod quibusdam, de fideiussoribus. Rebuff. de alienatione, num. 73.* vbi dicit, conuerti in vtilitatem Ecclesiæ, etiam si Ecclesia non haberet perpetuam vtilitatem, vtpote pro colendis agris, colligendis fructibus, & alijs, *l. in fundo, & l. sumptus, & l. si*

*l. si fundi, ff. de re vendic. Dominicus in §. hoc ius, cap. ea enim, 10. quaest. 2. colum. 2.* dicit, quod non est vera vtilitas, nec etiam, quando datur in feudum, licet retineatur homagium, & ob defectum homagij non praestitum res possit cadere in commissum, quia non debet attendi aduersa fortuna, *l. inter, §. sacram, ff. de verbor. obligat. Bellamera cons. 33. col. 14.*
8 quem refert *Rebuff. loc. cit.* & versio in vtilitatem probatur coniecturis. *Bart. & alij in l. ciuitas, ff. si cert. petat. Bart. & Bald. in auth. hoc ius porrect. C. de sacros. Eccles.* & sola confessio Praelati de versione, non concurrentibus adminiculis, non probat. *Bald. loc. cit. Cardin. in Clem. 1. de rebus Ecclesiae, quaest. 30.* & coniectura optima est antiquitas temporis. *Crauetta de antiquitate.* Item quod negotium fuit tractatum coram Generali ordinis, quod sufficere videtur, vbi concurrit debitum praexistens, & sequens debiti solutio, vt per *Bartol. & Bald. loc. cit.* item plures solutiones factae debiti, quae non multum distant à summa iusti pretij. Et ita fuit dictum in Rota Romana, in vna deuolutionis domus, 12. Februarij, 1582. coram Domino de Rubeis; sed *Rebuff. de alienat. num. 41.* dicit, communem opinionem esse, teste *Socin. cons. 15. vol. 1.* quod non sufficit probare per coniecturas, puta, quod tempore contractus mutui Ecclesia indigebat, sed verè probari debet: sed eius dictum intellige in coniecturis friuolis.
9 Vltimò notandum, quod subhastatio, & aliae solemnitates requisitae in alienatione rerum Ecclesiae à iure ciuili, iuxta *Auth. hoc ius porrectum*, non sunt necessariae de iure Canonico, & sine illis valent alienationes, & de consuetudine seruantur tantum solemnitates iuris Canonici: ita dicit *Rebuff. consil. 112. Perus. in cap. 1. de rebus Ecclesiae, in 6. Guido Papa decis. 149.*

*SVMMARIVM.*

1 *Hospitalium gubernatio habentibus vxorem, & filios committi, an debeat, & quando possit.*
2 *Hospitalium gubernatio non est committenda debitoribus hospitalium, & quando possit.*

## De pauperibus, habentibus plures filios, ac debitoribus Hospitalium, non constituendis illorum Rectoribus. Cap. CVIII.

1 Quaeritur, an possit constitui administrator, & magister hospitalis laicus, habens filios, & vxorem? & regula est negatiua, quam tenet *Gloss. in Clem. quia contingit, §. vt autem, in verbo, praestare, de religiosis domibus*, sequitur *Stephan.* dicens contra laicos vxoratos, & filios habentes, esse praesumptionem verisimilem, vt bona hospitalium in alios vsus conuertant in thesaurizatione filiorum, *cap. de Syracusanae, 28. distinct.* Idem *Imola, Anchar. Abb. Vital. in dicta Clem. Lapus in tract. de Hospitalibus, num. 29. in fine*, quae opinio est communiter recepta, & optimè probatur *in dicto cap. de Syracusanae, 28. distinct.* ibi, vel superstes vxor, aut filij, per quos Ecclesiastica solet periclitari substantia. *Gemin. & Turrecrem. ibi.*

Verum

Verum hæc regula non procedit indistinctè; siquidem si laici essent diuites, & tantæ bonitatis, & sanctitatis, quod verisimile esset, ipsos non esse accepturos de bonis hospitalis, vt darent filijs, nulli dubium, quin habentibus has qualitates, hospitalia committi possint, vt dicit *Cardin. in dicta Clem. num. 6. & Imol. num.* 12. *Ripa in cap. decernimus, num. 66. de Iudicijs*, sed pauperes habentes plures filios, semper sunt suspecti. Vnde Salomon paupertatem non desiderabat, ne illi daretur occasio furandi, & peierandi. Neque obstat, quod tutores, quibus æquiparantur Rectores hospitalium, nō redduntur suspecti ex eo, quod habeant filios, & vxores, quia argumentum ab æquiparatis non procedit in casibus, in quibus ius diuersimodè statuit, vt per *Gerardum*, in loco à simili, *in prima limitatione*, & fuit decisum in vna Regiensis Hospitalis, 3. Septembris, 1584. coram Domino Bubalo, erit ergo nulla electio talium suspectorum, vt *in d. §. vt autem*.

2 Secundò quæritur, an possidens bona hospitalium, tanquam propria, & patrimonialia, possit constitui rector, & magister hospitalis? & videtur, quod non, ex *d. cta Clem. quia contingit, §. vt autem*, vbi dicitur, quod gubernatio viris prouidis, & idoneis committatur, qui sciant, velint, & valeant bona eorum, & iura vtiliter regere, & tueri, & eorum redditus in vsus pauperum fideliter dispensare, & quos in vsus alios bona prædicta conuertere præsumptio verisimilis non existit, decernens irritam prouisionem aliter factam. Quare, qui possidet bona hospitalis, vti propria, præsumptio est, quod non sit conuersurus illa in vsum pauperum. In hoc dubio distinguendum est, arguendo à tutoribus, quibus Rectores hospitaliū æquiparantur, *d. §. vt autem*. Quod si gubernator hospitalis sciebat, se esse debitorem, & bona esse hospitalis, nulla est eius institutio; secus, si ignorabat: est enim clara conclusio, quoad tutores, quod si tutor ab initio ignorauit, se esse debitorem, vel creditorem pupilli, valet datio tutoris. *Gloss. in Auth. minoris, C. qui dari tutores, vel curatores possint*; secus si sciuit, *& ibi Doctores*. Quare si ab initio institutionis magister hospitalis habuit notitiam, bona per ipsum possessa esse hospitalis, & nihilominus vti propria possedit, institutio fuit ipso iure nulla, & intrat præsumptio, & decretum irritans, de quo *in dicta Clem.* & fuit dictum in dicta Regiens. Hospitalis, die 22. Octobris, 1584. coram Domino Bubalo.

*SVMMARIVM.*

1 *Capella in Ecclesia an possit erigi sine dote.*

2 *Aedificare an liceat circa Capellam, si prospectus impeditur.*

3 *Insignia, seu arma fundatoris Capellæ an liceat abradere.*

4 *Hæres an possit affigere arma sua in Capella, in qua sunt arma testatoris.*

5 *Benefactores possunt habere insignia, seu arma in Ecclesiis.*

6 *Insignia in Ecclesiis non sunt affigenda ad inanem gloriam, nec continere debent aliquod inhonestum.*

7 *Insi-*

7 *Insignia sua in Ecclesia non potest affigere Episcopus, Baro, vel alius, quando Ecclesia, vel Capella est constructa ex pecunia vniuersitatis.*

8 *Imago deuota, si sit in Capella, an possit alius in eadem Ecclesia construere aliam Capellam, magis ornatam, cum imagine eiusdem Sancti.*

9 *Imagini deuotæ, si fiant plures oblationes, an possint confratres, vel alij procurare, vt oblationes fiant eorum Capellæ, & non imagini.*

10 *Excommunicantur Religiosi procurantes fieri sibi, vel suis monasterijs legata, in præiudicium aliorum.*

11 *Imago deuota, an possit transferri de loco suo ad Capellam priuatam in præiudicium habentium sepulturas prope illam, ac beneficiatorum, & Rectoris, recipientium oblationes.*

12 *Patronus Ecclesiæ an possit impedire sepulturam alterius, ante altare maius.*

13 *Capellam reparare, & instruere mappis, paramentis, & alijs necessarijs, quis teneatur, Patronus, an Rector.*

## Varia dubia circa Capellas alijs concessas in Ecclesijs. Cap. CIX.

1 PRimò notandum, quod quamuis Ecclesiæ sine dote consecrari non debeant, *cap. nemo, de consecr. distinct.* 1. tamen Capellæ, & altaria in Ecclesia sine dote erigi possunt; nam sufficit, Ecclesiam fuisse dotatam, vt latè consuluit *Ananias consl.* 24. vbi *Bologninus in additionibus*, sequitur *Lambertin. de iurepatron.* 1. *par.* 1. *lib.* 3. *quæst. princip. artic.* 5, Contrarium tenet *Abbas in cap. ad audientiam, el* 1. *de Ecclesiis ædificand. & consil.* 89. *volum.* 2. quem sequitur *Rocchus, de iurepatronatus, in verbo, construxit, quæst.* 4. vbi limitat, quando quis ad ornatum Ecclesiæ ipsam Capellam, vel altare construxisset. Sequitur *Greg. Lopez par.* 1. *tit.* 15. *l.* 1. *in glos.* 4. & *Abb.* opinio verior videtur in Capellis constructis pro celebratione Missarum, quæ requirit necessaria ad celebrationem, *cap. præterea, de officio delegati*.

2 Quæritur, an circa Capellam alicuius liceat ædificare, ita vt prospectus Capellæ impediatur? Respondetur negatiuè, vt non liceat ædificare circum circa Capellam, sed debet esse prospectus ex omni parte liber; quoniam Capellæ cum sepulturis, armis, seu insignis, & inscriptionibus, fiunt causa memoriæ hominis conseruandæ, ac domus eius, circa deuotionem erga diuinum cultum, vt dicit *Petrus de Anchar. consil.* 113. & interest Reipublicæ, vt dignitas familiarum conseruetur, *l.* 1. §. *publicè, ff. de ventre inspiciendo*, quæ dignitas in Capellis conspicitur, & monumentis; & lex satis lugubre dicit, antiquorum memoriam delere, *l. lex quæ tutorem, §. nec verò domum, C. de administrat. tutor.* cuius verba sunt: nec verò domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit; in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre; per talia enim conseruatur memoria defuncti, *text. optimus in l. legatum, in fine, ff. de administrat. rerum ad ciuitatem pertinent.* ibi, vt in eo munificentia eius, qui legauit, inscri-

ptione

ptione notetur. Et ad hunc finem Arcus triumphales, & statuæ marmoreæ sculpebantur in Vrbe, vt illorum memoria, qui gloriosè vixerant, & honores gesserant, in perpetuum haberetur, *leg. fin. & toto tit. C. de statuis, & imaginibus*. Cum itaque Capella cum sepulchro, & armis, seu insignijs fuerit concessa ad hunc finem, vt deuotio defuncti ex aspectu dictæ Capellæ appareat, non debet aliquo modo impediri per ædificium alterius Capellæ, vel parietis ex omni parte constructi. Facit, quod concesso prospectu, intelliguntur prohibita omnia, quę officiunt ad gratiorem, & liberum prospectum, *leg. inter seruitutes, ff. de seruit. vrban. prædiorum*, & dicit textus *in leg. si vitem, §. penultimo, ff. quod vi, aut clam*, quod si quis porticum, aut stillicidium in sepulchrum immiserit, etiam si ipsum non tangat, rectè cum eo agi potest, *quod vi, aut clam*, cum in sepulchro factum sit; quia sepulchrum est non solum locum, qui recipit humationem, sed etiam id omne supra, ideoque nomine sepulchri agi: appellatione enim sepulchri omnem sepulturæ locum contineri. Ex quibus concludendum est, concessa Capella cum sepulchro, nihil ædificandum esse ex omni parte, per quod Capellæ, & sepulchro, aut eorum prospectui officiatur.

3 Quæritur, an liceat Rectori, vel alijs abradere arma, seu insignia fundatorum Capellæ, & ponere alterius insignia, vel nomina? Responden. est negatiuè: immò debent puniri arbitrio Iudicis talia facientes. Ita concludit *Bartholomæus Cepolla de seruit. Vrbanor. prædiorum, cap. 71. de picturis, per text. in leg. qui liberalitatem, ad finem, ff. de operibus publ. & Bartol. in dict. leg. qui liberalitatem*, dicit, nota contra fratres minores, & aliquos Religiosos, qui Capellas aliquorum defunctorum attribuunt nomini alterius, quia hoc facere non debent, sequitur *Lambert. de Iurepatr. lib. 3. 4. art. 5. q. princ.* facit *tex. in leg. 1. ff. de sepulchro viol.* vbi datur actio sepulchri violati contra euellentem statuam de monumento.

4 Animaduertendum, quod hæres non potest affigere arma sua in Capella, in qua sunt arma fundatoris; ita tenet *Io. de Anania in consil. 86. ex regula*, super re aliena non esse licitum imponere signa, vel arma, *leg. 1. & per totum, C. vt nemini liceat signa imponere, & in leg. si Basilicam, C. de operibus publicis, & Bar. in tract. de insignijs, & armis*, & quia per talia signa memoria defuncti conseruatur, vt supra dictum est, & in processu temporis posset dubitari, quis illas Capellas ædificari fecerit, sequitur *Lamb. loc. cit. & Anchar. consil. 113. in princ.* quamuis concludat contrarium in casu super quo consuluit, ex quo illa Capella non erat fundata, vt esset de Iurepatron. sed solum pro remedio animæ suæ, & suorum, & sic non poterat dici Capella alicuius, sed facta per aliquem benefactorem Ecclesię, & ideò sicut ipse benefecit, & apposuit sua arma, ita potuerunt alij benefacere, & apponere sua arma, & vult etiam, vt isti noui benefactores benefaciant, & propter hoc apponant arma, & quod prouideatur

armis defunctorum, non ſolum, vt illa arma remaneant ſculpta, ſed etiam, vt fiat alia ſcriptura litterarum, ex qua appareat, illa fuiſſe arma primi fundatoris, vt in reſponſione ad contraria *Petrus* dixit, ſequitur *Lamb. loco cit.* vbi dicit, aduertendum eſſe, quòd in caſu *Petri de Anch.* nullus reperiebatur de agnatione fundatoris, qui potuiſſet pro familia contradicere, & ideò admittebantur alij hæredes ab eo deſcendentes ex linea fœminina: nam in alio eius *conſ.* 356. *in fin.* hoc non permiſit, vbi erant alij de familia, quorum intererat; ex quo iniuria fiebat familiæ: & dicta *per Anchar.* credo vera, quando aliquis tamquam benefactor conſtruxit Capellam in aliqua Eccleſia ſine Iurepat. & etiam ſine Iure funerandi; quia ſi potuiſſet ſepulchrum pro ſe, & ſuis, & conſtruxiſſet Capellam, puta ſepulchrum, videtur eam conſtruxiſſe ſepulchri cauſa, vt eius oſſa ſepelirentur iuxta Imaginem deuotam: & militant omnes rationes ſupradictę, vt retineatur memoria deuotionis ſuæ erga cultum diuinum. Quare in iſtis Capellis cum ſepulchris, & iure funerandi indiſtinctè teneo, non poſſe hæredem apponere arma ſua.

5 Quæritur, an benefactores poſſint habere arma in Eccleſijs? ex ſupradictis clarè patet, quod ſic *Anch. d. conſ.* 113. *& Lamber. loc. cit.* ſed nota, quod ſi depingi faciunt arma in Eccleſijs, quas conſtruunt, vel in ornamentis, quæ donant, perdunt meritum, ſi faciunt ad inanem gloriam, ſecus ſi ad incitamentum virtutis aliorum, vel ad alium iuſtum finem. *Dom. in cap. duo ſunt,* 45. *diſt. Vel in cap.* 3. *loco, de præſumpt.* & ſi teſtator aliquod inhoneſtum mandet in armis, ſeu inſignijs deferri, vel fieri in ſepulchro, quod ſapiat gentilitatem, non eſt executioni mandandum, *l. facta, §. ſi ſub conditione, ff. ad Trebell. vbi Gloſſ. & Paul. de Caſtr. Imola, And. Siculus in cap. 1. de iuramento calumniæ.*

7 Circa ſextum, an Epiſcopus, Baro, vel alius, quando fabricatur aliqua Eccleſia, vel Capella de pecunia Vniuerſitatis, vel alterius, poſſit ſculpi facere arma ſua? Reſpondetur negatiuè, ſed tantum ille, cuius pecunia opus publicum factum eſt, poteſt nomen, & inſignia ſua depingi facere, vt eſt caſus *in l. 2. & l. opus, in fin. ff. de oper. publ. tradit Bar. Cepolla de ſeruit. Vrb. prædior. cap.* 71. vbi dicit, quod cum quidam Epiſcopus Veron. expoſuiſſet de bonis erogandis pauperibus in fabricam maioris Eccleſię duo millia aureorum, & feciſſet ſculpi inſignia ſua ſuper Capella ſua cum columnis, fuerunt ſibi abraſa, & meritò, quia illa non erat pecunia ſua, cum omninò teneretur eam erogare, *arg. not. per Gloſſ. in cap. relatum, de præb.* Idem dicendum in Rectore benef.

8 Notandum, quod ſi in Capella alicuius priuatæ perſonæ eſt Imago deuota, in cuius viſitatione conceduntur multæ gratiæ cum populi concurſu, non licet alteri Capellam aliam pulchriorem cum imagine eiuſdem Sancti in eadem Eccleſia erigere. Siquidem licet videatur augeri cultus diuinus; & maxima ſit ratio, quæ pro religione facit, *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumptibus funer.* tamen in hoc caſu potius minuitur,

quam

quam augetur, oriuntur scandala, & suspicio auaritiæ, non sine iniuria obtinentium Capellam, quandoquidē imagines antiquæ solent esse in maiori deuotione, vt dicit *gloſ. Sapient.* 13. ibi, *opus manus antiquæ*. Et frequenter Deus venerantibus aliquas Imagines solet maiores gratias concedere, vt experientia docet, & fideles, vt eas assequantur, solent confiteri sua peccata, & communicare, cum ad visitandas Imagines deuotas accedunt. Itaque in veneratione talium Imaginum magna populi vtilitas versatur, quoad necessitates temporales, & spirituales; quare hæc deuotio in Eccl. est nutrienda, non diminuenda, alias grande peccatum esset, vt dicitur de filijs Heli 1. *Reg. capit.* 2. hoc autem facilè contingit, quando aliæ Capellæ sub eodem titulo, & magis exornatæ in Eccl. ædificantur, & populus, qui deuotionem habet ad imaginem antiquam, in cuius veneratione gratias multas recipit, non est alia via alliciendus, siue potius decipiendus, vt relinquat antiquam deuotionem sub colore alterius Capellæ magis exornatæ, & tot gratijs priuetur. Sed si ædificare volens mouetur ex deuotione, poterit imagini miraculosæ pingues oblationes facere, & eam in eodem loco existentem exornare. Cum itaque impediatur deuotio, sequitur, quòd vel ędificat ad æmulationem, & non licet, etiam si alias liceret, *omnes in leg. altius, C. de seruit.* vel facit pro oblationibus colligendis, & hoc execrabile est sacris canonibus: prohibent enim, Ecclesiam pro quæstu construi, *cap. si quis basilicam, d. consil. dist.* 1. & esset prauorum quæstorum more aurum subtili ingenio à simplicibus extorquere, *iuxta Clem. abuſ. de pœnit.* & esset domum Dei efficere domum negotiationis. Præterea canones fauent laicis, vt ad ædificationem Ecclesiarum inducantur, *capit.* 3. *de Iurepat.* & hac via retraherentur; non enim parum prȩiudicij infertur domino, si populi concursus ad eius imaginem impeditur, alliciendo illum ad aliam Capellam propter magis sumptuosa ædificia, & multum reputant obtinens Capellam, quid eius familia habeat altare deuotum propter gratias, quas sperat toti suæ familiæ concedi ob illius constructionem: & Ecclesi. cum alterius præiudicio ædificari non debent, *cap.* 1. *de operis noui nunciatione, capit. nulla,* 12. *quæst.* 1. *& cap. sicut antiquitus*, 17. *quæſt.* 4. & quamuis plura altaria possint ædificari in eadem Ecclesia, id est intelligendum sine præiudicio aliorum, sine detrimento cultus diuini, non ex æmulatione, non pro quæstu, vt supra diximus.

9 Item quæritur, si Imagini deuotę fiunt plures oblationes, an possint confratres laici, vel alij procurare, vt oblationes fiant eorum Capellæ pro fabrica, & non Imagini? & videtur, quod possint dictas oblationes sibi procurare, *per text. in l. fin. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit*; vbi permittitur, quod quilibet possit blando sermone inducere testatorem ad sibi relinquendum, vel donandum, & cuilibet permissum videtur facere negotia sua, prout melius potest, secundum

*Bal. in capit. si proponente, de rescriptis.*
10 In contrarium videtur casus *in Clem. 1. de priuilegijs, §. penult.* vbi excommunicantur religiosi, procurantes legata, vel eleemosynas sibi, vel suis monasterijs fieri in praeiudicium aliorum, ad idem *text. in leg. Lucius, §. Sempronio, ff. de legatis, 2.* vbi contra eum, qui procurauerit fieri sibi legatum in praeiudicium alterius, competit actio ad interesse. Facit *text. in §. illis, alias incipit, & hoc prouenit, in auth. vt nulli Iud.* vbi prohibetur, ne quispiam procuret sibi donari, vel legari, quod alijs legandum, vel donandum fuerat. *Ripa responsio. 1. de oblationibus* distinguit, quod aut laici absque vlla fraude petunt, quod eleemosynae offerantur fabricae, & tunc iure agunt. & procedunt Iura primo loco adducta; aut procurant eleemosynas dolo, fraude, astu, vel machinatione, & tunc pro damnis praeteritis ad interesse conueniri possunt; pro futuris possunt Iudicis officio cogi ad desistendum ab huiusmodi versutijs, ex notatis in simili *per Cinum, Bald. Alberic. & Salicet. in leg. quidquid, C. arbitrium tutelae;* vbi dicunt, tutorem, qui procurauit id sibi legari, quod testator volebat legare pupillo, teneri ad interesse, si dolo, aut machinatione vsus fuerit, fraus autem, & dolus iuxta *Rip.* probabitur, si laici transgrediantur fines verborum, & actuum, quibus vti debent modesti quaestores. Idem, si detrahant bono nomini, & famae Rectoris Capellę imaginis, dicentes non esse meritorium facere oblationes Imagini, quia eas conuertit in malos vsus, *ex Angelo in leg. 4. ff. de inofficioso testamento.* Idem, si probetur in petendis eleemosynis, vti calllidis persuasionibus, quae dolo, & fraudi aequiparantur, vel importunis precibus extorquent oblationes, *leg. 1. C. de petit. bon. sublat. lib. 10.* ibi, quoniam plerumque inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt non concedenda tribuamus. Facit *text. in cap. si quando, de rescriptis,* & ibi *gloss.* & dicit *Ias. in leg. 1. §. si vir vxori, ff. de acq. possess.* quod donatio facta vxori, quae assiduè virum infestabat, non confirmatur morte, quia donata ex frequenti petitione non creduntur spontè data, sed ex molestia, & importunitate vxoris.

11 Circa materiam Capellarum notanda est singularis decisio Rotae Romanae coram Illustriss. Pamphilio in vna Hispalensis translationis die 9. Martij 1598. in qua fuit dictũ, non potuisse transferri quandam Imaginem deuotam de loco suo ad priuatam Capellam, praesertim reclamante Rectore, & beneficiatis ipsius Capellę, & alijs habentibus suas sepulturas propè dictam Imaginem, quibus maximum infertur pręiudicium, ob magnam deuotionem, & concursum fidelium erga ipsam, quae de suo loco translata praesertim ad priuatam Capellam, non solet esse tantae deuotionis, & ita in damnum fabricae minuentur oblationes, & in damnum beneficiatorum, & aliorum habentium sepulturas, & suffragia, & Missae, quae hodie ibi cũ maxima deuotione erga ipsam Imaginem celebrari solet,

solet, *arg. capit. 2. ad audientiam, cum ibi notatis de Ecclesijs ædificandis*.

12 Circa eandem materiam notandá est alia decisio Rotæ Romanæ in vna Calaguritana præeminentiarum 26. Iunij 1590. coram Domino Gipsio, in qua fuit dictum, non potuisse patronum Ecclesiæ impedire translationem sepulturæ cuiusdam priuati ante altare maius in loco, in quo ab antiquo tempore existebat, priusquam altare vetus destrueretur, & Ecclesia ampliaretur; quia ius sepeliendi differt à Iurepatr. ideò ex diuersis non fit illatio, *leg. Papinianus exult, ff. de minoribus. Rocchus de Iurepatr. in verbo, Ecclesia*. Præsertim, quia ius sepeliendi etiam priuatiuè quoad aliquos præscribi potest. *Abb. in capit. quanto, column. fin. & ibi Dec. num.* 16. *de Iudicijs*. maximè, quia patronus non habebat ius sepeliendi, sed tantum ius honorificum, quod non est extendendum per regulam, tantum præscriptum, quantum possessum. Et cum ex antiquissimo tempore constaret sepulchrum fuisse in illo digniori loco, non debet Dominus sic de facto expoliari. Fuit etiam consideratum, quod cum per huiusmodi augmentum Ecclesia non fuerit in totum mutata, sed remanserit eadem Ecclesia, debeant etiam remanere qualitates eiusdem Ecclesiæ, & prærogatiuæ parochianorum in suo priori statu permanere, *ad not. in capit. ad audientiam, el 2. de Eccles. ædific.* & Ecclesia noua in locum veteris subrogata debet assumere naturam illius, & consequenter censetur facta sine præiudicio aliorum. Faciunt notata *per Ost. in cap. cum olim, nu. 6. de consuetud. & per Petrum de Perus. in tract. de mutatione status*.

13 Quæritur, an Patronus Capellæ teneatur illam reparare, & instruere altare paramentis, mappis, & alijs necessarijs ad celebrationem Missę? & videtur, quod non, sed Rectori Ecclesiæ, vel Capellæ tale onus incumbat, *ex cap. 1. & c. de his, de Eccles. ædificandis*; in quibus locis onus fabricæ videtur iniūctum Rectoribus; qui enim sentit commodum, tenetur quoque ferre onus, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* clericus etiam habens beneficium æquiparatur vsufructuario, *iux. not. in c. præsenti, de officio Ord. in 6.* & vsufructuarius tenetur in bono statu conseruare bona sibi concessa ad vtendum, & fruendum, idque est præstandum ex fructibus ipsis, *l. 1. §. hactenus, ff. de vsufr.* & tenetur sartatecta præstare, *l. cum, C. de vsufr. & communiter DD. in d. c. 1.* tenent onus reficiendi, & reparandi Ecclesias spectare ad Rectores, & quę dicuntur de Ecclesia ædificanda, procedunt etiam, quoad ornamenta necessaria, vt sunt Calices, Pluuialia, & alia, sine quibus diuina celebrari non possunt, quia fabricatio Ecclesiæ, & præparatio ornamentorum à pari procedunt, & à iure parificantur, *c. fi. de testam. ibi*, in ornamentis, seu fabrica, luminaribus, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum, vt dicit *Surd. cons. 62. vol. 1.* & appellatione fabricæ venit etiam pictura. *Bald. in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & cler.* ad Rectorem pertinet, vt ignis ardeat ante Sanctissimam

Eucharistiam, *capit. sanè, de celebrat. Miss.* & hæc est veritas: declara tamen, vt procedat, quando patronus assignauit dotem sufficientem pro mercede Sacerdotis, & paramentis, alias potest compelli ad sufficienter dotandum, & interim tenetur ad ista; nam ædificans altare sacerdotale videtur se obligasse ad dotem dandam pro necessarijs concurrentibus ad Missarum solemnia; qui nisi vult vnum, videtur voluisse omnia, per quæ peruenitur ad illud, *leg. oratio, ff. de sponsal. l. ad rem mobilem, & leg. ad legatum, ff. de procuratoribus, cap. præterea, de officio delegati.* Ita notab. *Abb. in cons. 89. incipien. ex themate proposito, part. 2.* qui obligat etiam ad soluendam mercedem clerico seruienti in Missa, & dicit, quod sicut obligatur pater naturalis dotare filiam, ita construens capellam, *gloss. in cap. nemo, de cons. dist. 1. & in capit. cum sicut, de cons. Ecclesiæ, vel altaris,* & quatenus *gloss. in dict. cap. cum sicut,* dicat, prius esse compellendum Episcopum, postea fundatorem, in hoc communiter reprobatur, vt dicit *Abb. in dict. consil. 89. & in dict. capit. cum sicut, Doctores in capit. placuit, quæst. 2.* itaque poterit fieri præceptum patrono de assignando sufficientem dotem sub pœna dandi ei compatronum, vel alia, & interim de prouidendo de mappis, paramentis, & alijs necessarijs. Sed an ad hoc, vt Rector non teneatur, dicatur dos insufficiens, si Rector ex ea non recipit victum? videtur quod sic, ex quo tenetur erogare redditus in fabricam Ecclesiæ, deductis tamen prius alimentis sibi necessarijs, *text. notab. in dict. cap. de his, de Eccles. ædif. Ost. Abb. & alij ibi,* nisi clericus non resideret quando tenetur, quia tunc omnes fructus sunt erogandi in reparationem Ecclesiæ. *Ripa consil. 16. num. 8. & 9.* sed ista non puto simpliciter intelligenda in capellanijs, siue altaribus, quæ construuntur cum dote tenui, habito respectu ad eleemosynam solitam dari pro quantitate Missarum, quæ celebrantur in hebdomada: nam sufficiens dos erit, si correspondeat dicto oneri Missarum, & paramentis necessarijs, cum Capellani prædicti censeantur locare operas suas: vnde in infirmitate tenentur per alios celebrari facere, vt fuit probatum in Praxi cap. 54. & non tenetur patronus Capellæ semper alere Capellanum celebrantem. Declara notabiliter hanc materiam reparationis Ecclesiarum, vt etiam data dote sufficienti non teneatur Rector Ecclesiæ, quando inducta esset consuetudo, quod populus subeat onus reparandi Ecclesiam. *Innoc. in capit. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli. Ost. Abb. Cardin. in capit. 1. de Eccles. ædif.* valet etiam consuetudo, quod populus faciat sumptus pro lampade ardente ante Eucharistiam, & quod populus præstet alimenta prædicatori, quando Rector Ecclesiæ non prædicat per se ipsum, vt pulchrè probat *Ripa dict. consil. 26.* Facit Concil. Trident. *cap. 4. sess. 24. de reformat.* consuetudo itaque circa reparationem Ecclesiarum est attendenda: & ita fuit notabiliter decisum in Rota Romana in vna Ægyptanen. fabricæ 15. Decembris 1589. coram

Orano,

Orano, quod consuetudo parochianorum, reparandi, & orandi capellam liberat Rectorem à paramentis: & fuit dictum, decretum visitationis in contrarium, esse nullum.

*SVMMARIVM.*

1 *Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia parochiali tantum asseruari potest pro infirmis.*

2 *Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione asseruari non potest sine licentia Summi Pontificis.*

De Sanctissimo Sacramento, an possit asseruari in Ecclesia non parochiali pro adoratione, de licentia Episcopi. Cap. CX.

1 QVæritur, an sit valida licentia Episcopi asseruandi Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione populi? & dicendum est, quod non, sed requiratur licentia Summi Pontificis, per textum clarum *in cap. tribus, §. tanta, de consecrat. dist. 2.* qui textus recipit tantum limitationem, vt pro infirmis asseruari possit diu, noctuque, *ex cap. presbyter, dict. dist. Abbas in cap. officium, de officio Archipresb. glossa in capit. permittimus, de sent. excommunic.* si itaque pro infirmis tantum; ergo in Ecclesia parochiali, & non in alijs, è quibus non defertur ad infirmos, & successiuè requiritur auctoritas Summi Pontificis, cum Episcopus non valeat dispensare supra Canones, *cap. quod super his, de maioritate, & obedientia*; & ita mihi petenti resolutionem dubij rescripsit Sacra Congregatio Concil. Trid. hoc anno 1609. duo enim dubia circa hoc petij declarari. Primum, an
2 Episcopus possit concedere Ecclesiæ non parochiali, vt in ea retineatur Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ solum pro adoratione, vel requiratur auctoritas Papæ. Secundum, præsupposito, quod Episcopus concesserit licentiam asseruandi Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione, an possit Episcopus successor dictam licentiam reuocare. Sacra Congregatio respondit infrascriptis verbis, ad primum. *Id non posse concedi ab Ordinario; sed requiri licentiam Sedis Apostolicæ,* ad secundum respondit: *Huiusmodi licentiam fuisse nullam, ac propterea ei non esse deferendum, nec esse necessariam reuocationem, & hæc nota requiritur itaque priuilegium Papæ, vt in Regularibus.*

*SVMMARIVM.*

1 *Rectores Ecclesiarum, & Hospitalium, an possint ab Episcopo qualibet parte anni compelli ad dispensandum redditus in pios vsus.*

De Rectoribus Ecclesiarum, & Hospitalium, an possint quocumque tempore compelli ab Episcopo ad erogandos redditus in pios vsus. Cap. CXI.

1 FRequenter pauperes, & puellæ conqueruntur coram Episcopo de laicis Rectoribus Eccle-

siarum, & Hospitalium, quod eis non erogantur eleemosynæ, nec præstantur dotes secundum institutum Ecclesiæ, vel Hospitalis. Quæritur, an possit Episcopus semper, quando opus fuerit, in qualibet parte anni, maximè instantibus pauperibus, & puellis, quæ petunt dotem, monere, & compellere censuris Rectores laicos Ecclesiarum, & Hospitalium ad dispensandum redditus Ecclesiæ, vel Hospitalis in dotes puellarum, & ad alios vsus pios, destinatos tamen, vel solitos, idque vigore Conc. Trid. *cap. 8. sess. 25. de refor.* vel debeat ab his abstinere, sed tantum in fine anni possit exigere rationem administrationis? Et videtur affirmatiuè respondendum *per textum clarum in dict. capit. 8.* ibi, *per censuras compellat*, nec videtur obstare, *capit. 9. sess. 23. de reformatione*, dum præcipit singulis annis reddi rationes, quia non prohibet, quin infra annum, quando opus fuerit, possit Episcopus compellere magistros, seu rectores ad dispensandum redditus in prædictos vsus, & frustra fuisset facta dispositio *dict. c. 8. sess. 25.* quæ est posterior. Hoc dubium petij declarari à Sacra Congregatione Concilij Tridentini hoc anno 1609. & Sacra Congregatio respondit, quod si vsus pij sunt destinati à fidelibus in testamento, vel alias, vt fundatione, oblatione, aut alijs modis, possit Episcopus quocumque tempore cogere administratores ad impendendos redditus in vsus præscriptos; si verò non sunt certi vsus præfiniti, possit Episcopus in visitatione compellere magistros, seu administratores ad illos erogandos in pios vsus, si iustitia postulauerit, & vlterius possit Episcopus debito tempore exigere rationes administrationis: verba Sacræ Congregationis sunt hæc, videlicet: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum respondit, posse quidem Ordinarium quocumque tempore cogere administratores ad impendendos redditus in certos vsus præscriptos ab his, qui pia legata reliquerunt, vel alias bona sua elargiti sunt. Quod si alij sint redditus, quibus certi vsus non sunt præfiniti ab his, ad quos pertinebat, posse tamen Episcopum in visitatione decernere, quidquid iustitiæ consentaneum visum fuerit: præterea etiam posse debito tempore exigere rationes administrationis;* & hæc nota pro pauperibus, puellis, & orphanis, quia quotidie occurrunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Citari quomodo debeat Canonicus, vel Parochus absens.*

2 *Citationes per edictum debent esse tres, quando ignoratur, vbi moretur Canonicus, vel Parochus absens.*

3 *Citatio personalis requiritur ad priuationem beneficij.*

## De Citatione Beneficiati absentis. Cap. CXII.

1 Quæritur, quomodo sit citandus Canonicus non residens, vel Parochus absens, vt possit procedi ad priuationem iuxta sacros Canones, *capit. ex tuæ, de Clericis* non

*non residentibus*; *& Concil. Trident. cap.12. sess.24. de reform. & cap.1. sess.23. de reform.* Respondetur cum *Abb. in suo notabili consil. 67.* Christi, eiusque Matris præsidio humiliter inuocato, *lib.1.* vbi dixit, quod si scitur, vbi est Canonicus absens, non debet citari per edictum generale, sed personaliter præfixo sibi termino ad comparendum, vt *in capit. ex parte, & cap. qualiter, de clericis non residentibus, cum similibus, est glos. notabilis*, ad quam quotidiè fit recursus *in cap. quoniam frequenter, §. si verò, in verbo, sacris Canonibus, vt lite non contestata*, quæ dicit, sententiam priuationis aliter factam non tenere. Illam sequuntur communiter Doctores: si verò
2 nescitur vbi est Canonicus absens, debent fieri tres citationes successiuè in Ecclesia, post quarum lapsum debet absens expectari per sex mēses, vt probatur *in cap. ex tuæ, de clericis non residentibus*; sed dubium notabile est, an sufficiat vnica citatio per edictum pro trina, vel debeant esse tres citationes per edictum successiuè. *Abb. in d. consi.67.* tenet, quod debeant esse tres citationes, & non sufficiat vnica peremptoria, vt plenè prosequitur *Io. Andr. super Rubr. de clericis non residentibus, in addit. ad Specul. in vltima quæst.* quia ista citatio non fit in persona, nec ad domum, sed in Ecclesia: vnde talis Canonicus, qui renunciabit absenti, certiorabitur in secunda, vel tertia citatione, qui ignorauit in prima. Ad idem facit, quod in simili notat *glos. in Clem.1. de vita, & honest. clericor. in verbo, tertio quæro*, concludit *Abbas in dicto consil.67.* non potuisse priuari duos Canonicos, iam pluribus annis absentes, per Episcopum Ecclesiæ Lucanæ, ex quo per edictum fuerant citati sine tribus citationibus: & hoc *Abbatis* consilium sequitur *Felin. in cap. consuluit, num.13. de officio delegati*; & fuit in Rota Romana approbatum coram Cardinali Seraphino, die 5. Decembris, 1567. in vna Salamant. *del Petroso*; & fuit etiam dictum, sententiam esse nullam, nisi seruetur forma Conc. Trid. ibi, per censuras Ecclesiasticas, sequestrationes, aliaque iuris remedia. Et hæc nota, quia aliqui solent errare, vt faciant vnicam citationem per edictum pro trina, quia debent esse tres: & quando scitur ab-
3 sens, debet esse citatio personalis ad priuandum beneficio. *Verall. decis. Rotæ, 114. par.1.*

*SVMMARIVM.*

1 *Bigami an possint admitti ex dispensatione Episcopi ad exercendum ordines minores ante bigamiam susceptos.*

## De Bigamo, an possit exercere ordines minores ex dispensatione Episcopi. Cap. CXIII.

1 Conqueruntur Vniuersitates, quod aliqui bigami non intendentes soluere collectas, sed esse immunes à quibuscumque solutionibus, & muneribus, impetrant dispensationem ab Episcopo, vt valeant exercere ordines minores ante bigamiam susceptos: quæritur an valeat dispensatio Episcopi? Magis com-

communis conclusio est, vt Episcopus non possit dispensare super bigamia vera, vel interpretatiua, etiam quoad minores ordines; ita tenent *Ioan. Andr. Ancharan. Domin. & Franch. in cap. 1. de bigamis, lib. 6. Nauar. cap. 27. num. 197.* latè probat *Suarez de censuris disputat. 49. sect. 6.* & quamuis *S. Thom. in 4. distinct. 27. quaest. 3. artic. 3.* dicat, posse Episcopum dispensare quoad minores ordines, quem sequitur *Siluester, in verbo, bigamia*, & quidam alij; tamen prior opinio verior est, & eam tenet *Abbas in cap. 2. de bigamis*, & clarè probatur *in dicto cap. vnico, de bigamis, in 6.* vbi bigami priuantur omni priuilegio clericali, *& in cap. nuper, & cap. vltimo, de bigamis, & cap. non confidat, 50. distinct.* quare *Nauarr. loco citato*, intelligit opinionem *Diui Thomae* posse admitti quoad vsum, & exercitium ordinum minorum antea susceptorum: sed in contrarium est veritas, vt nec quoad exercitium praedictum possit Episcopus dispensare, ex *Concil. Trident. cap. 17. sess. 23. de reformat.* vbi prohibetur exercitium minorum ordinum bigamis, etiam laicis: & ita fuit rescriptum à sacra Congregatione Concilij Tridentini, mihi petenti declarationem, anno 1606.

SVMMARIVM.

1 *Monoculus an possit promoueri ad minores ordines.*

2 *Maculam in oculo habens quandò possit promoueri.*

3 *Carens visu oculi, qui videtur sanus, quando sit irregularis.*

## De monoculo an possit ordinari. Cap. CXIV.

1 QVaeritur, an Episcopus possit dispensare cum monoculo ad minores ordines? *Bellamera in cap. de gradibus, 25. quaest. 8.* tenet quod sic, dicens, Iura de hac prohibitione tractantia loqui tantum respectu presbyteratus, & aliorum Sacrorum ordinum, non autem respectu promotionis ad beneficium. Contrariam opinionem, quod neque ad clericatum promoueri possit, tenent *Praepos. Geminian. Turrecrem. in cap. fin. distinct. 55.* est enim dispositio generalis inducta à *Gelasio in cap. non confidat, distinct. 50.* vbi vetat, corpore vitiatos diuinis applicari ministerijs: & sic loquitur generaliter. Praeterea hoc vitium inducit magnam deformitatem, & est aptum generare scandalum, ad notata per *Doctores in cap. Thomas, de corpore vitiatis*, nec obstat *textus in cap. cum de tua, de corpore vitiatis*, in quo tex-
2 tu, iuxta Doctores, in habente maculam in oculo, est considerandum, si resultet magna deformitas, vel non, quia non potest fieri ista distinctio in eo, qui habet oculum erutum: semper enim trahit secum magnam deformitatem: & hanc opinionem in eo, qui caret oculo, vel pupilla oculi, vt sit irregularis, etiam quoad clericatum, tenuit Rota Romana, in vna Pensionis, 3. Iunij, 1583. coram Domino Seraphino. Idem tenet *Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 199.* dicens, monoculum simpliciter esse irregularem,

3 larem, non autem eum, qui caret visu oculi dextri, qui alijs videtur sanus, & sinistro, quantum satis est ad bene celebrandum, cernit, vt Canonem Missæ sine indecora, & nimia faciei ad populum conuersione legere possit: alias secus propter deformitatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Dispensatio matrimonialis expirat, mortuo Papa, si non est executioni demandata.*

2 *Decretum, si in euidentem, mortuo Papa, re integra non potest à Commissario ferri.*

De gratia, an expiret morte Papæ. Cap. CXV.

1 FVit dubitatum in Curia Neapolitana, an mortuo Summo Pontifice, dispensationes matrimoniales commissæ Vicario, possint ab illo expediri: & videbatur quod sic, *ex cap. si super gratia, de officio delegati, in 6.* vbi gratia non expirat per mortem Papæ. Contrarium fuit dictum, quia ille textus procedit, quando gratia Summi Pontificis est iam perfecta, & datus merus executor; secus, si adhibenda est causæ cognitio; quoniam si, antequam adhibeatur, moriatur Pontifex, expirat. Ita tenet *Baldus in l. fin. ff. de Constitut. Principum, columna 1. versic. sed pone quod Princeps. Decius in Rubrica de constitut. num. 41. Præpositus in capit. petisti, 7. quæst. 1. Geminianus, & Anchar an. in dicto capit. si super*

2 *gratia*, & in terminis decreti, si in euidentem, vt non possit expediri à Commissario, est decisio Ludouici Apeguere, 128. fundata in supradictis.

*SVMMARIVM.*

1 *Episcopus potest habere duos Canonicos Cathedralis in suo seruitio, tamquam familiares, & commensales, qui in absentia percipiunt fructus præbendarum.*

2 *Episcopus an possit constituere Vicarium, vel Visitatorem, & facere suum familiarem commensalem Canonicum Ecclesiæ inferioris, qui in absentia percipiat fructus.*

3 *Canonicus Ecclesiæ inferioris associans Episcopum ad Vrbem, an lucretur fructus Canonicatus.*

Canonicus Ecclesiæ non Cathedralis seruiens Episcopo, an lucretur fructus, cum abest à seruitio Ecclesiæ. Cap. CXVI.

1 AN Episcopus possit constituere Vicarium, vel Visitatorem, & facere suum familiarem, & continuum commensalem beneficiatum Ecclesiæ inferioris, qui in absentia lucretur fructus suæ portionis? Quod possit, facit *textus in cap. ad audientiam, de Clericis non residen.* vbi statuitur, quod pro seruitio Episcopi duo Canonici Cathedralis absentes possint percipere fructus præbendarum. Quem textum aliqui Doctores extendunt etiam ad inferiores clericos, dummodo concurrat dispensatio Episcopi, vt per *Ioannes Andreas in*

*dicto*

*dicto cap. ad audientiam*, *verſic. dici poteſt*, quem ſequuntur *Butr. Cardin. Imola*, *Ioann. Anania*, *Anchar.* ibi. Nihilominus verior opinio eſt, vt *textus in dicto cap. ad audientiam*, ita demum procedat in inferioribus clericis, ſi concurrat Eccleſiæ vtilitas, iuxta diſtinctionem *Abbatis in dicto cap. ad audientiam*, *num.* 8. quem ſequitur *Silua*, *de beneficio*, *par.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 33. non enim eſt tanta communio inter Epiſcopum, & clericos inferiores, ſicut inter Epiſcopum, & Canonicos, qui ſunt membra corporis eius, vt conſiderant Doctores ſupradicti. Et cum hæc materia ſit damnoſa Eccleſijs, & per eam diminuatur cultus diuinus, potius eſt reſtringenda, quam relaxanda. *Abbas in cap. cum dilectus*, *num.* 7. *de clericis non reſident.* & ita fuit deciſum in Rota Romana, in vna Calaguritana fructuum, die 28. Martij, 1583. coram Domino Bubalo, & alias, vt per *Put. deciſ.* 294. in vna Placentina, & in dicta Calaguritana fuit dictum, non ſufficere vtilitatem totius Epiſcopatus in genere, ſed requiri vtilitatem Eccleſiæ in ſpecie, per *Ioan. Andr. in cap. vnico, de cleric. non reſident. in* 6. *ſub num.* 3. & proinde dixerunt, non lucrari beneficiatum Eccleſiæ inferioris, etiam ſi aſſociet Epiſcopum ad Vrbem, etiam ſi dicti clerici inferiores ex conſuetudine haberent vocem in actibus Capitularibus, & interuenirent in Capitulo Canonicorum: nam adhuc non poſſunt dici Canonici, nec dicuntur eſſe de Capitulo, quia ſoli Canonici dicuntur eſſe de Capitulo. *Innoc. in cap.* 2. *de inſtitut. Abb. Felin. in cap. cum olim*, *de re iudic.* & non ſequitur, habent vocem in Capitulo, ergo ſunt de Capitulo. *Gemin. in cap. fin. de præbend. in* 6. vnde in diſpoſitionibus ſpectantibus ad Capitulum, non veniunt, niſi ſoli Canonici, non autem alij, qui de iure ſpeciali, vel ex conſuetudine habent vocem in Capitulo, vt *ibi per Franchum*.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatio in forma Cameræ an habeat executionem coram Ordinario.*

2 *Auditor Cameræ Apoſtolicæ ſolus relaxat cenſuras vigore obligationum in forma Cameræ.*

3 *Obligatio in forma Cameræ tollit omnia legum auxilia, ita vt trahat omnes ad Tribunal Auditoris Cameræ, non obſtante priuilegio* leg. vnicæ, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas.

4 *Excommunicatio vigore obligationis in forma Cameræ, eſt ferenda in ſubſidium contra omnes, quando omnes debitores in ſolidum poſſunt ſoluere, ſecus ſi vnus poſſit ſoluere.*

5 *Obligari an quis poſſit, vt ſine monitione excommunicetur, ſi tali die non ſatisfecerit.*

Obligatio in forma Cameræ an habeat executionem coram Epiſcopo. Cap. CXVII.

1 Clericus coram Epiſcopo ſuo obligatur in forma Cameræ ſoluere debitori tali die, quæritur, an adueniente die non conſtito de ſolutione, poſſit excommunicari? & ſe-

& secundum *Gallesium de obligatione ad formam Cameræ, quæst.3.* videtur dicendum, quod possit excommunicari per proprium Episcopum, non per alium, cum sine consensu sui Episcopi non possit alterius iurisdictioni se submittere, *capit. significasti, de foro competent.* nihilominus hodie solus Auditor Cameræ procedit contra obligatos in forma Cameræ: & quidquid alij Iudices attentauerint, erit irritum, & inane; & ipse solus potest, vigore dictarum obligationum, censuras Ecclesiasticas promulgare. Ita habetur in facultatibus Auditoris
2 Cameræ *num.5.6.& 7.* quarum vigore inhibet alijs Iudicibus, ne in talibus causis procedant sub pœnis, & censuris, & refectione expensarum partibus, vltra nullitatem
3 actus: & est tantæ efficaciæ dicta obligatio in forma Cameræ, quod tollit omnia legum auxilia, comprehendit etiam pupillos, & viduas, vt trahantur ad Tribunal Auditoris Cameræ, non obstante priuilegio *legis vnicæ, C. quando Imperator inter pupillum, & viduam;* vt fuit latissimè deductum, & decisum in vna Bonon. 12. Maij, 1594. coram Robusterio, ex verbis amplissimis suæ facultatis. Declarauit tamen Sacra Congregatio Concilij Tridentini, quod si duo in solidum sint obligati, in forma Cameræ, pro eodem debito, & contra vnum tantum potest deueniri ad e-
4 xecutionem realem, vel personalem, non potest contra alterum, contra quem non potest fieri similis executio, ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censura.

Itaque obligatio in forma Cameræ facta coram Episcopo, non habet effectum executiuum sine brachio Auditoris Cameræ; sed poterit creditor ea vti, ac si esset alia obligatio solita fieri in partibus, iuxta consue-
5 tudinem regionis. Sed an possit quis se obligare coram Episcopo suo, vt possit excommunicari sine monitione, si tali die non satisfecerit? *de officio deleg.* negat, quia monitio est introducta in fauorem publicum, & ideò non possunt priuati illi Iuri renunciare, *l. ius publicum, ff. de pactis,* & dicit *Innoc.* quod non potest quis se obligare, vt sine causæ cognitione, & sine contumacia possit excommunicari, vt *in cap. nemo, & cap. notum, 2. quæst. 1. & cap. nemo, 11. quæst. 1. Ostiens.* dat cautelam, quam communiter Doctores sequuntur, quod si quis vult aliquem obligare ad pœnam excommunicationis, non faciat hoc fieri per viam pacti, & prorogationis, quia tunc requireretur, tempore sententiæ, causæ cognitio, & contumaciæ, sed faciat, quod Iudex, consentiente debitore, ferat excommunicationem, sub conditione, nisi satisfecerit in tempore; nam tunc elapso termino erit excommunicatus, nec valebit appellatio, si interim appellet: quia ex quo in hoc semel consensit, in alterius præiudicium dissentire non potest. Et licet *Abb. in d. cap. P. & G.* subiungat, quod de præmissis possit hodie dubitari, per *cap. Romana, de sentent. excommunic. in 6.* vbi dicitur, quod pro futuris culpis non debet fieri excommunicatio, etiam sub conditione, nisi causa præcesserit; tamen subdit, posse dici

cau-

cauſam præceſſiſſe, ex quo debitor ſpontè in ſe ſuſcepit ſententiam; ſequitur *Galleſius dicta quæſt.3.* vbi dicit, huiuſmodi cenſurarum ſuſceptionem non valere factam coram Notario, ſed eſſe faciendam coram Iudice competenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus ſucceſſor quando tenetur ſtare locationi prædeceſſoris.*

2 *Epiſcopus ſucceſſor tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, quando terræ ſunt ſatæ.*

**De Epiſcopo ſucceſſore, an teneatur ſtare locationi prædeceſſoris. Cap. CXVIII.**

1 QVæſtio eſt quotidiana. Epiſcopus locauit ad triennium pro ſe, & ſucceſſoribus prædium Eccleſiæ; primo anno defunctus eſt, ſucceſſor Epiſcopus declarauit ſe nolle ſtare locationi. Quæritur an teneatur? Communis reſolutio eſt, quod ſi locatio facta eſt à Prælato, tanquam adminiſtratore Eccleſiæ, nomine Eccleſiæ, pro vtilitate Eccleſiæ ligat ſucceſſorem, exemplo tutoris, cuius contractui tenetur ſtare pupillus, *l. ſi tutela, ff. de adminiſtrat. tutor.* ſi verò nomine proprio, vt fructus ad ſui commodum conuerteret, ſucceſſor non obligatur, vt poſt *gloſſam* benè diſtinguit *Abb.* & alij *in cap. fin. ne Prælati vices ſuas. Cardin.* & alij *in Clem. 1. §. fin. in 1. quæſt. de rebus Eccleſiæ. Alexand. conſ. 160. num. 4. lib. 4.* & aduerte, quod locatio dicitur facta nomine Eccleſiæ in rebus ad ipſam Eccleſiam, non ad Prælatum pertinentibus; & ſucceſſor tenetur ſtare: ſed ſi Prælatus locauerit rem, cuius redditus non ad Eccleſiam, ſed ad ipſum Prælatum pertinent, licet nomine Eccleſiæ locauerit, intelligitur ea locatio ſub conditione, ſi ipſe Prælatus vixerit, & vt effectum habeat, dum ipſe ius habuerit percipiendi redditus illos: hoc enim dictat ſubiecta materia. Ita notabiliter tradit *Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. in fine.* Redeundo igitur ad quæſtionem propoſitam, ſi Prælatus locauit redditus ad ipſum ſpectantes, vt conuerteret ad proprium commodum, non tenetur ſucceſſor ſtare locationi, etiam ſi conductor anticipatè ſoluiſſet affictum, quia imputet ſibi. *Calderin. conſil. 7. de locat. Imol. conſ. 161. Ferret. conſ. 151. lib. 1.* niſi terræ fuiſſent
2 ſatæ, & res non eſſet amplius integra; nam pro anno incepto ſucceſſor tenetur ſtare. *Pedem. deciſ. 182. Cephal. conſil. 181. Delphin. deciſ. 196. Caualcan. deciſ. 44.* & fuit dictum in Rota Romana, in vna locationis Auximanæ, 24. Ianuarij, 1590. in qua etiam fuit dictum, non probari vtilitatem Eccleſiæ, quia Epiſcopus in locatione aſſeruit, ſe locare pro ſe, & ſucceſſoribus, cum ipſe perciperet fructus, vel niſi facta fuerit locatio cum ſolemnitate, & beneplacito Sedis Apoſtolicæ; nam tunc ſucceſſor tenetur ſtare vſque ad tempus determinatum. *Carocchius de locato par. 3.*

*SVMMARIVM.*

1 *Scientia quæ requiratur ad obtinendum*

*dum beneficium simplex.*

2 *Clerici pauperes, qui non possunt vacare litteris, quid scire teneantur, secundum Innocentium.*

3 *Illitterati sunt habiles ad beneficia simplicia, quæ non requirunt industriam: & quis dicatur penitus illitteratus.*

4 *Ordinatus ab Episcopo Sacris ordinibus, non debet examinari de nouo pro beneficio simplici: declara, vt ibi.*

5 *Examinari non debet de necessitate ab examinatoribus synodalibus, prouisus de beneficio simplici.*

## De scientia in beneficio simplici. Cap. CXIX.

1 QVæritur, quæ scientia requiratur in clericis ad obtinenda beneficia simplicia? *glossa in Clem. 1. de concess. prebend.* dicit, quod sufficit, si sciant legere, & construere, sequitur *Cardinalis, Rebuff. in praxi tit. de forma Vicariatus Archiepiscop. num.87. Gomesius, de expectatiuis, num.79. Nauarr. de Horis Canonicis, cap.70. num.3.* dicit, sufficere, si sciant, & possint recitare Horas Canonicas, ad quas tenentur. Notanda sunt verba *Innocent. in cap.1. de summa Trinitate, & fide Catholica,* vbi dicit, quod clerici pauperes, qui non possunt intendere studio, quia non habent magistros, vel expensas, & oportet proprijs manibus quærere victum, quod eis suf-
2 ficiat scire, sicut simplicibus laicis, & aliquantulum plus circa sacramenta, circa quæ quotidiè versantur. *Ostiens. Ioan. Andr. Butr. in cap. cum in cunctis, de electione. Sil. de beneficio, 3. par. quæst.5. num.12.* si tamen aliquod onus annexum esset beneficio, debet habere scientiam, qua possit explorare ea, quæ muneri incumbunt, quod relinquitur arbitrio Iudicis. *Innocent. & alij in dicto cap. cum in cunctis, vbi Ostiens. Ioan. Andreas, Butr. Abb. Nauar. in cap. si quando, de rescriptis, except.11. num.6.* Est tamen habenda ratio scientiæ de futuro, quando parum sciunt, & dicunt supradicti Doctores, quod in cantore, qui tenetur scire cantum, si adsit spes addiscendi in futurum, minor scientia sufficit. Refert, & probat *Gonzalez de alternati. 1, gloss.4. num.79.* & dicit *Rota diuers. par.2. decis.16.* penitus illittera-
3 tum esse habilem ad beneficia simplicia, quæ non requirunt industriam, & consilium. Idem videtur tenere *Rota in antiquis decis.14. de probationibus,* & penitus illitteratus dicitur ille, qui non habet aliqua principia. *Præpositus cap.1. distinct. 36.* quod intelligo, dummodo sciat recitare officium, & parum sciens, etiam sine spe plus proficiendi, dicitur habilis ad beneficia non requirentia scientiam, vel magnam curam. *Imol. & Vital. in Clem. 1. de ætat. & qualit. Rota d. decis.16.*

4 Item notandum, quod ordinatus sacris ordinibus præsumitur habilis ad beneficia simplicia, & non potest de nouo examinari, neque à successore Episcopo, nisi noua causa post promotionem superueniat, vt quia per longum tempus dereliquit studium, vel aliud simile euenerit; nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. sic ætate, §. ex causa, ff. de interrog. actionibus,* & de-

& declarauit Sacra Congregatio *Concil. Trid. super cap.3. sess.14. de reform.* per Concilium Tridentinum non fuisse sublatam dispositionem *d.cap. accepimus*, nisi noua causa post promotionem superuenerit; declaratur etiam, quando constaret, fuisse aliquem indignè promotum. *Felin.* latè *in cap. ex litteris, de constit.* vel si beneficium sit curatum, vel simplex, sine cura, vt Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata, in quibus requiritur industria, & consilium: nam in hoc casu temperatur dispositio *text. in dicto cap. accepimus. Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt. 91. num.21.* pulchrè *Gonzalez d. gloss. 4. num.84. cum seq.* vbi plura coacervat valde vtilia.

Item notandum, quod in beneficio simplici non est magis idoneus Baccalaureus, quam sacerdos, cum sufficiat scientia mediocris, etiam quod non adsit talis litteratura, *iuxta decis.14. de probation. in antiquis*; & sic fuit Prælatus sacerdos clerico Baccalaureo, *iuxta notat. per Abbas, & alios in cap. 1. de maiorit. & obed.* vt fuit decisum coram Illustrissimo Pamphilio, die 28. Iunij, 1600. in vna Burgen. beneficij, de Riccha Redonna.

5 Præterea notandum, in beneficio simplici non requiri, quod prouisus sit approbandus ab examinatoribus synodalibus, iuxta formam Conc. Trid. & potest probari habilitas per testes; fuit dictum in vna Burgen. portionis, 19. Octobris, 1579. coram Bubalo. Hæc dicta sint de scientia quoad beneficium simplex: sed quoad ordines, seruandum est Concilium Tridentinum.

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula*, siue quouis modo, *posita in Bullis beneficiorum, quid, & quando operetur, latissimè demonstratur.*

De clausula, *siue quouis modo.* Cap. CXX.

1 Sæpè in Curijs Ordinariorum solet dubitari de effectu clausulæ solitæ apponi in bullis beneficiorum, *siue quouis modo* vacet: propterea regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus inserere decreui.

Hæc clausula capit omnem modum vacandi, *cap. susceptum, vbi Doctor. de rescript. in 6. Rota decis.1. vbi Papazon. num.5. & seqq. & decis.17. eodem tit. in nouis, & decis.52. de concess. præbend. in antiquis. Lapus alleg. 6. num.5. Felin. in cap. in nostra, num.37. in 37. corollario, in 4. fallent. de rescript. Socin. consil.32. num.12. lib.1. Cassadorus decis.45. de præbend. Rebuff. in forma simpl. prouis. in verbo, siue præmisso*; & fuit resolutum in vna Hippotegien. Canonicatus, 21. Octobris, 1584. Orano. Burg. Canonicatus, 27. Iunij, 1586. Gipsio. *Felin. in cap. in nostra, num.37. versic. fallit. 4. de rescript.* Tirasonen. Canonicatus, 24. Maij, 1602. Illustriss. Pamphilio. Bonon. Canonicatus, 1. Decembris, 1589. & 19. Februarij, 1590. eod. Romana Clericatus, 27. Nouembris, 1602. & 21. Maij, 1603. eod.

Ampliatur primo, vt procedat, etiam si modus narratus non esset verus, quia nihilominus gratia propter

pter hanc clausulam non dicitur subreptitia. *Cæsar de Graß. decis. 14. num. 6. de præben.* & fuit resolutum in vna Hippotegien. Canonicatus, 22. Octobris, 1584. Orano. *Simonet. de reseruat. quæst. 61. num. 3. in fin. & num. 4.*

Ampliatur secundò, vt procedat etiam in impetratione certo modo. *Cassador. decis. 5. num. 1. & 2. de præben. Cæsar de Graß. decis. 14. num. 7. eod. tit.*

Ampliatur tertiò, vt procedat etiam in prouisione per resignationem. *Put. decis. 25. in fin. lib. 3.* & fuit dictum in causa Placentina Canonicatus, de anno 1559. coram Chisanen. & in Virdunen. Canonicatus, 15. Martij, & 13. Maij, 1596. Illustris. Pamphilio.

Ampliatur quartò, vt etiam capiat vacationem per obitum, *cap. susceptum, vbi Doct. de rescript. in 6. Mobed. decis. 107. alias 5. de præben.* & in causa Hippotegien. Canonicatus, 4. Februarij, 1585. Orano.

Ampliatur quintò, vt operetur etiam in gratia Ordinarij, vt post *Ioan. Andr. & Imol. in cap. ex parte, Asten. de conceß. præbend. tradit Franch. in cap. susceptum, num. 10. versic. ideo dicit, de rescript. in 6. Pa-pazon. ad decis. 1. num. 14. eod. tit. in nouis*, & fuit dictum in causa Aretina Commendæ, 15. Ianuarij, 1593. Illustris. Pamphilio. Genuen. præstimonij, 7. Februarij, 1594. Illustris. Blanchetto. Virdunen. Canonicatus, 15. Martij, 1596. Illustris. Pamphilio. *Add. ad decis. 10. verb. teneat, in prima ratione, de Iurepat. in antiq.*

Ampliatur sextò, vt capiat etiam vacationem per priuationem. *Lap. alleg. 78. num. 14. in fin. Mobed. decis. 333. alias 12. de sequestr. poßeß. & fruct. vbi in priuatione ob violationem sequestri*; & fuit dictum in causa Burgen. Canonicatus, 27. Iunij, 1586. Gipsio, vbi in priuatione ob simoniam; & in causa Virdunen. Canonicatus, 15. Martij, & 13. Maij, 1586. Illustris. Pamphilio, vbi in priuatione ob homicidium.

Declaratur primò, vt hæc clausula non procedat, quando modus vacandi est datus dispositiuè, quia tunc non suffragatur hæc clausula. *Cassad. decis. 5. num. 3. de præbend. Mobed. decis. 210. alias 17. eodem tit. Put. decis. 48. eodem tit. Cæsar de Graß. decis. 14. num. 8. eodem tit.* & fuit dictum in causa Bonon. Canonicatus, 1. Decembris, 1589. Illustris. Pamphilio, Romana clericatus, 27. Nouembris, 1602. Illustris. Pamphilio.

Dic verum, quando modus narratus non iustificatur, secus si iustificatetur, & sufficit, quod de facto vetificetur. *Addent. ad decis. 1. num. 8. de rescript. in nouis*, & fuit dictum in allegata Bononien. Canonicatus, cum alijs infra in *7. declaratione*; limita quando est etiam narratus alius modus alternatiuæ, nam tunc sufficit, quod vnus tantum verificetur, nec requiritur verificatio vtriusque. Lunen. Sarzanen. Prioratus, 9. Februarij, 1569. Seraphino; Bononien. Canonicatus, 19. Februarij, 1590. Illustris. Pamphilio; Tiraionen. Canonicatus, 24. Maij, 1602. eodem, Placentina Capellaniæ, 23. Maij, 1598. Penia.

Declaratur secundò, vt non càpiat vacationes futuras. *Felyn. in cap. constitutus, sub num.22. versic: sed alias vigore mandati, de rescriptis. Ptolom. decis.69. Mandos. super reg: 32. quæst.3. num.7.* & fuit dictum in causa Virdunen. Canonicatus, 6. Martij, 1595. Illustriss. Pamphilio.

Declaratur tertiò, vt hæc clausula intelligatur respectu beneficij impetrati, vt fuit dictum in causa Mediolanensis Canonicatus, 14. Octobris, 1598. Cardinali Seraphino.

Declaratur quartò, quòd ad hoc, vt intret hæc clausula, & beneficium illius vigore capi possit, requiritur alia vacatio vltra expressam, vt fuit resolutum in causa Mediolanen. Parochialis, 26. Martij, 1599. Seraphino.

Declaratur quintò, quod posita in protestatione Papæ de beneficio reseruato, non operatur, quod non data reseruatione possit ex ea capi beneficium in vim præuentionis, sed tamen operatur ex alijs reseruationibus, vltra expressam, vt fuit dictum in causa Burgen. de Pancoruo, 17. Aprilis, 1589. Gipsio; Salamantina portionis, 5. Decembris, 1588. eodem; Romana Clericatus, 27. Nouembris, 1602. Illustriss. Pamphilio.

Declaratur sextò, quod licet hæc clausula capiat omnem modum vacandi, non tamen capit, nisi ex persona illius, de quo est facta mentio in litteris, *Rota decis.1. vbi addit. in verb. quouis alio, de rescript. in nou. Lap. in cap. susceptum, num.4. eodem tit. in 6. Rota decis.14. & 43. eodem tit. in antiq. Staph. de litter. grat. tit. quibus modis sit ad benefic. §. tunc, & olim, num.15. fol.82. pract. Cancell. in not. super vacant. non reseru. versic. clausula aut ex alterius. Papazon. in dictis ad dict. decis.1. num.7. de rescript. Mobed. decis.2. num.1. de offic. deleg. vnde Felin. in cap. in nostra, num.37. in 37. corollario, in 4. fallentia, de rescript.*

Ampliatur hæc declaratio, vt procedat, si in litteris dicatur per mortem N. tali loco, & tali tempore defuncti: nam si prohibetur alio loco, vel tempore mortuus, hæc clausula non operatur. *Lap. in cap. susceptum, num.4. de rescript. in 6.* & reseruat Rota, vt testatur *decis.1. circa medium, & in fin. eodem tit. in nou. vbi add. verb. quouis alio modo.*

Sublimita, quando additur clausula, aut ex alterius cuiuscumque personæ, vel alibi, vel aut alias: nam tunc capit vacationem etiam ex alia persona vltra nominatam, vel in alio tempore, aut loco, quam expresso, obierit, *Lap. in dict. cap. susceptum, num.5. Rota decis.1. & ibi add. verb. quouis alio modo, & Papazon. num.7. de rescript. in nou. Staphil. de litt. grat. tit. quibus modis lit. ad benef. §. tunc & alia, num.14. Pract. Cancellariæ in not. super vacant. non reseruat. versic. clausula aut ex alterius.*

Item sublimita, quando clausulæ, *siue quouis modo, &c.* additur verbum, *vacet*, quia tunc capit etiam modum vacandi ex alterius persona, vt post *Felyn. & Silu. tradit Mobed. decis.2. num.2. de officio deleg.*

De-

Declaratur septimò, quod ad hoc, vt intret clausula hæc, prout omnes aliæ clausulæ generales, est verificanda narratiua saltem de facto, vt fuit resolutum in causa Salamantina dimidiæ portionis, 27. Martij, & 11. Decembris, 1585. & 10. Ianuarij, 1586. Orano, & in causa Clusina Beneficiorum, 28. Iunij, 1589. eodem; Bononien. Canonicatus, 1. Decembris, 1589. & 19. Martij, 1590. Illustris. Pamphilio; Aretina Commendæ, 13. alias 15. Ianuarij, 1593. eodem; Legionen. præstimoniorum, 4. Ianuarij, 1593. eodem; & Monasterien. Canonicatus, 1. Iulij, 1592. Illustris. Blanchetto; Mediolanen. Præposituræ, 28. Iunij, & 10. Decembris, 1589. Illustriss. Plata; Tirasonen. Canonicatus, 24. Maij, 1602. Cardin. Pamphilio. *Add. ad decis. 1. num. 8. de rescript. in nou.* Virdunen. Canonicatus, 19. Iunij, 1595. & 13. Maij, 1596. Illustris. Pamphilio; Romana clericatus, 27. Nouembris, 1602. & 21. Maij, 1603.

Hæc enim clausula operatur, vt gratia non dicatur restricta ad vacationem expressam, sed illa verificata, saltem de facto gratia capiat omnes modos vacandi, vt fuit resolutum in causa Virdunen. Canonicatus, 15. Martij, & 13. Maij, 1596. Pamphilio.

Declaratur octauò, vt non procedat, quando malitiosè narratur modus expressus, qui verè non adest, vt capiat impetrans ex clausulis generalibus, quia tunc non intrat. *Put. decis. 400. lib. 1. & 268. lib. 3.* Tirasonen. Canonicatus, 24. Maij, 1602. Pamphilio.

Ad hoc, vt quis vigore huius clausulæ, & aliarum generalium possit capere beneficium, requiritur expressio mensis, alias non intrat. *Put. decis. 3. super reg. de mens. Mohed. decis. 4. de concess. preben.* & in causa Tirasonen. Canonicatus, 24. Maij, 1602. Illustris. Pamphilio, *Cotta in Miscellan. decis.* 238.

Declara, non procedere in beneficijs reseruatis alia reseruatione, quam vigore regulæ de mense: nam tunc, cum nullum inferatur præiudicium Ordinarijs, cessat regula. *Rot. decis. 122. lib. 1. par. 3. diuers. Put. dict. decis. 3. Peregrin. decis. 53. lib. 2.* Salamantina, 5. Decembris, 1588. Gipsio; Toletana Parochialis, 12. Maij, 1589. Illustriss. Mantica; Tirasonen. Canonicatus, 24. Maij, 1601. Illustriss. Pamphilio. *Accorambon. decis. 59. lib. 1. Put. decis. 25. lib. 3.*

Item non habet locum ex eadem ratione non præiudicij Ordinarij, quando non datur concursus Ordinarij, vt fuit resolutum in causa Cordub. Capellaniæ, 21. Octobris, 1559. Quiroga. Toletana parochialis, 12. Maij, 1589. Illustriss. Mantica; & Tirasonen. Canonicatus, Illustriss. Pamphilio, 24. Maij, 1602.

Item non habet locum, quando est facta mentio vacationis ex causa, per quam vult capere beneficium: nam tunc non requiritur expressio mensis, quæ solum requiritur, quando quis vult capere ex causa non expressa vigore clausularum generalium, vt colligitur ex decis. in causa Corduben. benefi-

cij S. Michaelis, 21. Aprilis, 1561. coram Caputaq. Miſcellanen. *Cott. num.*238. & fuit dictum in cauſa Toletana Parochialis, 12. Maij, 1589. Illuſtriſs. Mantica; & in cauſa Tiraſonen. Canonicatus, 24. Maij, 1602. Illuſtriſs. Pamphilio.

Item limita, quando menſis eſt ſemper reſeruatus, quia tunc ceſſante concurſu Ordinarij non eſt locus regulæ, quia loquitur de his tantum beneficijs, de quibus poſſunt prouidere Ordinarij, non autem de reſeruatis, in quibus non conſideratur præiudicium Ordinariorum. *Put. deciſ.*3. *ſuper reg. de menſ. & deciſ.*53. *lib.*2. *& deciſ.*25. *lib.*3. *Peregrin. deciſ.*53. *lib.*2. *Accorambon. deciſ.*59. *lib.*2.

In vacantibus non reſeruatis dicitur, ſiue vt præmittitur, ſiue alio quouis modo. In vacantibus verò reſeruatis dicitur, ſiue præmiſſo, ſiue quouis modo. *Pract. Canc. in rubr. notabilia, ſuper vacat. reſeruat. pag.*140. *verſic. in vacantibus reſeruatis.*

*SVMMARIVM.*

1 *Status beneficiorum materia latiſſimè declaratur.*

Materia ſtatus beneficiorum frequentiſſima eſt in Curijs Epiſcopalibus, & latiſſimè declaratur. Cap. CXXI.

1 QVando conſtat de anteriori ſtatu, vt puta, præſcripto, vel quia in primæua ſui inſtitutione fuit ordinatum, per quos debeat gubernari, tunc requiritur contrarius ſtatus legitimè præſcriptus, ſpatio ſcilicet 40. annorum. *Gemin. in cap. cum de beneficio, num.*8. *Franch. num.*5. *verſ. aut probatur, de præbend. in* 6. *Rota deciſ.*2. *eod. tit. in nou. Felin. in cap. in noſtra, num.*43. *de reſcript. cum alijs per Modern. in reg.*8. *Cancell. gloſ.* 7. *num.*25. *Sil. de benef. par.*3. *quæſt.*11. *num.*40. *&* 127. *Rota deciſ.*22. *de probat. in antiq.* & in Peruſina S. Benenati, 13. Maij, 1588. & 19. Martij, 1589. coram Illuſtriſs. Cardin. Pamphilio.

Si verò non conſtat plenè de ſtatu antiquo ipſius beneficij, tunc ſi in litteris Papa exprimat de conſueto regi per ſæculares, & clericos, tunc debet probari, quod ſpatio 40. annorum ſit conſuetum regi per ſæculares. *Lapus in dicto cap. cum de beneficio, in princip. Geminian. num.*4. *ad fin. verſic. ſed dicit. Ioan. Andr. & num.*8. *verſic. aut de ſtatu antiquo, & Franch. num.*5. *verſic. ſed ſi contra clericum impetrantem, & num.*9. *poſt medium, verſic. ſi verò mandetur.*

Si verò Papa non expreſſit de conſueto regi per ſæculares, & tunc ſi aliquis ſtatus antiquus probetur, non tamen præſcriptus attenditur vltimus ſtatus decennalis, & ſic ſufficit, quod vltimo loco fuerit rectum ſpatio 10. annorum per ſæculares. *Gemin. in cap. cum de beneficio, num.*4. *verſic. quid ſi non poteſt, & num.*8. *verſic. aut non expreſſit, & Franchus num.*5. *verſic. ſi verò Papa, & num.*9. *& poſt medium, de præbend. in* 6. *Rota deciſ.*2. *eodem tit. in nouis, num.*1. *verſic. idcircò, & num.*3. *verſic. at vbi primus ſtatus, & deciſ.*20. *de probat. in antiquis. Modern.*

*dern. super reg. 8. gloſ. 7. num. 23. verſic. ſecundus caſus.*

Quod ſi non probetur aliquis ſtatus præcedens, tunc ſufficit vltimus ſtatus, etiam quod non ſit decennalis. *Archid. in dict. cap. cum de beneficio, num. 1. verb. legitimè, in fin. Gemin. num. 8. verſic. aut ſimpliciter, & Franch. num. 5. verſic. ſi verò ſcribatur, & ſub num. 9. poſt med. Feder. conſ. 240. num. 1. Felin. in cap. eam ſe, num. 22. circa med. de reſcript. Rebuff. ſuper concord. tit. de collationib. §. volumus, verb. regularia, verſic. 4. requiritur. Modern. ſuper reg. 8. Cancellar. gloſ. 7. num. 23. Dec. conſ. 126. num. 1.* Rota in Regien. Prioratus, 5. Maij, 1586. & in Salamantina Rectoriæ, 22. Martij, 1591. coram Illuſtriſs. Cardin. Pamphilio.

Adde, quod quidquid ſit ad effectum mutationis qualitatis beneficij, & in præiudicium collatoris, ad effectum validitatis impetrationis, & collationis ſufficit vltimus ſtatus, & vltima poſſeſſio, *per cap. querelam, de elect. & cap. conſultationibus, de Iurepatr. vt per Lap. in dicto cap. cum de beneficio, in fin. Geminian. num. 8. ad fin. verſic. aut ſimpliciter. Franch. ſub num. 9. poſt med. Put. deciſ. 2. num. 2. de prabend. in nouis, & 49. ante num. 1. de reſcript. in antiquis, Put. deciſ. 2. num. 4. lib. 3. Caſar de Graſſ. deciſ. 4. de probation. cum alijs per Modern. in dict. regul. 8. gloſſ. 45. §. 2. num. 14.*

Adde etiam, quod ad effectum, vt cenſeatur legitima præſcriptio circa mutationem ſtatus beneficij, requiruntur xl. anni, vt per *gloſſ. & Doctor. in cap. cum de beneficio, & ibi præ cæteris Franch. num. 5. in fin. de præbendis, in 6. Puteus deciſ. 238. num. 2. lib. 1.*

Item, quod licet ſpatio 40. annorum mutetur ſtatus benefi[illegible] *cap. cum de beneficio, & ibi [illegible] ſupra allegatis;* attamen plura requiruntur. Primò, quod ille, qui poſſidet beneficium, tanquam ſæculare, vel tanquam regulare, illud habeat titulo inſtitutionis, vt de tali beneficio. *Lap. in dict. cap. cum de beneficio, in princip. Geminian. num. 9. Prob. ad Monach. num. 7. Felin. in cap. in noſtra, num. 41. verſic. 2. nota diligenter, de reſcript. Modern. in regul. 8. Cancell. gloſ. 8. num. 33. Aegid. conſ. 41. num. 9. alias col. 4. verſ. 3. probo,* & fuit dictum in Peruſina S. Beueniatis, 19. Martij, 1589. coram Illuſtriſs. Cardinali Pamphilio, vbi quod requiritur valida collatio; *per Aegid. dict. conſil. 4. num. 2. verſic. 3. quod ſine.*

Secundò, ad hoc, vt beneficij ſtatus mutetur, requiritur, quod collationes ſint factæ ab eo, qui habeat poteſtatem mutandi ſtatum illius beneficij, & hoc fecerit animo, & intentione, vt ſtatum mutaret; quod vel debet exprimere, vel facere collationem, vtputa de regulari, tanquam ſæculari. *Doctor. in cap. cum de beneficio, & ibi Gemin. num. 9. de præbendis, in 6. Felin. in cap. in noſtra, num. 41. verſic. 2. nota, de reſcript. Sil. de benefic. par. 3. quæſt. 11. num. 40. & 124. cum ſeq. Rebuff. ſuper concord. tit. de collation. in verbo, regularia;* & fuit reſolutum in Peruſina S. Beueniatis, 13. Maij, 1588. & 19. Martij, 1589. coram Illuſtriſs. Cardin. Pamphilio; Florentina Commendæ, 26. Iunij, 1589. coram Ccmitulo;

tulo; Camerinen. parochialis, 27. Maij, 1591. coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino.

Amplia, procedere etiam, si concurrat lapsus temporis; si enim non concurrat mens superioris mutandi statum beneficij, nunquam dicitur mutatus. *Gemin. in dicto cap. cum de beneficio, num. 6. & 9. Franch. num. 6. Prob. ad Monach. num. 4. & 13. de prœbend. in 6. Calderin. cons. 1. de consuetud. Felyn. in cap. in nostra, coroll. 40. de rescript. Sil. de benefic. par. 3. quæst. 11. Rebuff. dict. §. volumus, verb. regularia.* Rota in dicta Perusina S. Beueniatis, 13. Maij, 1588. & 19. Martij, 1589.

Nullus Prælatus inferior Episcopo potest mutare statum beneficij, *Franch. in dict. cap. cum de beneficio, num. 6. de præbendis, in 6.* & fuit dictum in Perusina S. Beueniatis, 19. Martij, 1589. & in S. Seuerinæ Prioratus, 14. Maij, 1604. coram Illustriss. Cardin. Pamphilio.

Beneficij statum non mutat prouisio Papæ, *Dec. consil. 126. in fin. Achil. decis. 13. de Iurepatron. Caputaq. decis. 189. par. 3. Put. decis. 7. de Iurepatron.* Rota in Imolen. Iurispatron. 26. Martij, 1593. & in Maioricen. Sacristiæ, 26. Iunij, 1601. coram Illustriss. Cardin. Pamphilio.

Tertiò, requiritur bona fides, *Doctor. in dicto cap. cum de beneficio, & ibi Gemin. num. 9. & Franch. etiam num 9. de præbend. Aegid. consil. 41. num. 11. versic. aliud dubium, & num. 12. Rebuff. super concord. tit. de collat. §. volumus, verbo, regularia, versic. 2. requiritur bona fides. Gregor. Tolos. in nouis, in fin. Modern. super reg. 8. Cancell. glos. 8. num. 35. & 36.* Rota in Perusina S. Beneniatis, & in Florentina Commendæ superius allegatis.

Quartò, non sufficit, quod beneficium possideatur per Commendatarium, sed requiritur, quod possideatur à vero titulari. *Rebuff. vbi supra, versic. 2. requiritur. Hoied. de incompatibilit. par. 1. cap. 24. num. 92. Moder. super dict. regul. 8. glos. 8. num. 37.*

In probanda qualitate beneficij, quando non constat de contrario, multum deseruiunt prouisiones Papæ, quæ etsi non mutent statum, illum tamen declarant, & corroborant, vt fuit dictum in Terdonen. Prioratus, 5. Maij, 1595. coram Orano, & in Maioricen. Sacristiæ, 5. Nouembris, 1603. coram Illustriss. Cardin. Pamphilio, & in Tirason. Capellaniæ, 14. Decembris, 1607. coram Reuer. Pamphilio.

Vltimus status sufficit pro iustificatione gratiæ, vt fuit dictum in Ostien. Capellæ, 16. Maij, 1597. coram bon. mem. Card. Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit indicere festa in synodo sine consensu populi.*

2 *Episcopi præsentes in Curia interueniunt in canonizatione sanctorum, & dant votum.*

## De diebus festiuis ab Episcopis indicandis, & de voto illorum in canonizationibus SS. Cap. CXXII.

1 QVæritur, an Episcopus in Synodo possit indicere festa obseruanda de præcepto absque consensu

fensu populi. *Abb. in cap. fin. de ferijs*, quem sequitur *Imola; & Barbat.* dicit esse acquirendum populi consensum, *per text. in dict. cap. fin. ibi, cum clero, & populo*; & quia agitur de præiudicio populi, & Episcopus non potest statuere in præiudicio aliorum, *cap. vestra, de locato*, declarat, vt sufficiat populi præsentia, absque contradictione. Dicit etiam, contradictionem populi non esse attendendam, quando populus non habet legitimam causam contradicendi, vt quia Episcopus vult inducere obseruationem alicuius Sancti, qui traxit originem ex illo loco. Contrariam opinionem tenet *Ant. de Butr.* vt non requiratur populi consensus, quia in his, quæ tendunt in animæ fauorem quilibet est subiectus Episcopo, *cap. cum sit, de foro competenti, cap. nouit. de iudicijs, cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*; & hæc est verior opinio, quam latè comprobat *Cassan. in Catalogo Gloria Mundi, 3. par. consl.* 48. nec *Abb.* respondet dictæ rationi *Antonij de Butr.* Non obstat *cap. fin. de ferijs*, quia non probat, quod Episcopus debeat indicere festa cum clero, & populo, sed quod festa, quæ duxerint Episcopi veneranda, celebrentur à clero, & populo; & prædicta intellige de Sanctis canonizatis ab Ecclesia, quia solus Papa canonizat Sanctos, *cap. 1. de Reliq. & venerat.*
2 *Sanctorum*. Bene verum est, quod in canonizatione Sanctorum Papa publicè in Consistorio requirit vota Episcoporum, qui reperiuntur præsentes in Curia; & ita fuit obseruatum anno præterito 1608. in canonizatione S. Franciscæ Romanæ. Facit *Glossa in cap. Anastasius, in verbo, consilio, distinct.* 18. tradit etiam *Cassaneus dict. par. 3. consil.* 50. & Episcopi sunt in hac quasi possessione ex voluntate Summorum Pontificum.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna Clerici committentes delictum sede vacante, sed condemnati ab Episcopo successore, an pertineat ad Nuncium Apostolicum.*

## De pœnis Clerici committentis delictum in sede vacante. Cap. CXXIII.

1 QVæritur, si sede vacante clericus committat delictum, vel tempore prædecessoris Episcopi, & postea à successore confiscentur bona clerici, nempè propter falsam monetam, *iuxta l. 2. C. de falsa moneta*. Vel ob alios casus in Iure expressos: an dicta confiscatio pertineat ad Nuncium Apostolicum, quasi tempus delicti inspici debeat, vel ad Episcopum condemnantem? *Petrus, Cynus, & Bald. in l. fin. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*, dicunt, esse attendendum tempus delicti, quoad pœnas percipiendas, & sic deberentur Nuncio; contraria opinio est verior, quòd pœnæ exactio pertineat ad illum, cuius tempore condemnatus fuit. Ratio est, quia pœnæ fiscales ante factam condemnationem non debentur. *Bald. sibi contrarius in l. fin. C. de fructibus, & litium expens. Imola in l. diuortio, §. si vir, vbi Franciscus de Aretio, ff. soluto matrim. Guid. Pap. decis.* 535. *Rebuff. in l. 3.*

*in l.3. C. de suscepto, & Arca. lib.10. Bertrand. cons.214. Tiraquel.* qui plura cumulat *de retract. conuention. §.5. Gloss.4. num.21. Molina de primogen. lib.4. cap.11. num.20.* latè; nisi condemnatio tempore primi facta fuerit, & executio tempore secundi, vel condemnatio tempore primi facta fuisset, & causa per appellationem penderet; nam quamuis sententia postea confirmetur, pœna tamen primo, cuius tempore condemnatio facta fuit, non autem secundo, cuius tempore fuit confirmata, debebitur: vel nisi essemus in casibus, vbi pœna ipso iure commissa est, tunc cum condemnatio non ad pœnæ acquisitionem, sed solum executionem, & declarationem necessaria sit, consequens est, vt primo, non secundo debeatur. *Ita Rebuff. Tiraquel. Molina in loco cit. Boer. decis.5.* & nota, quod non loquimur hic de pœnis pecuniarijs, quæ (vt fuit dictum in Praxi) etiam sede vacante, Cameræ Apostolicæ non debentur, sed locis pijs applicandæ sunt, *iuxta Concilium Tridentinum.*

*Ego Marcus Antonius Genuensis Neapolitanus V. I. D. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Montis Marani, hoc meum opus, quod ad honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, ac ad vtilitatem Christi fidelium composui; & nunc denuo à me locupletatum in lucem prodit, submitto iudicio, & correctioni S. R. E.*

Laus Deo, Beatæque Mariæ Virgini.

# FINIS.

IN-

# INDEX RERVM MAGIS NOTABILIVM.


*A*

ABBAS, qui habet territorium separatum cum iurisdictione ex consuetudine immemorabili, an possit concedere dimissorias ad ordines. Cap. 83. num. 9. fol. 265.

Abiurans de leui non prohibetur audire confessiones, & exercere ordines, & alia sacramenta ministrare. Cap. 53. num. 2. fol. 162.

Abiurans de vehementi, numquam admittitur ad audiendas confessiones in Curia Archiep. Neap. ibid. num. 3.

Absolutio à iuramento conceditur solum ad finem agendi in Curia Archiepisc. Neapolitana. Cap. 4. num. 1. fol. 25.

Absolutio à iuramento ad finem agendi conceditur sine partis citatione. ibid. num. 2.

Absolutio à iuramento ad finem agendi conceditur in Curia Archiepis. Neapol. post periurium incursum, & quando, & ibi praxis Curiae. ibid. num. 3.

Absolutio à iuramento concessa post periurium incursum quando concedi non debeat, an sit nulla. ibid. num. 4. fol. 26.

Absolutio à iuramento si fuit concessa, & pars appellauit, potest absolutus, siue habilitatus agere, pendente appellatione. ibid. num. 5.

Absolutio à iuramento, quando non concedenda. ibid. num. 6. fol. 27.

Absolutionem à iuramento, an possit concedere Episcopus, quando est dubium, an sit concedenda. ibid. num. 8.

Absolutio à iuramento à quo Episcopo sit concedenda. ibid. num. 9.

Absolutio à iuramento in Curia Archiep. Neap. conceditur exteris, etiam si iurauerint extra Regnum. ibid. num. 10.

Absolutio à iuramento potest impetrari sine mandato. ibid. num. 11. fol. 28.

Absolutio à iuramento quando sit necessaria. ibid. num. 12.

Absolutio ad cautelam fit ab omnibus censuris, excepto interdicto generali. Cap. 5. num. 1. fol. 29.

Absolutio ad cautelam fit, quando praetenditur sententia nulla. ibid. num. 2.

Absolutio ad cautelam habet locum in censuris latis ab homine, non à Iure, limita, vt ibid. num. 3.

Absoluere ad cautelam non potest, qui directam absolutionem impendere nequit. ibid. num. 4.

Absoluendus ad cautelam num debeat aliquid probare. ibid. num. 6. fol. 30.

Absolutio ad cautelam fit ex gratia. ibid. num. 7.

Absoluere ad cautelam qui possint, & an delegatus. ibid. num. 8.

Absoluere ad cautelam potest Archiepiscopus, pendente appellatione, ab Episcopo ad Papam. ibid. num. 9.

Absolutus ab excommunicatione, vt reducatur in eandem sententiam, an requiratur causa cognitio, monitio, & noua sententia. ibid. num. 10. fol. 31.

Absolutio ad cautelam quomodo facienda. ibid. num. 11. fol. 31.

Absolutio ad cautelam non potest impetrari sine speciali mandato. ibid. num. 12.

Absolutus ab excommunicatione, vt reducatur in eandem sententiam, an requiratur causa cognitio, monitio, & noua




nona

noua sententia. ibid. num. 10. fol. 31.
Absolutio ab excommunicatione ob violatam immunitatem Ecclesiæ, cui reseruata. Cap. 17. num. 3. fol. 54.
Absolutio ab excommunicatione non suspenditur per appellationem. Cap. 22. num. 3. fol. 94.
Absolutio ab excommunicatione facta, appellatione pendente, an sit nulla. ibid. n. 4.
Absolutio ab excommunicatione statim est facienda, & quando possit differri. Cap. 23. num. 5. fol. 98.
Absolutio à censuris iux. cap. 6. sess. 24. de refor. an debeat esse sacramentalis. Cap. 67. num. 17. fol. 218.
Absolutio ad cautelam non debet concedi, nisi parte citata, & visis actis. Cap. 88. num. 46. fol. 308.
Absolutionem ab excommunicatione petens, an fateatur, se esse excommunicatum. Cap. 23. num. 26. fol. 104.
Absolutus in foro conscientiæ ab excommunicatione, an debeat inquietari in foro exteriori. Cap. 25. fol. 106.
Abutentes sacramento altaris in sortilegijs traduntur curiæ sæculari. Cap. 84. num. 10. fol. 271.
Administratio Ecclesiæ triplex, & quæ competat laicis. Cap. 41. nu. 2. fol. 139.
Aduocati, Notarij, partes, & alij delinquentes in actu iudiciario coram Iudice Ecclesiastico, possunt ab ipso puniri. Cap. 9. num. 6 fol. 43.
Adulterium clerici an possit puniri ex officio. Cap. 35. num. 4. fol. 130.
Affinitas producitur ex eo, quod per sanguinis mixtionem duo fiunt vna caro. in Addit. ad Cap. 20. num. 11. fol. 79.
Aedificare an liceat circa Capellam si prospectus impeditur. Cap. 109. n. 2. f. 368.
Aestimatio iniuriæ illatæ clerico percusso à laico, an debeat fieri coram Iudice sæculari, vel Ecclesiastico. Cap. 23. nu. 7. fol. 99.
Aedificans de tignis, vel pecunia Ecclesiæ in proprio solo efficit, vt solum cedat ædificio fauore Ecclesiæ. Cap. 54. num. 9. fol. 166.
Aequalis videtur prohibitio, & impedimentum gradus affinitatis, & secundi consanguinitatis; in Addit. ad Cap. 20. num. 5. fol. 78.
Alienans res Ecclesiæ, saluo assensu Papæ, cum clausula, non aliter, nec alio modo, & ante impetratum assensum tradens possessionem, an incurrat in censuras, & pœnas contentas in extrauaganti, ambitiosæ, Pauli Secundi, de rebus Ecclesiæ non alienandis. Cap. 52. nu. 1. fol. 160.
Alienatio rerum Ecclesiæ fieri nõ potest sine consensu Papæ, etiam in casibus alias permissis, nisi iuxta formam extrauagantis ambitiosæ. Cap. 75. n. 2. fol. 239.
Alienari non potest sine solemnitate magna quantitas pecuniæ, quæ est in proprietate Ecclesiæ, non in fructu. ibid. num. 14. fol. 243.
Alienatio rei Ecclesiæ si sit facta, saluo assensu Pontificis, an ante impetratum assensum liceat à contractu recedere. Cap. 106. num. 4. fol. 361.
Alienari bona Ecclesiæ non debent, quando fructus beneficij adsunt pro satisfactione. Cap. 107. num. 4. fol. 364.
Alienatio rerum Ecclesiæ non dicitur subreptitie facta, quando adest euidens Ecclesiæ vtilitas, quamuis dicatur, terras nunc esse ad culturam redactas, quæ multo ante cultæ fuerunt. ibid. num. 5.
Animal venenosum, vel fulmen, si tangat vinum consecratum, quid de illo sanguine faciendum est. Cap. 60. n. 2. f. 180.
Annus à quo mense computetur. Cap. 65. num. 21. fol. 20.
Appellatio an suspendat decreta visitationis, & an possit Episcopus visitans recusari

cusari suspectus. Cap. 33. nu. 5. fol. 124.
Appellari non potest ab excommunicatione relaxata ad finem ferendi testimonium, vel ab interdicto suspenso. Cap. 22. num. 8. fol. 95.
Appellari post decem dies à sententia censurarum an possit. Cap. 23. n. 17. fol. 102.
Appellari an possit ab electione facta in concursu. Cap. 66. num. 5. fol. 208.
Approbatus tamquam magis idoneus de litteratura, an semper sit alijs præferendus in concursu Parochiæ. ibid. num. 7.
Appellari an possit à reiectione examinatorum. ibid. num. 9.
Appellari quando possit ab electione Episcopi facta in concursu. ibid. num. 10. fol. 209.
Appellans habet annum, & ex causa biennium ad prosequendam appellationem, nisi Iudex, à quo, abbreuiet terminum. Cap. 70. num. 1. fol. 224.
Apostoli quomodo concedantur in Curia Archiep. Neap. Cap. 70. nu. 4. fol. 225.
Appellationi notorie friuolæ non est deferendum, secus si est dubium, an sit friuola. ibid. num. 8. & 9. fol. 226.
Appellationi friuolæ est deferendum post inhibitionem. ibid. num. 10. fol. 227.
Appellari ab iniusta carceratione semper potest, etiam post decem dies. ibid. nu. 12.
Appellatio ab interlocutoria debet continere causam grauaminis, & quando non. ibid. num. 13.
Appellatio à sententia habente vim definitiuæ non requirit expressionem causæ. ibid. num. 14.
Appellatio à sententia definitiua, quando debet continere causam. ibid. num. 15.
Appellationem à tortura non admittit Curia Archiepiscop. Neapolit. & quare. ibid. num. 16.
Appellans, pendente appellatione, non potest eximi à iurisdictione Episcopi. Cap. 88. num. 37. fol. 306.
Appellationes non recipiendæ, nisi per publica documenta. ibid. num. 38.
Appellans si non potest habere exemplum sententiæ, aut appellationis, quid agendum. ibid. num. 40. fol. 307.
Appellationes ab executione decret. Sacri Conc. Trid. aut visitationis Apostolicæ an recipiendæ in causis visitationis ordinariorum. ibid. num. 41.
Appellatio non admitten. à grauamine irreparabili, nisi prius visis actis. ibid. num. 42.
Appellatio à sententia contra verum contumacem prolata non est recipienda, nec inhibitio, aut alia prouisio concedenda. ibid. num. 47. fol. 308.
Archidiaconus quando præferatur Archipresbytero in delatione Sanctissimi Sacramenti, & alijs functionibus. Cap. 64. num. 10. fol. 190.
Archiepiscopus an vtatur potestate, cap. 6. sess. 24. cum suis suffraganeis, vel subditis suffraganeorum, & an in visitatione, & quando cum eis dispenset. Cap. 67. num. 20. fol. 218.
Archiepiscopus est Iudex ordinarius suorum suffraganeorum. Cap. 88. num. 1. fol. 295.
Archiepiscopus est Iudex Vicariorum generalium suorum suffraganeorum, & quando. ibid. num. 2.
Archiepiscopus compellit suffraganeum ad faciendum id, quod debet, & in eius negligentiam exercet ipse iurisdictionem in prouincia, & ibi plura exempla. ibid. num. 3.
Archiepiscopus an possit auocare causam à suffraganeo ante biennium, quando, cum possit suffraganeus, non vult expedire carceratum. ibid. n. 4. fol. 296.
Archiepiscopus non auocat causam à suffraganeo post biennium, quando ex dilatio-

latione partium est elapsum biennium, vel ex qualitate causæ. ibid. num. 5. fol. 297.

Archiepiscopus potest excommunicare, & interdicere suffraganeum, & quando. ibid. num. 6.

Archiepiscopus supplet negligentiam, sede vac. Capituli Ecclesiæ suffraganei, si intra octo dies non elegit Vicarium, vel non idoneum: vbi quis dicatur Vicarius idoneus, remissiue. ibid. num. 7. fol. 298.

Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos suffraganeorum, vbi late. ibid. num. 8.

Archiepiscopus cognoscit de tota causa pendente coram suffraganeo, si suffraganeus admisit friuolam appellationem, & quid si Vicarius. ibid. nu. 9. fol. 300.

Archiepiscopus visitat totam prouinciam, & quando, & tunc absoluit à censuris subditos suffraganeorum, & an possit cum eis dispensare. ibid. nu. 10. fol. 301.

Archiepiscopus non potest compellere notarium Episcopi ad mittendum sibi acta originalia in causa appellationis, nisi suspicio falsitatis incidat, & tunc terminata causa remittat ad ordinarium, vt in suo Archiuio conseruentur. ibid. num. 44. fol. 307.

Archiepiscopus exercet iurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam prouinciam. Cap. 88. num. 11. fol. 301.

Punit omnia crimina notoria in prouincia. ibid. num. 12.

Punit iniuriantes sibi nuncijs, & familia sua. ibid. num. 13.

Mittit quæstores per totam prouinciam pro fabrica Ecclesiæ, vel alio opere pio. ibid. num. 14. fol. 302.

Punit Canonicos suffraganei cessantes à diuinis. ibid. num. 15.

Mittit edictum per totam prouinciam, & quando. ibid. num. 16.

Concedit Indulgentias in tota prouincia, ibid. num. 17.

Facit per totam prouinciam ante se deferri Crucem. ibid. num. 18.

Benedicit populo, celebrat in Pontificalibus, & coram se celebrari facit. ibid. num. 19.

Pontificalia in Diœcesi suffraganei exercere potest, etiam post Conc. Trident. ibid num. 20.

Interdicit prædicationem in tota prouincia, & quando. ibid. num. 21. fol. 304.

Exules à tota prouincia facit eos, qui delinquunt in sua diœcesi. ibid. num. 22.

Vtitur pallio, & quando. ibid. num. 23.

Quid potest facere ante receptum pallium. ibid. num. 24. fol. 305.

Cogit Regulares in tota prouincia, vt redeant ad sua monasteria, & quando. ibid. num. 25.

Iniungit suffraganeis, vt obseruari faciant, quod obseruatur in Metropolitana Ecclesia, & quando. ibid. num. 26.

Vocat Episcopos ad Concilium Prouinciale. ibid. num. 27.

Comprobat absentiam Episcopi. ibid. n. 28

Compellit Regulares ad celebrandum Capitula Prouincialia. ibid. num. 29.

Exercet iurisdictionem in tota prouincia, stante consuetudine. ibid. num. 30.

Dispensat cum subditis suffraganeorum, & quando. ibid. num. 31.

Erigit Seminarium in prouincia, & quando. ibid. num. 32 fol. 306.

Ad eius consecrationem debent concurrere omnes suffraganei. ibid. num. 33.

Vocat suffraganeos pro consecratione alterius suffraganei. ibid. num. 34.

Assignatio loci tuti puellæ, cui timetur inferri violentia pendente lite super matrimonio ad quem Iudicem spectet. Cap. 14. num. 1. fol. 47.

Asten-

# I N D E X.


*A sententia desertionis potest appellari. Cap.70. num.21. fol.228.*

*Aßensus Apostolicus in alienatione rerum Ecclesiæ an præsumatur ex diuturnitate temporis. Cap.106. num.1. fol.359.*

*Assensu Apostolico non impetrato in alienatione vtili Ecclesiæ, an liceat recedere, si Ecclesia non vult recedere à contractu. ibid. num.2. fol.360.*

*Assensu Apostolico impetrato in alienatione rei Ecclesiæ, sed non interposito decreto, an sit locus pœnitentiæ ex parte Ecclesiæ. ibid. num.3.*

*Assensus Apostolici impetratio super alienatione rei Ecclesiæ facta nomine Rectoris, an probet mandatum Rectoris ad impetrandum assensum. ibid. num. 5. fol.362.*

*Assensus Papæ supplet defectum solemnitatum in alienatione rerum Ecclesiæ, sed non defectum causæ. ibid. num.6.*

*Auditor Cameræ Apostolicæ solus relaxat censuras vigore obligationum in forma Cameræ. Cap.117. nu.2. fol.381.*

B

*Beneficio cap. Odoardus, de solutionibus renunciari non potest. Cap.3. nu.4. fol.19.*

*Beneficio cap. Odoardus, non gaudet, qui non confitetur debitum. ibid. num.5.*

*Nec dolosus num.6.*

*Nec in delictis num.7. fol. 20. & an respectu interesse partis.*

*Et quid in mulctis, ibidem.*

*Nec qui in ludo, vel luxuriosè viuendo bona consumpsit. num.8.*

*Nec conuentus actione reali. num.9.*

*Nec pensionarius pro pensione soluenda. num.10.*

*Nec laicus effectus clericus in fraudem creditorum. num.11.*

*Nec clericus negotiator. num.12. fol.21.*

*Et quid in obligato in forma Cameræ, aut condemnato per tres sententias conformes, vel quando debitum est iuratum. num.13. fol.21.*

*Nec quando creditor clerico est pauperior. num.14.*

*Beneficium cap. Odoardus, de solutionibus, an possit pluries obtineri. Cap.3. num.20. fol.23.*

*Beneficiatus, qui non potest adipisci possessionem beneficij, an gaudeat priuilegio fori. Cap.28. num.6. fol.116.*

*Beneficium Ecclesiasticum obtinens modici, vel nullius valoris gaudet priuilegio fori. ibid. num.10. fol.117.*

*Beneficium, quod confertur originarijs, an possit conferri clerico dicti loci, si fuit conceptus, & natus postquam eius pater alio se transtulit ad habitandum deserto loco originis. Cap.48. num.12. fo.158.*

*Beneficiatus quando teneatur impendere omnes redditus in fabricam Ecclesiæ. Cap.54. num.5. fol.165.*

*Beneficiati moderni tenentur celebrare Missas, ad quas celebrandas sese obligarunt beneficiati antiqui acceptantes legatum vtile Ecclesiæ. Cap.56. num.4. fol.169.*

*Beneficiati oppidi participantes de decimis debent participare de onere administrandi sacramenta. ibid. nu.7. fol.170.*

*Beneficia coram ordinarijs quibus ex causis resignari possint. Cap. 65. num. 1. fol.198.*

*Beneficia tria non sufficientia ad victum sine dispensatione obtineri non possunt. ibid. num.3. pag.199.*

*Beneficia, quæ vacent ipso iure per assecutionem aliorum. ibid. num.4. fol.200.*

*Beneficia sub eodem tecto, quæ retineri possint. ibid. num.5.*


*Bene-*

Beneficia resignata coram ordinarijs non possunt ab ipsis conferri suis, vel resignantium consanguineis, vel familiaribus. ibid. num. 7. pag. 201.

Beneficij, ad cuius titulum quis est ordinatus, si resignationem admittat ordinarius, ipse tenetur alere resignantem, & resignatio valet. ibid. num. 8.

Beneficia, lite pendente, an resignari possint, quando inquisitus per sententiam veniret priuandus beneficio. ibid. num. 9.

Beneficia difformia sub eodem tecto quando retineri possint, & an sit facienda mentio illorum coram Summo Pontifice. Cap. 65. num. 14. fol. 203.

Beneficia plura tria, vel quatuor, si sint de Iurepatronatus, an possint retineri absque dispensatione Apostolica. ibidem num. 15.

Beneficium incompatibile an vacet ipso iure per assecutionem alterius incompatibilis, si non est dignitas, personatus, vel curatum iuxta cap. de multa, de praeben. ibid. num. 16. fol. 204.

Beneficium primum non vacat per adeptionem secundi, nisi quis adipiscatur possessionem secundi. ibid. num. 17.

Beneficia coram Papa possunt resignari, appellatione pendente, à condemnato ad priuationem beneficij, etiam data scientia impetrationis factae à Papa. ibidem num. 18.

Benedictio secundarum nuptiarum est prohibita, etiam si non fiat viuente prima coniuge. Cap. 74. num. 4. fol. 237.

Benedicens secundas nuptias punitur arbitrio Iudicis. ibid. num. 5. fol 237.

Benefactores possunt habere insignia, seu arma in Ecclesijs. Cap. 109. n. 5. f. 370.

Birroarij non probant plenè, praeterquam in leuibus. Cap. 47. num. 1. fol. 154.

Bigami quando, & quomodo puniantur à Curia Ecclesiastica ob haeresis suspicionem. Cap. 84. num. 13. fol. 272.

Bigami an possint admitti ex dispensatione Episcopi ad exercendos ordines minores ante bigamiam susceptos. Cap. 113. n. 1. fol. 377.

Bullae Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiarum forma an sit seruanda à Iudice laico, vbi notorium est, confugientem ad Ecclesiam commisisse delictum exceptuatum in ea. Cap. 17. num. 4. fol. 54.

Bulla S. D. N. Clem. VIII. pro obseruatione Concil. Trident. c. 14. de Regul. Cap. 59. num. 5. fol. 175.

Bulla Gregor. XIII. super praecedentia in processionibus. Cap. 64. nu. 6. fol. 195.

## C

CAlices consecrati, Reliquiae, & vestes sacrae an possint vendi ratione materiae, & quando. Cap. 41. num. 21. fol. 142.

Canonicus potest petere absolutionem ab excommunicatione pro concanonico, sed non ad cautelam. Cap. 5. num. 13. fol. 31.

Canonicus, qui primo adeptus fuit possessionem, praefertur antiquiori in data, quoad praecedentiam in choro, vocē in capitulo, & alijs, propter maiora onera, quae subijt in Ecclesia. Cap. 64. nu. 9. fol. 195.

Canonici Ecclesiae Cathedralis, an dicantur esse in dignitate, & possint ab illis expediri Breuia commissa constitutis in dignitate. Cap. 85. num. 10. fol. 276.

Canonici soli recipiunt Episcopum ad osculum, non alij beneficiati Ecclesiae Cathedralis. ibid. num. 17. fol. 278.

Canonicis solis competit administratio anniuersariorum communium ipsis, & beneficiatis, nisi bursa communis fuisset facta ex redditibus beneficiatorum. ibid. num. 18.

Cano-

*Canonici soli tractant negocia Ecclesiæ, non alij Beneficiati. ibid.num.19.fol.279.*

*Canonici soli veniunt appellatione Capituli, non dignitates, nec beneficiati, etiam si ex consuetudine haberent vocem in actibus capitularibus. ibid.n.2.fol.279.*

*Canonicus Ecclesiæ inferioris associans Episcopum ad Vrbem, an lucretur fructus Canonicatus. Cap.116.n.3.f.380.*

*Capitula Regni contra turbantes possessiones non procedunt, nullo dato violento spolio. Cap.16.num.1.fol.51.*

*Capellani ministri seruientes Ecclesijs militum S. Ioan. Hierosolymitani, an, & quando possint ab Episcopo visitari, corrigi, puniri. Cap.33.num.19.fol.128.*

*Capellaniam habens cum onere celebrandi missas, an teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis. Cap.36.num.1.fol.168.*

*Capellaniæ duæ sunt beneficia vniformia, & non possunt retineri sub eodem tecto sine dispensatione Apost. Cap.65.num.12.fol.202.*

*Capellaniam obtinens sub eodem tecto, si adipiscatur secundam prima vacat, &, si vult possidere primam, amittit vtramque. ibid.num.13.*

*Capella in Ecclesia an possit erigi sine dote. Cap.109.num.1.fol.369.*

*Capellam reparare, & instruere mappis, paramentis, & alijs necessarijs quis teneatur, patronus, an Rector. ibid. num. 13.fol.173.*

*Capitulum Cathedralis Neap. quando inuitatur ad funus, ipsum solum defert Crucem per alienas parochias. Cap.76. num.12. fol.249.*

*Capitulum, sede vacante, administrat per octo dies, & an possit restringere numerum octo dierum ad constituendum Vicarium. Cap.86.num.6.& 7.fol.283. & 284.*

*Capitulum potest constituere Vicarium, Episcopo agente in remotis. ibid.nu.11.*

*Cap. si clericos, de sententia excommunicationis in sexto, non est in vsu quoad cautionem de stando iuri. Cap.27.num.5.fol.109.*

*Capitulum, sede vacante, succedit Episcopo in iurisdictione tàm spirituali, quàm temporali, tàm contentiosa, quàm voluntaria, & quando inuoluntaria. Cap. 87.num.1. fol.286.*

*Capitulum, sede vacante, succedit in pluribus competentibus Episcopo iure ordinario à nu.2. vsque ad nu. 29. ibid.n.2.*

*Capitulum, sede vacante, non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali. ibid.num.29.fol.291.*

*Capitulum, sede vacante, an succedat in iurisdictione delegata Episcopo, etiam si esset delegata à iure. ibid.num.30.*

*Capitulum, sede vacante, succedit in iurisdictione competente Episcopo ratione additamenti. ibid.num.31.*

*Capitulum, sede vacante, non succedit in his, quæ sunt dignitatis Episcopalis, hinc non concedit indulgentias. ibid.num.32.*

*Capitulum, sede vacante, non succedit in his, quæ sunt ordinis Episcopalis, dummodo ea faciat exerceri per alios Episcopos. ibid.num.33.fol.292.*

*Capitulum, sede vacante, succedit in emolumento, quod ex iurisdictione competit Episcopo. ibid.num.34.*

*Capitulum, sede vacante, non tenetur requirere coadiutorem, quem habebat Episcopus. ibid. num.35.*

*Capitula exempta an teneantur ad obseruantiam decretorum Concilij Prouincialis, ad quod eorum Episcopus accessit. Cap.89.num.17.fol.313.*

*Capitula Regni contra turbantes possessiones non procedunt, nullo dato violento spolio. Cap.16.num.1.fol.51.& cap.33. num.14.*

num. 14. fol. 126.
Capsæ pro colligendis eleemosynis quando retineri possint. Cap.41.num.12.fol.140.
Carcerati tentantes frangere carceres, non secuta fuga, puniuntur arbitrio Iudicis. Cap.50.num.1.fol.159.
Carcerati, qui tentauerunt frangere carceres Curiæ Aecbiepisc. Neap. non secuta fuga, quomodo fuerunt puniti. ibid. nu.2.
Carcer infamat. Cap.27. nu.2.fol.100.
Carcerans iniustè clericum est excommunicatus. ibid. num.3.
Carcerantur aliquando Clerici in Curia Archiepisc. Neap. ibid. num.4.
Carcerare clericos quando possunt laici, Cap.27.num.8.fol.111.
Carceratus, appellatione pendente, debet manere in carceribus Iudicis, à quo, donec Archiepiscopus aliud, visis prius actis, & causa cognita, decreuerit. Cap. 88.num.43.fol.307.
Casus vehementis suspicionis hæresis, vel apostasiæ referuntur Pontifici in Curia Archiepiscop. Neap. Cap. 57. num.4. fol.172.
Causa separationis thori est ardua, & requirit probationes concludentes. Cap. 21.num.22.fol.91.
Causæ sufficientes ad dispensationem in addit. ad cap. 20. à num. 15. vsque ad 25.fol.80.& 81.
Causæ afferuntur, ex quibus matrimonium separatur quo ad habitationem. Cap. 21.num.13.fol.90.
Casus positi per Cassaneum, in quibus Iudex laicus potest procedere contra Clericos, non procedunt in Regno Neapolit. Cap.93.num.4.fol.325.
Carens visu oculi, qui videtur sanus, quando sit irregularis. Cap. 114. num. 3. fol.379.
Cæmenta Ecclesiæ profanatæ in quos vsus conuertenda. Cap.54.nu.4.fol.165.
Cedulones an possint affigi contra excommunicatos, si comparent, & petunt absolui. Cap.23.num.1.fol.97.
Celebrantes duas Missas eodem die quomodo puniantur. Cap.79.num.2.fol.256.
Cedulones affixi contra declaratos excommunicatos absoluendos à Papa, quando remouendi. Cap.23.num.13.fol.101.
Censura Ecclesiastica non potest relaxari ab Archiepiscopo, nisi auditis partibus, & causa cognita. Cap. 88.num. 45. fol.307.
Cedulones deturpantes sunt suspecti de hæresi. Cap.7.num.6.fol.36.
Cessio bonorum promissa à Iure ciuili laicis, qui non sunt soluendi est interdicta Clericis. Cap.3.num.25.fol.24.
Christiani, qui abnegauerunt fidem Catholicam apud infideles si sponte reuertantur, & petant reconciliari Ecclesiæ, quomodo abiurare debeant. Cap.84.num. 12.fol.272.
Citatio partis an requiratur in absolutione ad cautelam. Cap.5.num.5.fol.29.
Citatio valet sine expressione causæ, in causa sanctæ fidei. Cap. 84.nu.2.fol.269.
Ciuis originarius, qui deserto loco originis alio transtulit domicilium, an gaudeat honoribus ciuium loci originis. Cap. 48.num.11.fol.158.
Citatio personalis requiritur ad aliquem excommunicandum, quod limitatur pluribus modis. Cap.23.nu.15.fol.101.
Citatus ad dicendam causam, quare non debeat declarari excommunicatus, si non comparet, declaratur excommunicatus in Curia Neapolitana propter causam principalem, ob quam fuit citatus. ibid. num.22.fol.103.
Citari quomodo debeat Canonicus, vel Parochus absens. Cap.112.nu.1.fol.377.
Citationes per edictum debent esse tres quando ignoratur vbi moretur Canonicus.

nicus, vel Parochus absens. ibid. num. 2.

Citatio personalis requiritur ad priuationem beneficij. ibid. num. 3.

Citatio partis an requiratur in absolutione ad cautelam. Cap. 5. num. 5. fol. 29.

Clausula, conscientiam tuam oneramus, an impediat subdelegationem. Cap. 85. num. 5. fol. 275.

Clausula, siue quouis modo, posita in bullis beneficiorum, quid, & quando operetur, latissimè demonstratur. Cap. 120. num. 1. fol. 384.

Clausula, vocatis vocandis, intelligitur quando alius est in possessione beneficij. Cap. 85. num. 4. fol. 275.

Clericus habet beneficium, quod non potest conueniri, nisi in quantum facere potest. Cap. 3. num. 1. fol. 19.

Clericus non tenetur cedere bonis. bid. nu. 2.

Clericus constitutus in minoribus gaudet beneficio. cap. Odoard. de solut. ibid. n. 3.

Clericus quando non gaudet beneficio, cap. Odoardus, & luit in corpore, quomodo debet luere. ibid. nu. 15. fol. 21.

Clericus non potest carcerari pro debito ciuili, & quando possit. ibid. n. 16. fol. 21.

Clericus an debeat detineri carceratus pendente discussione super admissione ad beneficium. cap. Odoardus de solut. ibid. num. 17. fol. 22.

Clericus debitor si potest, & recuset satisfacere, potest semper carcerari. ibid. num. 18. fol. 23.

Clericus in form. Cam. obligatus, an gaudeat beneficio, cap. Odoardus. Cap. 3. num. 21. fol. 23.

Clericus an possit opponere, se esse Clericum inopem. ibid. num. 23.

Clericus spoliator dolosus, an admittatur ad cap. Odoardus. ibid. num. 24.

Clericus remissus ad Curiam Ecclesiasticam à Curia sæculari vna cum actis, an possit constitui reus ex dictis actis, vel testes examinati coram Iudice laico sint prius de nouo examinandi. Cap. 6. num. 1. fol. 32.

Clericus debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum à Iudice sæculari vna cum actis. Cap. 6. num. 3. fol. 33.

Clericus non declinans forum sæculare debet puniri. ibid. num. 9. fol. 34.

Clericus constitutus in minoribus, seruiens Ecclesiæ sine mandato Episcopi, an gaudeat priuilegio fori. Cap. 28. num. 1. fol. 115.

Clericus deseruiens Capellæ in Ecclesia erectæ, quæ ab Episcopo confraternitati laicorum pro oratorio assignata est, gaudet priuilegio fori. ibid. num. 2.

Clericus non incedens in habitu, & tonsura, & delinquens, an amittat priuilegium fori, si non fuit monitus. ibid. nu. 3.

Clericus effectus miles, an statim amittat priuilegium fori. ibid. num. 4.

Clericus in quibus casibus potest incedere sine vestibus clericalibus. ibid. num. 5.

Clericus habens pensionem, an gaudeat priuilegio fori. ibid. num. 8. fol. 116.

Clericus beneficiatus si non incedit in habitu, & tonsura, an statim amittat beneficium absque aliqua sententia Iudicis Ecclesiastici, & successiuè an gaudeat priuilegio fori, si non habet alia requisita. ibid. num. 8. fol. 117.

Clericus si committat delictum, & posteà ducat vxorem, punitur à Iudice Ecclesiastico. Cap. 8. num. 1. fol. 37.

Clericus relegatus à Iudice Ecclesiastico, si durante relegationis tempore efficiatur laicus, & frangat relegationem, à quo Iudice sit puniendus pro dicta fractura. ibid. num. 3. fol. 38.

Clericus effectus in fraudem nullo modo potest puniri à Iudice laico, nec in bonis in Regno Neapolitano, ac etiam de Iure communi, iuxta veriorem opinionem.

*Cap.8.num.4.fol.38.*

*Clerici in Regno Neapolitano conueniuntur coram Iudice laico in feudalibus; sed non in emphyteoticis, quæ tenent à Regia Curia. ibid.num.5.fol.39.*

*Clericus in quibus casibus non possit reconueniri coram laico remissiuè. Cap. 11.num.2.fol.44.*

*Clericus, qui obligauit se in instrumento habente executionem paratam, si efficiatur laicus, an possit dictum instrumentum liquidari contra ipsum in Curia Ecclesiastica. Cap. 15. num. 5. fol. 50.*

*Clericus, qui fuit Notarius Episcopi, effectus laicus pro gestis tempore Notariatus, tenetur respondere coram Episcopo. ibid.num.6.*

*Clerici quid soluant in visitatione in ciuitate Neapolitana. Cap.32.n.2.fol.120.*

*Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiæ. Cap.17.num.11.fol.57.*

*Clerici vagabundi possunt priuari beneficijs. Cap.55.num.9.fol.169.*

*Clerici, qui teneantur accedere ad processiones. Cap.64.num.5.fol.194.*

*Clericus non potest torqueri, nisi sit infamatus de crimine, quod non seruatur in praxi. Cap.70. num.18.fol.218.*

*Clerici negotiatores esse non possunt. Cap. 77.num.1.fol.252.*

*Clerici an possint lucrari ex artificio sine necessitate. ibid.num.3.*

*Clericus an possit exercere artificium mixtum cum negotiatione.ibid.num.4.*

*Clericus an possit aliquando exercere negotiationem.ibid.num.5.fol.213. & an per alios. num.6.*

*Clericus an possit tenere tabernam, & vendere vinum, quod colligit in sua possessione.ibid.num.7.*

*Clerici in minoribus non beneficiati non prohibentur exercere negotia sæcularia, alias licita. ibid. num.9.*

*Clericus potest incumbere artificio dummodo non se subtrahat à diuinis. ibidem num.10.*

*Clericus potest ex artificio lucrari absque necessitate. ibid.num.11.*

*Clerici quando possunt conducere possessiones. ibid.num.12.*

*Clerici poßunt locare animalia sibi obuenta ex decimis, donatione, vel hæreditate. ibid.num.13.fol.254.*

*Clericus potest emere animalia, si habet multa pascua, vt depascantur.ibid.n.14.*

*Clericus quando possit vendere rem emptam non mutuatam. ibid.num.15.*

*Clericus potest abundanter prouidere domui suæ, ne indigeat. ib.d.num.16.*

*Clerici an possint tenere tabernas. ibidem num.17.*

*Clerici quando possint esse tabelliones.ibid. num.18.fol.255.*

*Clericus non potest esse maiordomus principis.ibid.num.19.*

*Clerici piscatores, an dicantur negotiatores. ibid.num.20.*

*Clerici blasphemi quomodo puniantur. Cap.78. num.1.fol.255.*

*Clericus officium diuinum omittens per longum tempus potest priuari beneficio. Cap. 80.num.1.fol.257.*

*Clericus quando possit inuitus ab Episcopo in sua diœcesi retineri. Cap. 83. num.6. fol.265.*

*Clericorum Cathedralis appellatione veniunt tantum Canonici.Cap.85.nu.21. fol.279.*

*Clericus propter simplicem fornicationem punitur arbitrio Iudicis, sed non priuatur beneficio.Cap.37.num.10.fol.134.*

*Clericus potest se obligare ad amissionem ordinis.Cap.39.num.1.fol.137.*

*Clericus potest se obligare ad amissionem beneficij. ibid.num.2.*

*Clericus non potest se obligare ad pœnam corpo-*

*corporalem, & sic nec ad pœnam triremium. ibid. num. 3.*
*Clericus pro iniuria sibi illata potest agere contra laicos cum protestatione citra pœnam sanguinis. Cap. 42. n. 1. fol. 145.*
*Et quid, si certo sciat mortem secuturam. ibid. num. 2. fol. 146.*
*Clericus in ciuitate Neapolit. & Prouinc. non potest agere causas proprias, vel alienas, etiam in casibus à iure permissis sine licentia Curiæ. ibid. num. 3.*
*Clericus an possit agere causas alienas cum protestatione citra pœnam sanguinis. ibid. num. 4.*
*Clericus an possit agere cum protestatione citra pœnam sanguinis contra interfectorem fratris, & aliorum propinquorum. ibid. num. 5.*
*Clericus cum protestatione citra pœnam sanguinis potest denunciare delicta tendentia in Reipublicæ perniciem, vel graue damnum priuatæ personæ. ibid. num. 6.*
*Vel si reum inflagranti crimine reperiat. ibid. num. 7. fol. 147.*
*Et an pro iniuria facta Ecclesiæ. ibid. n. 8.*
*Clericus agens contra laicum cum protestatione citra pœnam sanguinis, si habeat in animo, quod reus moriatur, sequuta morte, vel mutilatione, efficitur irregularis. ibid. num. 9.*
*Clerici an possint pugnare contra bannitos pro defensione patriæ, absque irregularitate. Cap. 42. num. 16. fol. 149.*
*Clerici contra laicos deponere non possunt, limita pluribus modis. Cap. 43. num. 1. fol. 151.*
*An ad repulsam, super delicto in genere, an super negatiua, & alia. ibid. num. 2. & 3.*
*Clerici an possint cogi deponere in iudicio sæculari, & quando. ibid. n. 6. fol. 152.*
*Clericus in minoribus non cogitur deferre habitum, & tonsuram, nisi in duobus casibus. Cap. 46. num. 1. fol. 153.*
*Clericus in minoribus constitutus potest puniri, si non defert habitum clericalem decentem. ibid. num. 2. fol. 154.*
*Clerici itinerantes longo itinere possunt mutare habitum, laxare comam, intrare tabernas. ibid. num. 4.*
*Clerici exteri quomodo declarentur Ciues Neapolit. per Curiam Archiepiscopali. Cap. 48. num. 2. fol. 155.*
*Clerici alterius diœcesis non possunt recipi ad ordines exercendos. ibidem num. 5. fol. 156.*
*Clericis exteris an possit prohiberi ingressus, vel habitatio in aliena diœcesi, si nolunt exercere ordines. ibid. num. 6.*
*Clerici dicuntur membra honorabiliora populi. ibid. num. 7. fol. 157.*
*Clerici in materia priuilegiatiua veniunt appellet. populi non in odiosa. ibid. n. 8.*
*Clerici, si ad inuicem se percutiunt, an omnes sint declarandi excommunicati, si vnus prius incepit. Cap. 23. num. 12. fol. 101.*
*Clericus carceratus si discessit à palatio, vel alio loco pro carcere sibi assignato, & posteà intra breue tempus reuertatur, an teneatur ad pœnam fideiussionis. Cap. 27. num. 9. fol. 111.*
*Clericus, sicut quilibet nobilis, non tenetur recanere palinodiam. Cap. 36. num. 4. fol. 131.*
*Clerico non potest imponi pœnitentia solemnis, sed publica. ibid. num. 5.*
*Clericus propter honestatem non debet cædi extra Ecclesiam. ibid. num. 6.*
*Clericus propter offensam factam laico, non tenetur illi genuflectere. ibid. nu. 7.*
*Clerici in Curia Archiepisc. Neap. tractibus chordæ non afficiuntur in publico. ibid. num. 8.*
*Clericus pro crimine læsæ maiestatis non potest*

potest puniri à Iudice laico, iuxta veriorem opinionem doctorum. Cap. 90. num. 1. fol. 314.
Clerici in Regno Neapolit. in nullo casu subduntur iurisdictioni Iudicis laici, nisi in causis feudalibus. ibid. nu. 2. fol. 315.
clerici in Regno Neapolit. conueniuntur coram Iudice laico in feudalibus, sed non in Emphyteuticis, quæ tenent à Regia Curia. Cap. 8. num. 5. fol. 39.
clericatus ordo nobilitat. Cap. 91. num. 2. fol. 316.
clerici non sunt pœnis ignominiosis plebeiorum afficiendi. ibid. num. 3.
clerici non possunt voluntariè sese supponere percussionibus laicorum. ibid. num. 4. fol. 317.
clericus inuentus de nocte cùm armis prohibitis non potest à potestate sæculari spoliari armis, nec instrumentis, aut canibus, si vacet piscationi, vel venationi prohibitæ à Principe sæculari. Cap. 92. num. 6. fol. 323.
clerici turbantes iurisdictionem Iudicis laici in Regno, non possunt puniri per Iudicem laicum. Cap. 93. nu. 2. fol. 324.
clerici in Regno in nullo casu possunt conueniri coram Iudice laico, etiam pro rebus profanis, nisi pro feudalibus. ibid. num. 3. fol. 325.
clerici pauperes, qui non possunt vacare litteris, quid scire teneantur, secundum Innocentium. Cap. 119. nu. 2. fol. 383.
clericorum Cathedralis appellatione veniunt tantum Canonici. Cap. 85. nu. 2 D. fol. 279.
commissarius alienationis Ecclesiæ, quid aduertere debeat. Cap. 75. n. 11. fol. 242.
commissarius an teneatur examinare testes super vtilitate Ecclesiæ. Cap. 75. num. 21. fol. 244.
confessio clerici de delicto facta coram laico facit indicium ad torturam contra clericum, si sponte facta fuerit. Cap. 6. num. 3. fol. 32.
confugiens ad Ecclesiam, si ab ea extrahatur, non seruata forma bullæ Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiarum, an iustificata captura ex sequentibus probationibus sit amplius Ecclesiæ restituendus. Cap. 17. num. 5. fol. 54.
confugiens ad Ecclesiam, si non à Iudice, vel eius familia, sed ab alijs extrahatur, puta à consanguineis offensi, an si de manu ipsorum à familia Iudicis sæcularis capiatur extra Ecclesiam, sit etiam Ecclesiæ restituendus. ibid. nu. 6. fol. 55.
confugientem ad Ecclesiam si Iudex non carcerauit, nec extraxit, nec extrahi fecit, sed solum extractum ab eius familia sine eius ordine Ecclesiæ non restituit, vel mori fecit, an sit excommunicatus, & quid si mandauit extrahi. ibid. num. 7. fol. 56.
confugiens ad Ecclesiam extractus per familiam sæcularem, an sit de necessitate restituendus eidem Ecclesiæ, vel satis sit, si restituatur Episcopo. ibid. nu. 8.
confessio partis quando probet Iuspatronatus. Cap. 63. num. 26. fol. 193.
confraternitates laicorum an teneantur accedere ad processionem. Cap. 64. num. 7. fol. 195.
confratres alicuius Congregationis, in quo loco sepeliendi. Cap. 76. nu. 6. fol. 248.
confrontatio quando facienda in causis sanctæ fidei. Cap. 84. num. 6. fol. 270.
confessioni coniugum quando statur super impedimento matrimonij. Cap. 21. nu. 11. fol. 89.
concubinarius, etiam notorius, non potest priuari beneficijs absque monitionibus, iuxta Conc. Trid. Cap. 37. n. 6. fol. 133.
concubinarius dicitur clericus, etiam si in domo propria concubinam non retineat, si probetur carnalis commistio, & dif-

fama-

famatio. ibid.num.9.fol.134.
Concilium Prouinciale à quo conuocari debeat, quando, & quomodo. Cap.89. num.1.fol.309.
concilium Prouinciale quam potestatem habet, & de quibus potest disponere, seu cognoscere. ibid.num.6.fol.311.
concilium Prouinciale an cognoscat de delictis Metropolitani. ibid.nu.7.fol.312.
concilium Prouinciale an concedat Indulgentias, & quas. ibid. num.8.
concilium Prouinciale, de quibus causis Episcoporum cognoscat. ibid. num.9.
concilium Prouinciale an liget exemptos. ibid.num.10.
concilium Prouinciale an debeat notificari ab Episcopis.ibid.num.11.
concilium Prouinciale per quod temporis spatium durare debeat. ibid.num.12.
concilium Prouinciale an possit allegari suspectum. ibid. num.13.
concilium Prouinciale non debet publicari inconsulto Romano Pontifice, sed Synodus Diœcesana potest sine eo publicari. ibid. num.15.fol.313.
concursus in vacatione Ecclesiæ Parochialis quando fieri debet. Cap. 66. num.1. fol.207.
concursus non debet fieri quando cura animarum spectat ad Collegium, vel in permutatione parochialium, & quid in Iurepatronatus, & quando ex alia causa omitti possit. ibid.num.2.
concursus quando fit, an quilibet de populo possit nominare. ibid. num.6.fol.208.
concil. Trident. sess. 24. de reform. an procedat in mutilante voluntarie. Cap.67. num.9.fol.315.
concordiæ super decimis non ligant successores sine confirm. Apostol. Cap.75. num.19.fol.244.
concordia super dimissione partis decimarum debitarum à laicis facta ab Ecclesiasticis non valet, sine confirmatione Apostolica. ibid.num.20.
concessa capella cum Iurepatronatus, an intelligatur concessum Ius funerandi. Cap.41.num.17.fol.139.
condemnari ab Episcopo an possit contumax ad pœnam delicti. Cap. 26. num. 6.fol.108.
concil. Trident. sess.24. cap.de refor. matr. declaratur in Addit. ad cap. 20. num. 27.29.& 30.fol.82.
Condemnatus per tres sententias an suffragetur. c.Odoard.cap.3.n.22.fol.23.
contumax potest excommunicari sine alia citatione. Cap.26. num.4.fol.107.
consuetudo an valeat, quod clerici coniugati non deferant habitum, & tonsuram, dum seruiunt in diuinis, & gaudeant priuilegio fori. Cap.28. nu.12.fol.117.
consuetudo an sit attendenda circa obseruationem festorum, vide latius in annotatione. Cap.61.num.2.fol.182.
consuetudo contra ius debet esse quadraginta annorum. ibid.num.3.
consuetudo circa inobseruantiam festorum est corruptela, & prohibetur etiam consuetudo futura. ibid.num.5.fol.185.
consuetudo est attendenda, primò Ciuitatis, secundò Diœcesis, tertiò Prouinciæ, quartò Regni, siue Prouinciarum vicinarum, quintò Vrbis Romanæ. Cap.85. num.14.fol.277.
consensus an possit impetrari in donatione Iurispatronatus, post mortem donatarij. Cap.63. num.20.fol.191.
consensum Episcopi in donatione Iurispatronatus posse subsequi mortem donatarij, alijs probatur, & Rota Romana authoritate. Cap.63.num.28.fol.193.
consuetudo valida in sacramentalibus. Cap.74.num.2.fol.237.
consanguinitas an probetur per solam confessionem impetrantium dispensationem.

*num. Cap.20. num.12. fol.75.*

*Consuetudo potest inducere, quod in quinto gradu matrim. sit nullum, quando oritur scandalum, vide in annot. ibid. num.14.fol.76.*

*constitutio Episcopi, quod electio facta vno contempto sit nulla, non valet. Cap. 89.num.20.fol.314.*

*consuetudo, qua Episcopi faciunt testamenta ad pias causas pro anima defunctorum, qui decesserunt ab intestato, valet, & pluribus comprobatur. Cap.96. num.1.fol.329.*

*consuetudo valet, quod clerici testantur de fructibus beneficiorum. ibid. num. 4. fol.330.*

*consuetudo testandi de feudis antiquis in praiudicium agnatorum, valet. ibidem num.5.*

*consuetudo valet, quod vassallus alienet feudum sine assensu domini.ibid.nu.6.*

*consuetudo valet, quod filius familias testatur.ibid.num.7.*

*consuetudo valet, quod Episcopus disponat de fructibus relictis à beneficiario. ibid.num.3.*

*continuatæ præsentationes an dicantur, si vna intermedia non sit insinuata. Cap. 63.num.9.fol.188.*

*controuersiæ si oriantur inter laicos in processionibus, an ad Episcopum spectat illas dirimere. Cap.64.num.8.fol.195.*

*contumax potest excommunicari sine alia citatione. Cap.26.num.4.fol.107.*

*copia actorum qualis esse debeat, quando transmittitur à Curia sæculari ad Ecclesiam vna cum clerico, si clericus est inquisitus de delicto commisso cum socijs laicis.Cap.5.num.5. fol.33.*

*copula subsecuta post matrimonium metu contractum, an purget metum. Cap. 105.num.7.fol.357.*

*copula Matrimonialis includit impedimentum publicæ honestatis in Addit. ad cap.20.num.12.fol.79.*

*coquinæ, & stabulum prohibentur in Ecclesia profanata.Cap.54.nu.3 fol.164.*

*corpora, & reliquiæ Sanctorum, an possint de loco ad locum transferri. Cap. 71.num.1.fol.229.*

*corpora aliquorum sociorum S. Ianuarij sunt condita sub altari maiori Ecclesiæ Cath.Neap.ibid.num.2.fol.230.*

*corpora defunctorum quando possunt transferri. ibid.num.3.*

*cura animarum, & potestas administrandi sacramenta possunt præscribi, & per quantum tempus. Cap.61.n.2 fol.181.*

*curia Archiep. Neap. non solet procedere ad liquidationem instrumenti census vitalitij pro capitali, ob non solutionem tertiarum. Cap.15.num.7.fol.50.*

*curia Archiepiscopalis Neapolitana quando carcerat alienos subditos ad instantiam suorum Episcoporum. Cap.38. num.3.fol.135.*

*cursores Curiæ Archiepiscopalis Neapol. quando fidem faciant in suis depositionibus. Cap.47.num.2.fol.155.*

*curia Episcopalis venit appellatione Curiæ Ciuitatis. Cap.48.num.10.fol.158.*

*curator non interuenit, quando minor torquetur in Curia Archiep.Neapolit. nec etiam quando examinatur. Cap.49.nu. 1.fol.159.*

**D**

*Eclaratio excomm. contentæ in iure, vel in præcepto hominis, suspenditur per appellationem.Cap.22.nu.1.fol.93.*

*Decimas vt possint vna cum curato exigere beneficiati oppidi, requiritur consuetudo immemorabilis. Cap.56.num. 8.fol.170.*

*Declaratio nullitatis Matrimonij est petenda*

*da à Curia Archiepiscopali. Cap.21. num.21 fol.91.*

*Declaratio excommunicationis incursæ, an possit suspendi absque appellatione. Cap.22.nu.6.fol.95.*

*Declaratio excommunicationis est facienda parte citata, quod limitatur in aliquibus casibus. Cap.23.nu.19.fol.102.*

*Decreto, procedendum esse ad vlteriora; quando vtitur Vicar. Neapol. deleg. Papæ Cap.85.num.9.fol.275.*

*Decretum Concilij Prouincialis, quod præbenda lectionis Sacræ Scripturæ detur digniori per concursum, & si detur digno, omisso digniori, collatio sit nulla, non valet. Cap.89.num.19.fol.313.*

*Decretum, si in euidentem, mortuo Papa re integra non potest à Commissario ferri. Cap.115.num.2.fol.379.*

*Defunctus dicitur miserabilissima persona, quæ debet esse sub protectione. Cap.85. num.26.fol.281.*

*Defuncti dicuntur personæ multum miserabiles, & sunt sub protectione Episcopi. Cap.96. num.8.fol.330.*

*Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore, neque esculenta, & poculenta, neque pro studendo processui, nec pro accessu, & quid pro transumptu, & quid in Notario. Cap. 20. num. 10. fol.74.*

*Delegatus Papæ si delinquat in delegatione quando possit ab Ordinario puniri. Cap.38.num.6.fol.135.*

*Delegatus Papæ an possit exequi sententiam sine requisitione Ordinarij. ibid. num.7.fol.136.*

*Delegatus potest punire extraneas personas delinquentes in eius personam, si per hoc contingat suam iurisdictionem turbari. Cap.59.n.6.fol.176.*

*Delegatio facta Vicario an transeat in successorem. Cap.85.num.1.fol.273.*

*Delegata causa personis in dignitate constitutis, an possit subdelegari non habentibus dictam qualitatem. ibid. num. 3.fol.274.*

*Delegatus, qui non potest subdelegare debet recipere iuramenta testium. ibid.nu. 7.fol.275.*

*Delegatus an possit reuocare sententiam, quam pronunciauit super competentia iudicij. ibid.num.8.*

*Delegatus Papæ tenentur obseruare consuetudinem loci litigantium. ibid. num. 13.fol.277.*

*Delegatus Papæ quando possit cognoscere extra locum suæ dignitatis, & trahere vltra diætam. ibid.num.15.*

*Delegati duo si sunt dati in solidum, & vnus præoccupauit, quando possit alter se intromittere. ibid. num.28.fol.281.*

*Delictum quando dicitur deductum ad forum contentiosum, & quid si inquisitus transegit cum Curia. Cap. 67. nu. 5.& 6.fol.214.& 215.*

*Delicta omnia sunt publica de iure canonico. Cap.35.num.1.fol.129.*

*Denuncians impedimentum matrimonij quomodo recipiendus, & ad quid teneatur, si falsum denunciet. Addit. ad cap.20.num.33.fol.85.*

*Denunciationes ante matrimonium non possunt fieri diebus ferialibus. Addit. ad cap.20.num.32.fol.85.*

*Denunciator potest esse testis in causa matrimoniali, & quando. Cap.21.num.7. fol.88.*

*Denunciator non facit partem in Iudicio. Cap.35.num.5.fol.130.*

*Denunciator non est citandus. ibid.num.6.*

*Denunciator potest assistere in iudicio, & quid seruetur in Curia Archiepiscopali Neapolit. ibid. num.7.*

*Denunciator habetur pro teste in qualibet causa*

causa aliquibus concurrentibus. ibidem num. 9.
Denunciare, vel accusare quilibet tenetur hæreticos, maleficos, committentes alia delicta, quæ tendunt in perniciem Reipublicæ. Cap. 18. num. 1. fol. 61.
Denunciatio hæreticorum, necromanticorum, & maleficorum, an sit facien. in scriptis, vel sufficiat oretenus denunciare, non expresso nomine denunciantis. ibid. num. 2.
Denunciator in causa Sanctæ fidei, habetur pro teste. ibid. num. 3. fol. 62.
Denunciari an debeant mulieres, quæ simplicitate maleficia conficiunt. ibid. num. 4. fol. 63.
Denunciari an debeant hæretici occulti. ibid. num. 5.
Denunciatio hæreticorum, & maleficorum, an debeat fieri si sunt emendati. ibid. num. 6.
Denunciationem hæreticorum, & maleficorum, an debeat præcedere fraterna correctio. ibid. num. 7.
Denunciatio hæreticorum, & maleficorum, an debeat fieri cum periculo vitæ. ibid. num. 8. fol. 64.
Denunciare parentes hæreticos an teneantur filij. ibid. num. 9.
Denunciari an debeant leniter de hæresi suspecti. ibid. num. 10.
Denunciari quando debeant detinentes libros hæreticorum. ibid. num. 13. fol. 66.
Denunciari an debeant detinentes pentacula. ibid. num. 14. fol. 67.
Denunciari an debeat mulier, quæ habet famam malefica, si non operatur, nisi simplices superstitiones. ibid. num. 15.
Denunciari an debeat hæreticus, qui accedit ad confessionem animo peruertendi confessarium, & inducendi illum ad hæresim, & quid si vult abstinere ab hæresi, sed non vult reuelare complices. ibidem num. 17. fol. 68.
Deputatio vicarij parochialis pertinet ad Episcopum. Cap. 56. num. 9. fol. 171.
Deponitur clericus pro quocumque graui crimine. Cap. 82. num. 5. fol. 260.
Deputata ad certos pios vsus, non possunt deputari ad alios sine auctoritate Papæ etiam cum auctoritate legati à latere, etiam in melius, vel de consensu hæredis. Cap. 19. num. 1. fol. 69.
Deputata ad pios vsus quando possint in alios conuerti per Episcopum ob impedimentum facti, vel Iuris. ibid. num. 2. fol. 70.
Deputata ad certos pios vsus, quando per Episcopum conuertuntur in alios ob impedimentum, an sit necessarius aliorum concursus, & quorum. ibid. n. 4. fol. 71.
Descendentia in antiquis probatur leuioribus probationibus. Cap. 10. num. 13. fol. 341.
Deserta appellatione, an possit peti executio sententiæ coram Iudice à quo. Cap. 70. num. 22. fol. 228.
Dispensatio matrimonialis in quartò, & quintò gradu non requiritur, & quid seruetur. Cap. 20. num. 9. fol. 74.
Dispensatio matrimonialis non est facienda, si adest scandalum, quamuis omnia sint probata. ibid. num. 13. fol. 75.
Dispensandi causa super anni circulo cum ordinandis qualis esse debeat. Cap. 83. num. 7. fol. 265.
Dispensatio matrimonialis expirat mortuo Papa, si non est executioni dem andata. Cap. 115. num. 1. fol. 379.
Dispensatio matrimonialis concessa à Papa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in loco vicino suæ patriæ sibi parem inuenire posset. Cap. 20. num. 4. fol. 73.
Dispensatio est late interpretanda, quatenus verba sonant. ibid. num. 5.

Dispen-

*Dispensatio matrimonialis ob incompetentiam dotis, qualiter sit intelligenda, & quid si pater habet plures filias, an censeatur posse dotare vnam, si non potest commode omnes dotare, sed vnam tantum. ibid. num. 6.*

*Dispensatione à Papa obtenta super impedimento occulto post contractum matrimonium, an necessarius sit nouus consensus alterius coniugis ignorantis impedimentum, & an forma Conc. Trid. de nouo requiratur. ibid. num. 7.*

*Dimissoriæ quando concedendæ, à quibus, & ibi plures resolutiones circa eas. Cap. 83. num. 4. fol. 264.*

*Dismembratio fructuum est alienatio, & requirit solemnitates requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ. Cap. 75. num. 17. fol. 243.*

*Domicilium acquiritur momento temporis. Cap. 48. num. 1. fol. 155.*

*Doctoratus qualitas debet esse in magna consideratione in concursu. Cap. 66. nu. 12. fol. 209.*

*Donatio Iurispatronatus admissa à Vicario, qui non habebat hanc facultatem, quando valeat. Cap. 100. n. 18. fol. 343.*

*Donatio Iurispatronatus propter seruitia, est simoniaca. Cap. 101. nu. 3. fol. 348.*

E

*Ecclesia potest incastellari ad defensionem Reipublicæ auctoritate Episcopi. Cap. 42. num. 15. fol. 149.*

*Ecclesia profanata non potest vendi sine solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum. Cap. 54. num. 6. fol. 165.*

*Ecclesia an possit vendi ratione materiæ. Cap. 41. num. 20. fol. 141.*

*Ecclesia finita emphyteusi per generationem tenetur relocare descendentibus, si ex consuetudine immemorabili renouari consueuit. Cap. 99. num. 2. fol. 335.*

*Ecclesia finita emphyteusi per generationem non tenetur renouare descendentibus si vult pro se retinere, late probatur. ibid. num. 3. fol. 337.*

*Electio, seu approbatio examinatorum pro parochiali, quæ est de iurepatronatus, ad quem spectat. Cap. 66. n. 4. fol. 208.*

*Electus ab Episcopo in concursu minus idoneus, si reportauerit sententiam contra, in Curia Romana, sequestratur beneficium, & debet condemnari ad restitutionem fructuum. ibid. nu. 15. fol. 210.*

*Electio sepulturæ commissa voluntati alterius, an valeat. Cap. 76. nu. 2. fol. 246.*

*Electio sepulturæ facta ad suggestionem alterius, an valeat. ibid. num. 3. fol. 247.*

*Electio sepulturæ spectat ad Vicarium Neap. quando, qui elegit, non potuit sepeliri in Ecclesia electa. ibid. num. 5.*

*Electio sepulturæ quomodo probetur. ibid. num. 8. fol. 248.*

*Electio sepulturæ per quot testes probetur. ibid. num. 16. fol. 250.*

*Emphyteusi finita per generationem, Ecclesia an teneatur relocare descendentibus, & quid si velit pro se retinere. Cap. 99. num. 1. fol. 334.*

*Emens rem Ecclesiæ quando teneatur probare pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ. Cap. 107. num. 7. fol. 365.*

*Enunciatiuæ plurium instrumentorum probant famam. Cap. 100. num. 11. fol. 341.*

*Enunciatiuæ vt probent in antiquis, requiritur, quod procedant à personis non habentibus interesse. ibid. num. 12.*

*Episcopus non repetens clericum detentum, à Iudice sæculari grauiter punitur. Cap. 6. num. 7. fol. 34.*

*Episcopus potest præcipere officialibus locorum, quod expellant excommunica-*

105. Cap.7. num.3.fol.35.

Episcopus tenetur denunciare excommunicatos, vt ab alijs euitentur. ibid. nu.4. fol.36.

Episcopus potest priuare laicos magistros Ecclesiarum officio, si male administrant. Cap.29. num.3. fol.118.

Episcopus quomodo in visitatione debet procedere contra resistentes, & an possit eos de facto excommunicare. Cap. 30. num.1. fol. 119.

Episcopus an possit visitare confraternitates laicorum erectas in Ecclesijs Regularium. Cap.33. num.1. fol.121.

Episcopus visitans an possit facere edictum contra nominatam personam, vt quicumque aliquid scit contra Rectorem Ecclesiæ denunciet. ibi. n. 8. fol.124.

Episcopus visitans an possit per occultas chartulas procedere contra visitatos. ibid. num. 9. fol.125.

Episcopus visitans an possit compellere beneficiatum, qui possedit per decennium beneficium ad ostendendum eius titulum. ibid. num.10.

Episcopo visitanti an sufficiat videre bullas sacerdotij presbyteri, & non aliorum inferiorum ordinum. ibid. num.11.

Episcopo visitanti an debeantur vecturæ equorum, vel fenaturæ pro equis, aut aliæ impensæ factæ in via. ibid. num.12.

Episcopus visitans an possit panes, & capones integros, & fragmenta, quæ remanent in mensa pro suo victu secum deferre. ibid. num.13.

Episcopus est executor canonum, & Concilij Tridentini, & potest non obseruantes Canones excommunicare. Cap.41. num.17. fol. 143.

Episcopus an possit, & debeat concedere Iudici laico, vt exhumet ab Ecclesia cadauer occisi ad finem capiendi informationem delicti in genere. Cap. 42. num.10. fol.147.

Episcopus requisitus à Curia sæculari, vt dicat, si talis inquisitus, & carceratus in eadem curia sit clericus, vel non, potest libere dicere. ibid. num.11. fol. 148.

Episcopus permittens pulsari campanam Ecclesiæ ad conuocandum populum pro persequendis male factoribus, non est irregularis. ibid. num.14. fol.149.

Episcopi, & presbyteri itinerantes sunt inuitandi ad prædicandum verbum Dei, & consecrandam oblationem. Cap.46. num. 5. fol.154.

Episcopus, & Vicarius veniunt appellatione officialium populi. Cap. 48. num.9. fol. 158.

Episcopus originis potest concedere dimissorias clerico, qui alio transtulit domicilium. ibid. num.13.

Episcopus potest prohibere laicis, ne deferant habitum clericalem. Cap.55. num. 3. fol.167.

Episcopus non potest constringere hæredes defunctorum, vt in funere conuocare debeant clericos Ecclesiæ parochialis tantum, exclusis alijs, donec eorum numerus impletus fuerit. Cap.56. num.5. fol. 170.

Episcopus non potest statuere, quod nullus admittatur ad cantandum responsoria pro defunctis, nisi examinatus fuerit circa cantum. ibid. num.6.

Episcopus potest dispensare cum deposito verbaliter, & in quibus casibus. Cap. 57. num. 1. fol. 171.

Episcopi ex generali consuetudine, & quasi possessione faciunt gratiam de omnibus delictis, præcipue Archiepiscopus Neapolitanus. ibid. num.2.

Episcopus potest facere indultum illis, qui aliorum delicta detegunt. ibid. num. 5. fol.172.

Episcopus prædicans in aliena diœcesi, debet

bet petere licentiam à Diœcesano iuxt. Concil. Trid. Cap. 2. seß. 5. de reform. Cap. 58. num. 1. fol. 172.

Episcopus an possit declarare excommunicatos à iure, vel Apostolicis constitutionibus Regulares exemptos. Cap. 59. num. 1. fol. 174.

Episcopus differens capere informationem, & Regularem petentem remittere, vt ipsum vexet carcere, an incurrat excommunicationem. ibid. num. 4. fol. 175.

Episcopus an possit indicere festa in synodo, sine consensu populi. Cap. 62. num. 6. fol. 185.

Episcopi præsentes in curia, interueniunt in canonizatione sanctorum, & dant votum. ibid. num. 7.

Episcopus, vel eius Vicarius, an habeant votum in examine per concursum. Cap. 66. num. 3. fol. 207.

Episcopus conferens parochiam digno, omisso digniori, non solum peccat mortaliter, sed tenetur ad restitutionem. ibid. num. 8. fol. 208.

Episcopus an possit absoluere à casibus reseruatis in bulla Cœnæ post Conc. Trid. & ibi. Cap. 67. num. 10. fol. 215.

Episcopus an possit rehabilitare inhabiles ad officia, & beneficia, vigore cap. 6. seß. 24. de reformat. Concil. Trident. ibid. num. 12. fol. 211.

Episcopus an post Conc. Trid. dispenset in adulterio, & aliis delictis, iuxta cap. at si clerici, §. de adulteriis, de Iudic. ibid. num. 13. fol. 217.

Episcopus an possit post Concil. Trident. dispensare cum homicida voluntario ad ordines, & ad beneficia, & an cum casuali. ibid. num. 14.

Episcopus an possit aliis delegare potestatem absoluendi vigore cap. 6. seß. 24. de reform. Conc. Trid. ibid. num. 15.

Episcopus potestate sibi concessa à Concil. Trid. cap. 6. seß. 24. de refor. non vtitur extra diœcesim, & quid de consensu ordinarii, & alia ad hanc materiam. ibid. num. 16.

Episcopus an possit absoluere Regulares exemptos, & cum eis dispensare, iux. c. 6. de reform. Concil. Trident. ibid. num. 18. fol. 218.

Episcopus an possit vti potestate cap. 6. de reform. seß. 24. Concil. Trident. circa seipsum, & an capitulum sede vacan. ibid. num. 19. 21. & 22.

Episcopus, si celebrat Missam in parochia, cui debeantur oblationes. Cap. 72. num. 7. fol. 233.

Episcopus quando visitat monasteria monialium, non debet introducere laicos. Cap. 73. num. 3. fol. 236.

Episcopus concurrit in cura animarum cum aliis parochis suæ diœcesis. Cap. 76. num. 23. fol. 251.

Episcopus, vel alia persona principalis, non tenetur dicere, asperges, in diebus Dominicis. Cap. 80. num. 3. fol. 257.

Episcopus ordinans, quid possit recipere ab ordinandis. Cap. 83. num. 8. fol. 265.

Episcopus potest exequi etiam legata, & testamenta ad non pias causas, negligente hærede. Cap. 85. nu. 25. fol. 280.

Episcopus, qui delegauit causam, an possit illam auocare ad se in qualibet parte litis. ibid. num. 27. fol. 281.

Episcopus pro accessu ad Concilium Prouinciale, an possit petere charitatiuum subsidium. Cap. 89. num. 14. fol. 313.

Episcopi exempti an præcedant Episcopos non exemptos in Concilio Prouinciali. ibid. num. 18.

Episcopus an possit diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa. Cap. 20. n. 2. fol. 71.

Episcopus, coram quo mouetur lis super nullitate matrimonii, an possit cognoscere de subreptione dispensationis matrimo-

moniali iam facta à delegato. ibid.nu. 16.fol.76.
Episcopus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, si malitiosè differat dispensare, & interim nascatur filius illegitimus, an succedat filius.ibid.num.17.
Episcopus non cognoscit de subreptione dispensationis matrimonialis facta cum causæ cognitione, nisi subreptitio sit notoria. Cap.2.num.15.fol.76.
Episcopi non debent esse prompti ad carcerandum clericos.Cap.27.nu.1.fol.109.
Episcopus potest mandare Iudici laico, vt arrestet carceratum in suis carceribus, pro causa pendente coram ipso Episcopo. ibid.sub num.7.fol.110.
Episcopus potest exercere iurisdictionem contentiosam in aliena diœcesi de consensu diœcesani, & quid Neap. seruetur. Cap.38.num.1.fol.135.
Episcopus non potest iudicare subditum inuitum in aliena diœcesi. ibid. num.2.
Episcopus potest resistere delegato, quando non seruat capit. statutum, de rescript. in 6.ibid.num.4.
Episcopus potest compellere laicos ad hospitalitatem, eleemosinam, & alia opera pietatis. Cap.41.num.25. fol.142.
Episcopus potest compellere censuris laicos ad vendendum frumentum tempore charitatis annonæ.ibid.n.26.fol.143.
Episcopus distribuit in pios vsus bona peregrini decedentis ab intestato.Cap.96. num.9.fol.331.
Episcopus dispensat male ablata.ibid.n.10.
Episcopus, vel parochus, cui decimæ debentur, potest prohibere collectionem fructuum sine præsentia deputati ab eo, & apponere custodes in agro, vel area. Cap.97. nu.1.fol.331.
Episcopus an possit habere duos canonicos non Cathedralis in suo seruitio, tam quam familiares, & commensales, qui in absentia percipiant fructus præbendarum. Cap.116.num.1.fol.379.
Episcopus an possit constituere Vicarium, vel visitatorem, & facere suum familiarem Commensalem Canonicum Ecclesiæ inferioris, qui in absentia percipiat fructus.ibid.num.2.fol.380.
Episcopus successor quando teneatur stare locationi prædecessoris. Cap.118. num. 10.fol.382.
Episcopus successor tenetur stare locationi prædecessoris, quando terræ sunt satæ. ibid. num.2.
Episcopus an possit indicere festa in synodo, sine consensu populi.Cap.122.num.1.fol.390.
Episcopus litteras Monitoriales concedit. Cap.1.num.20.fol.11.
Episcopi præsentes in Curia interueniunt in canonizatione Sanctorum, & dant votum. ibid.num.2.fol.391.
Equites Hierosolymitani quando veniant appellatione Regularium. Cap.34.nu.3.fol.129.
Eremitæ non permittuntur commorari in ciuitate, & diœcesi Neapol. Cap.55. num.4.fol.167.
Euangelium non est porrigendum ad osculandum in Missa Gubernatori Prouinciæ. Cap.54.num.8.fol.165.
Euidens vtilitas in alienatione rerum Ecclesiæ, qua dicatur. Cap. 107.num.1. fol.363.
Euidens Ecclesiæ vtilitas, non probatur per assertionem contrahentium.ibid.n.2.
Examinatores in approbatione debent exprimere idoneos, & magis idoneos. Cap.66.num.14.fol.210.
Excommunicari an possit ille, cuius fidei testator commisit dispensationem quantitatis pecuniæ personæ sibi in secreto significatæ. Cap.2.num.13.fol.17.
Excommunicatus ante annum potest puniri,

uiri, si contemnat excommunicationem. Cap.7.num.1.fol.35.

Excommunicati perseuerantes in excommunicatione vltra annum, qualiter sint suspecti de fide. ibid.num.5.fol.36.

Excommunicatus perseuerans in excommunicatione per longum tempus, poterit sepeliri extra locum sacrum, etiam si pœnitens decedat. ibid.num.8 fol.36.

Excommunicatio iniusta causat iustum metum, & quando. Cap.13.n.4.fol.46.

Excommunicatio potest ferri sine monitione pro conseruatione iurium. Cap. 30. num.2.fol.119.

Examinatores promouendorum ad Parochiales Ecclesias debent esse saltem tres synodales, & quid si aliquis moriatur, & quid si vltra tres synodales alij non synodales adhibeantur, & nonnulla alia notatu digna. Cap.66.num.17.fol.211.& num.19.fol.212.

Examen per concursum quando fieri debeat in Iurepatronatus laicorum. Cap. 66.num.19.fol.212.

Examinari non debet de necessitate ab examinatoribus synodalibus prouisus de beneficio simplici. Cap.119.num.5. fol.384.

Excommunicationis remedium est subsidiarium, quando executio realis, vel personalis fieri non potest. Cap. 68. nu. 1.fol.221.

Excommunicatio lata non in subsidium iuxta formam cap.3.sess.25.de reform. ligat, sed est iniusta. ibid.num.2.

Excommunicatio an possit à principio ferri, si notoriè appareat, non posse deueniri ad exequutionem realem, vel personalem. ibid. num.4.

Excommunicatio, & alia censura quando suspendantur per appellationem. Cap. 22.num.2.fol.94.

Excommunicatio non potest suspendi ad tempus. ibid.num.5.fol.95.

Excommunicari an possit ille, cui excommunicatio non est profutura. Cap. 23. num.2.fol.97.

Excommunicationem an incurrat ignorans statum in facto damnoso. Cap.23.num. 18.fol.102.

Excommunicatio, vel declaratio excom. municationis possunt fieri die feriata in honorem Dei. ibid. num.20. fol.103.

Excommunicatus est, qui aufert aliquid de manu clerici per vim, vel tenet eum per frænum equi, & alia exempla practicabilia. ibid.num.24.fol.104.

Excommunicatus carceratus in Curia Archiepiscopali, non expeditur, nisi prius absoluatur. ibid.num.25.

Excommunicari non potest comparens paratus satisfacere. Cap. 23.nu. 3.fol.98.

Excommunicationis sententia potest ferri pro fructibus non liquidatis. ibid. nu.4.

Excommunicatus persistens in excommunicatione per annum, habetur pro confesso, & conuicto de delicto, pro quo contumax fuit excommunicatus. Cap. 26.num.1. fol.107.

Excommunicatus perseuerans vltra annum in excommunicatione potest priuari beneficio ibid.num.3.

Excommunicatus, si post annum admittatur ad defensiones, an recuperet beneficio. ibid.num.5.fol. 107.

Excommunicantur Religiosi procurantes fieri sibi, vel suis monasterijs legata in præiudicium aliorum. Cap. 109. num. 10.fol.372.

Excommunicatio vigore obligationis in forma Cameræ est ferenda in subsidium contra omnes, quando omnes debitores in solidum possunt soluere, secus si vnus possit soluere. Cap.117. num.4.fol.381.

Executio in bonis Clerici reconuenti coram Iudice laico, ac condemnati per ipsum,

sum, debet fieri per Iudicem Ecclesiasticum, & non laicum. Cap. 11. num. 1. fol. 44.

Extrahens commorantes in Ecclesia, ad finem componendi pacem, & euitandi scandala, an incurrat excommunicationem latam contra violantes immunitatem Ecclesiæ. Cap. 17. nu. 9. fol. 57.

Extrauagantia Pauli II. de rebus Ecclesiæ alienandis, est vsu recepta in Ciuitate, & Diœc. Neap. Cap. 75. nu. 1. fol. 239.

Exequutor datus ad prouidendum in forma, dignum, est mixtus, & tenetur assumere partes Iudicis, & vocare possessorem, aliàs, si dat possessionem, spoliat. Cap. 85. num. 16. fol. 278.

Exempti omnes, etiam Regulares, tenentur accedere ad publicas processiones. Cap. 64. num. 1. fol. 194.

Exigi an possit aliquid pro sepultura, antequam Corpus sepeliatur. Cap. 76. nu. 9. fol. 248.

F

Familia Episcopi an gaudeat priuilegio fori. Cap. 8. num. 6. fol. 40.

Famulo infirmo an debeatur salarium. Cap. 56. num. 2. fol. 169.

Familiares Episcopi an possint admitti ad concursum. Cap. 66. num. 16. fol. 211.

Famosum delictum an dicatur occultum, iuxta cap. 6. sess. 24. de reformat. Cap. 67. num. 3. fol. 214.

Fiscus auditur in causa matrimoniali in Curia Archiepiscopali Neapol. quando agitur de vinculo matrimonij. Cap. 21. num. 17. fol. 91.

Fiscus de iure communi appellat. Cap. 45. nu. 1. fol. 153.

Fiscus appellat in Curia Archiepiscopali Neapolit. ibid. num. 2.

Fratantiam obtinens gaudet priuilegio fori, quia est beneficium Ecclesiasticum. Cap. 28. num. 9. fol. 117.

Fructus quomodo diuidantur inter resignantem, & resignatarium, inter hæredes defuncti beneficiati, & successorem. Cap. 65. num. 20. fol. 205.

Fructus, & alia bona Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, alienantur inconsulto Papa, & quæ talia sint. Cap. 75. num. 7. fol. 241.

Fructus prohibentur alienari vltra triennium ab Ecclesia. Cap. 75. num. 16. fol. 243.

Furor, & ebrietas quando sufficiant ad separandum matrimonium. Cap. 21. num. 14. fol. 90.

Fustigari non debent clerici more laicorum. Cap. 91. num. 1. fol. 315.

G

Generalis Ordinis, vel alia eminens persona sindicari non debet. Cap. 73. num. 4. fol. 236.

Gradus primus Consanguinitatis est prohibitus lege Mosaica. Cap. 20. num. 25. fol. 82.

H

Habilitatio clericorum carceratorum quando facienda, vel non. Cap. 27. num. 6. fol. 109.

Habitus nouæ Religionis in communi est prohibitus. Cap. 55. num. 2. fol. 167.

Habitatio per triennium quando dicatur formiter facta à frigidis, & maleficiatis. Cap. 103. nu. 2. fol. 351.

Hæreticus reconciliatus est inhabilis ad audiendas confessiones. Cap. 53. num. 1. fol. 162.

Hæres, cui incumbit onus soluendi legatum pro Missis celebrandis, in Ecclesia non

*potest deputare Capellanos. Cap. 56. num. 3. fol. 169.*

*Hæreticus pro primo lapsu quando moriatur. Cap. 84. num. 7. fol. 270.*

*Hæres an possit affigere arma sua in Capella, in qua sunt arma testatoris. Cap. 109. num. 4. fol. 369.*

*Histriones non debent commorari in Ecclesia profanata. Cap. 54. n. 2. fol. 164.*

*Hospitalia priuata an visitari possint. Cap. 29. num. 1. fol. 118.*

*Hospitalia an teneantur ad procurationem. ibid. num. 2.*

*Homicidium voluntarium, quod dicatur iuxta terminos cap. 6. sess. 24. de reform. Conc. Trid. Cap. 67. num. 8. fol. 215.*

*Honorantiæ debitæ patrono quando vendi possunt. Cap. 102. num. 4. fol. 348.*

*Hospitalium gubernatio habentibus vxorem, & filios committi an debeat, & quando possit. Cap. 108. nu. 1. fol. 366.*

*Hospitalium gubernatio non est committenda debitoribus Hospitalium, & quando possit. ibid. num. 2. fol. 367.*

**I**

*Illitterati sunt habiles ad beneficia simplicia, quæ non requirunt industriam, & quis dicatur penitus illiteratus. Cap. 119. num. 3. fol. 383.*

*Imagini deuotæ si fiant plures oblationes, an possint confratres, vel alij procurare, vt oblationes fiant eorum capellæ, & non imagini. ibid. num. 9 fol. 371.*

*Imagines verberantes, vel deturpantes à quo Iudice sint puniendi. Cap 18. num. 12. fol. 66.*

*Imago deuota, si sit in capella, an possit alius in eadem Ecclesia construere aliam capellam magis ornatam cum imagine eiusdem sancti. Cap. 109. num. 8. fol. 370.*

*Imago deuota, an possit transferri de loco suo ad Capellam priuatam in præiuditium habentium sepulturas prope illam, ac Beneficiatorum, & Rectoris, recipientium oblationis. ibid. nu. 11. fol. 372.*

*Imago sancti depicta in pariete domus priuatæ personæ, quando destrui possit de ordine Episcopi, vel sine. Cap. 72. num. 2. fol. 232.*

*Immemorabilis an possit probari per scripturas. Cap. 100. num. 9. fol. 341.*

*Immemorabilis non suffragatur, quando apparet de initio inualido, & non procedit cum mala fide. Cap. 63. num. 5. fol. 188.*

*Impedimentum duplex cognationis habens tenetur vtrumque in dispensatione exprimere. Cap. 20. num. 8. fol. 74.*

*Impediti accedere ad Concilium Prouinciale, quid facere teneantur, & non impediti quomodo cogendi. Cap. 89. num. 5. fol. 310.*

*Impetrans beneficium possessum ab homicida absque dispensatione Apostolica, non tenetur probare homicidium probationibus clarissimis, prout in causa criminali, sed prout in causa ciuili. Cap. 65. num. 19. fol. 204.*

*Immunitas Ecclesiastica an violetur, si extrahantur ab Ecclesia non rei delinquentes, sed alij in ea commorantes. Cap. 17. num. 2. fol. 54.*

*Immunitate Ecclesiastica an gaudeat interficiens inimicum à tergo cum sclopo. Cap. 94. num. 1. fol. 325.*

*Incestuosi, qui impetrauerunt dispensationem à Papa, an possint peracta pænitentia publica contrahere matrimonium præstita solùm cautione periurum deconferendo operam suam fabricæ Ecclesiæ. Cap. 20. num. 3. fol. 72. & 73.*

*Incidentis spiritualis remissio ad Iudicem Ecclesiasticum si pars expeditionem non pro-*

procurat, an Iudex laicus possit procedere in causa principali. Cap.95. num. 3.fol.327.

In Conciliaribus Decretis semper excipitur potestas Papæ. Cap. 20. num. 26. fol.82.

Inhibere quando possit Iudex, ad quem, Iudici, à quo, & praxis Curiæ Archiepisc. Neapolit. Cap.70.num.6.fol.225.

Inhibitiones non fiunt ab Archiepiscopo, nisi cum inserto tenore sententiæ definitiuæ, vel habentis vim definitiuæ, aut interlocutoriæ continentis grauamen irreparabile. Cap.88. num. 39.fol.307.

Iniuria leuis non efficitur atrox ratione diei festi, nec si fiat coram persona magnæ auctoritatis, quæ non habet iurisdictionem. Cap.98.num.4.fol.334.

In lege Moysis vna fœmina non potest nubere duobus fratribus, nisi frater sine liberis decedat. Cap.20. num.2.fol.78. Vnus tamen vir poterat ducere duas sorores, excepto casu, dum prima scilicet Vxor viuebat.ibid.num.3.

In iurepatronatus legato, vel donato familiæ succeditur in capita, & non in stirpes. Cap.101. num.2.fol.344.

Idem quando competit pluribus, aut vniuersis.ibid.num.eodem.

Inquisitus non citatur ad videndum iuramenta testium repetendorum in causis sanctæ fidei. Cap 84.num.3.fol.269.

Institutus, appellatione pendente ab institutione, an possit capere possessionem. Cap.63.num.18.fol.190.

Instrumenta antiqua extracta parte non citata, vel à non habente auctoritatem extrahendi, quando probent, & an requiratur recognitio. Cap. 100. num. 3. fol.339.

Instrumenta sunt extrahenda parte citata. Limita ibi. Cap.100.num.14.fol.341.

Institutio facta ab ordinario sine affixione edicti in Iurepatronatus est nulla, & non præsumuntur apposita edicta quando eadem die præsentationis secuta fuit institutio.ibid.num.15.fol.342.

Insignia, seu arma fundatoris capellæ, an liceat abradere. Cap.109.n.3.fol.369.

Insignia in Ecclesijs non sunt affigenda ad inanem gloriam, nec continere debent aliquod inhonestum. ibid. n.6.fol.370.

Insignia sua in Ecclesia non potest affigere Episcopus, Baro, vel alius, quando Ecclesia, vel capella est constructa ex pecunia Vniuersitatis.ibid.num.6.

Interdictum quando suspendi possit. Cap. 22.num.7.fol.95.

Interrogatoria possunt dari ab inquisitis testibus repetendis, & ibi praxis Curiæ circa interrogatoria. Cap.27. num.11. fol.112.

Interrogatorijs quando testes non teneantur respondere, & alia de interrogatorijs.ibid. num.12.fol.113.

Intellectus Bullæ Pij V. de pœnis blasphemantis Deum, & Sanctos. Cap.78. nu. 2.fol.255.

In venditione omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, actionum vniuersarum venit Iuspatronatus. Cap. 101.num.3.fol.345.

Irregularis est, qui patitur, se scribi pro teste in sententia mortis. Cap.42.num 12. fol.148.

Irregularitas ex defectu naturalium, vel perfectæ lenitatis, an dicatur in delicto. Cap.67.num.7.fol.215.

Iudex peccat non legitime interrogans reum, nec reus cogitur dicere veritatem.Cap.6.num.2.fol.32.

Iudex sæcularis remittens clericum ad Ecclesiasticum cum ignominia, debet puniri, & est excommunicatus.ibid.nu. 8.fol.34.

Iudex laicus tenetur compellere testes laicos

eos ad deponendum coram Iudice Ecclesiastico ad requisitionem ipsius. Cap. 9.num.2.fol.41.

Iudex Ecclesiasticus cognoscit de restitutione dotis. Cap.21.num.3.fol.88.

Iudex Ecclesiasticus potest de Iure Canonico procedere ex officio super omni delicto. Cap.35.num.3.fol.130.

Iudici exequenti sententiam nullam, potest impune resisti. Cap. 38. num. 5. fol.135.

Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus censuris compellit Iudicem laicum ad præstandum sibi brachium. Cap.44.num.1.fol.152.

Iudex laicus tenetur præstare brachium Ecclesiastico non viso processu, nec cognito de iustitia causæ, nisi in aliquibus casibus.ibid.num.2.

Iudex laicus nunquam potest cognoscere de iustitia causæ sententiæ Iudicis Ecclesiastici quando ab eo solum petitur familia, & in causis sanctæ fidei.ibid. num.3.

Iudex à quo, potest plures terminos assignare appellanti, & quos assignet Curia Archiepisc. Neap. Cap.70.num.2. & 3.fol.124.& 225.

Iudex à quo, qui non detulit appellationi, an possit præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem. Cap.70. num.5.fol.225.

Iudex à quo,cui præsentatur appellatio, & nihil respondet, censetur deferre appellationi,& ibi praxis Curiæ Archiepisc. ibid. num.7.fol.226.

Iudex ad quem, in appellationibus quem ritum seruare debet. ibidem num. 11. fol.227.

Iudex appellationis potest confirmare sententiam nullam iudicis à quo, etiam si fuerit nulla ex defectu iurisdictionis. ibid.num.16.

Iudices reprehenduntur, qui exquirunt noua genera tormentorum. ibid.num.20. fol.228.

Iudex ad quem, an possit confirmare sententiam Iudicis à quo, vel infirmare, aut reformare, quando appellatio est deserta. ibid.num.23.fol.229.

Iudex delegatus, qui non est graduatus in Iure ciuili, vel canonico,tenetur de necessitate assumere assessorem Iureconsultum. Cap.85.num.12.fol.277.

Iudex Ecclesiasticus coram quo pendet quæstio spiritualis illegitimitatis, potest mandare Iudici laico, quod pendente quæstione spirituali non procedat in causa principali. Cap.95.nu.1.fol.327.

Iudex laicus non potest præcipere Iudici Ecclesiastico, quod intra aliquem terminum expediat incidens spirituale. ibid.num.2.

Iuramentum an possit exigi in visitatione. Cap.33.num.6.fol.124.

Iuramentum suppletorium an possit deferri in causa matrimoniali. Cap.21. num.9. fol.89.

Iuramentum suppletorium non defertur nisi fuerit plusquam semiplene probatum, ponuntur exempla. ibid.num.10.

Iuramentum illicitum præstans, etiam scienter,non indiget absolutione illi contrauenıendo.Cap. 4.num.15.fol.28.

Ius Canonicum prohibet contrahi inter Affines vsque ad quartum gradum, in Addit.ad cap.20.num.4.fol.78.

Ius funerandi non intelligitur concessum, concessa capella, nisi exprimatur. Cap. 76.num.7.fol.248.

Iuspatronatus vniuersitatis an probetur per testes si scripturæ sint deperditæ. Cap.63.num.11.fol.189.

Iuspatronatus an acquiratur ex sola constructione, fundatione, vel dotatione sine reseruatione. ibid. num.13.fol.190.

d Iuspa-

Iuspatronatus probatum ex immemorabili quasi possessione, quomodo censeatur probatum, an ex fundatione. ibidem num. 14.

Iuspatronatus an probetur ex confessione Episcopi. ibid. num. 15.

Iuspatronatus quomodo transferatur titulo legati. ibid. num. 19. fol. 191.

Iuspatronatus præsumitur hæreditarium. ibidem num. 23.

Iuspatronatus ex priuilegio à Concil. Trident. censetur reuocatum, etiam si dicatur, ac si ex reali fundatione, vel dotatione esset, sed non quando priuilegium fuit concessum ex causa onerosa. Cap. 100. nu. 21. fol. 338.

Iuspatronatus laicale donatum Ecclesiæ, non est amplius laicale, sed Ecclesiasticum, & cadit sub regula reseruatoria. ibid. num. 6. fol. 340.

Iuspatronatus competens monachis, & Canonicis Rectoribus parochialium præsentandi Vicarios, qui exerceant curam animarum, non censetur sublatum per Conc. Trid. ibid. num. 10. fol. 341.

Iuspatronatus vniuersitatis quando non requirit probationem per scripturas authenticas. ibid. num. 16. fol. 342.

Iuspatronatus in Ecclesia conuentuali ad finem præsentandi, non competit nisi ostenso priuilegio Apostolico concesso in limine fundationis. ibid. num. 19. fol. 343.

Iuspatronatus Episcopus potest concedere ex augmento dotis, quando Ecclesia est prorsus indotata, alias secus. ibidem num. 20.

Iuspatronatus competens familiæ an illa extincta extinguatur. Cap. 101. num. 1. fol. 344.

Iuspatronatus quando veniat in venditione feudi, vel palatij. ibidem num. 4. fol. 345.

Ius præsentandi an transeat in conductores, seu affectatores Castrorum. Cap. 102. num. 5. fol. 348.

Iuspatronatus vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione, siue illa sit magna, siue parua. Cap. 100. num. 17. fol. 342.

L

Laicus quidam, propter verba prolata in contemptum Ecclesiæ, & sacerdotum, fuit fustigatus. Cap. 7. num. 7. fol. 36.

Laici offendentes cursores Curiæ Archiepisc. Neapol. exequentes suum officium puniuntur ab eadem Curia. Cap. 10. fol. 43.

Laici fideiussores clericorum possunt conueniri coram Episcopo. Cap. 12. num. 1. fol. 44.

Laici possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine licentia suorum superiorum laicorum. ibid. num. 2.

Laici carcerantur ab Episcopo, & alijs pœnis temporalibus constringuntur in causis coram ipso vertentibus. ibidem num. 3.

Laicus si petat veniam, & offerat satisfacere clerico percusso, qui non vult ei reconciliari, an possit absolui. Cap. 23. num. 8. fol. 99.

Laicus excommunicatus vltra annum, priuatur Iurepatronatus. Cap. 26. num. 7. fol. 108.

Laicus quilibet admittitur ad denunciandum delicta clericorum in Curia Archiepiscopali. Cap. 35. num. 2. fol. 130.

Laici concubinarij, quomodo puniantur in Curia Neap. Cap. 37. num. 5. fol. 133.

Laici magistri Ecclesiarum non possunt præesse Ecclesijs, nec clericis, nec se impedire de spiritualibus. Cap. 41. num. 3. fol. 139.

An

*An possint deputare ministros Ecclesiæ. ibid.num. 4.*
*An expellere presbyteros. ibid.num.5.*
*An possint esse œconomi. ibid. num.6.*
*An procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ. ibid.num.7.fol.140.*
*An collectores obuentionum spiritualium. ibid.num.8.*
*An possint oblationes accipere de altari, & esse custodes altaris. ibid. num.9.*
*An esse operarij fabricæ Ecclesiæ. ibid. num.10.*
*An possint habere loculos, siue capsas, pro excipiendis eleemosynis. ibid.n.11.*
*Laicis an possint per Episcopum prohiberi quærere eleemosynas, & quando. ibid. num.13.*
*Laici magistri Ecclesiæ an possint congregare artifices in Ecclesijs. ibid.num.14. fol.141.*
*An possint facere processiones sine licentia Episcopi. ibid.num.15.*
*An disponere de mortuarijs. ibid.num.16.*
*An concedere alijs in Ecclesijs, Capellas, altaria, sepulchra. ibid.*
*Laici an possint habere aliquod ius in Ecclesia in sedibus, vel scamnis. Cap.41. num.2.fol.142.*
*Laici omnes sub pœna graui viri, vel mulieres non possunt deferre habitum Regularium. Cap.55.num.6.fol.167.*
*Laici offendentes aures Iudicis Ecclesiæ, possunt carcerari, & sic etiam partes, quæ coram ipso conuicia inuicem sibi dicunt. Cap.59.num.7.fol.176.*
*Laici iniuriam inferentes Notarijs, & scribis exercentibus suum officium, puniuntur per Curiam Archiepiscopalem. ibid.num.8.*
*Laici excommunicantur per Curiam Archiepiscopalem, si mendicant sine necessitate. ibid.num.12 fol.178.*
*Laici quæstores eleemosynarum puniuntur per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, & qui tales sint, ibidem num.13.*
*Laici non obseruantes festa, quomodo compellantur per Curiam Archiepiscopalem. Cap.62.num.4.fol.184.*
*Laici, & clerici sub quibus pœnis citantur in Curia Neapolitana. Cap.68. num.5. fol.222.*
*Legatus de latere, Nuncij Apostolici, Abbates generales, possunt concedere litteras Monitoriales. Cap. 1. num. 21. fol.11.*
*Legata ad pias causas, si sint pro non scriptis, vel caduca, an debeantur. Cap.19. num.3.fol.70.*
*Legatum factum Capellæ confraternitatis Corporis Christi, cui debeatur. Cap. 72.num.4.fol.232.*
*Legatum factum sanctis, an debeatur Ecclesijs illis dedicatis, vel Ecclesijs in quibus sunt recondita corpora sanctorum. ibid.num.5.fol.233.*
*Legatum factum Canonicis cui debeatur. ibid.num.6.*
*Legatum factum monasterio, intelligitur de monasterio patriæ testatoris. ibidem num.14. fol.235.*
*Legatum factum Ecclesiæ, si sunt plures in ciuitate, debetur pauperiori, & in dubio monasterio Monialium. ibid.num.15.*
*Legatum factum Canonicis ducentorum aureorum pro celebratione Missarum, an possit diuidi statim inter canonicos, vel sit conuertendum in annuos redditus, vt in perpetuum celebrentur Missæ, & anniuersaria. ibid.num.16.*
*Legata pia sunt transumptanda, & exemplanda coram Iudice Ecclesiastico, alias exemplatio est nulla. Cap.65.num.23. fol.280.*
*Legitimum, quando quis possit petere, se pronunciari. Cap.95.num. 4.fol.328.*

*Leniter percutiens clericum in platea, vel foro, aut in Ecclesia coram multitudine gentium, an ab Episcopo absolui possit. Cap.98.num.1.fol.332.*

*Lenocinium, & inductio ad peccatum, est iusta causa separationis thori. Cap. 21.num.23.fol.91.*

*Lite pendente super matrimonio, quando possit interdici carnale commercium. Cap.21.num.1.fol.87.*

*Lite pendente super matrimonio, sunt praestanda vxori alimenta, & quando, & an repetantur, & si sint praestanda cum cautione. ibid.num.2.*

*Licentia quomodo concedenda clericis, vt deponant coram Iudice laico. Cap. 43. num.7.fol.151.*

*Libri visitationum non probant Iuspatronatus, & quid probent. Cap. 63. num. 17.fol.190.*

*Licentia contrahendi matrimonium, quando possit dari impuberibus. Cap. 104. num.1.fol.352.*

*Locatio bonorum Ecclesiae per triennium permissa, & quando vltra. Cap.75.num. 10 fol.241.*

*Locatio praedij Ecclesiae vltra triennium, est nulla etiam per triennium ibid.num. 15.fol.243.*

M

*Magazenorum vini vsus, an possit permitti in Ecclesia profanata. Cap.54.num.1.fol.164.*

*Magistri Ecclesiarum laici, quam potestatem habeant in Ecclesijs. Cap.41.num. 1.fol.139.*

*Magistri Ecclesiarum laici excommunicantur per Curiam Neapolitanam, si non praestant eleemosynam praedicatoribus. ibid.num.24.fol.142.*

*Malefica an dici possit, quae semel maleficium fecit. Cap.18.num.16.fol.67.*

*Mandatum de capiendo expeditum à Vicario an possit mandari executioni ipso remoto ab officio. Cap. 85. num.2. fol.274.*

*Maculam in oculo habens, quando possit promoueri. Cap.114.num.2.fol.378.*

*Matrimonium metu Iudicis contractum, est nullum, & quando. Cap.13.num.3. fol.46.*

*Matrimonium contractum sub conditione, si Papa dispensauerit, post dispensationem requirit nouum sensum. ibidem num.5.*

*Matrimonium quando separatur quo ad thorum, & habitationem ex culpa viri, debet restitui dos, & donatio propter nuptias. Cap.21.num.4.fol.88.*

*Matrimonialis causa expeditur summariè. ibid.num.18.fol.91.*

*Matrimonialis causa expeditur contra absentem, & quando. ibid.num.19.*

*Matrimonia celebrata à parocho putatiuo, ex communi errore an sint inualida, & de nouo contrahenda. Cap.61.num. 3.fol.182.*

*Matrimonium contractum cum dispensatione subreptitia, an tolerandum si est timor scandali ibid.num.7 fol.183.*

*Matrimonium propter frigiditatem, vel maleficium, quando separandum. Cap. 103.num.1.fol.349.*

*Matrimonium contractum inter impuberes proximos pubertati valentes carnaliter coniungi, non debet separari, & an requiratur, quod carnaliter se cognouerint. Cap.104.num.2. fol.352.*

*Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum, & quare. Cap.105.num. 1.fol.354.*

*Matrimonium inter affines transuersales in primo gradu, non est prohibitum iure naturali, nec diuino, sed tantum*

tum

tum positiuo, super quo Papa dispensat. in Addit. Cap. 20. num. 1. fol. 77.

Matrimonium præcedere debent tres denunciationes, & quibus in casibus omitti possint. in eadem Addit. num. 31. fol. 84.

Meretricum tributum, siue gabella improbatur. Cap. 18. numer. 18. fol. 68.

Meretrices debent deferre aliquod signum, vt discernantur à mulieribus honestis. Cap. 55. num. 7. fol. 167.

Mendicantes validi, qui fingunt se infirmos, debent puniri pœna falsi. Cap. 59. num. 14. fol. 178.

Mendicantes quando inuitantur ad funus, non possunt per alienas parochias deferre Crucem. Cap. 76. num. 14. fol. 249.

Metus, vt annullet matrimonium, debet cadere in constantem virum. Cap. 105. num. 2. fol. 354.

Metus minor consideratur in muliere, quam in masculo, vt declaretur matrimonium nullum. ibid. num. 3.

Metu matrimonium contractum probatur pluribus coniecturis, & signis ibid. num. 4. fol. 355.

Metus in matrimonio durat durante causa metus. ibid. num. 5.

Metus purgatur in matrimonio, ex pluribus. ibid. num. 6. fol. 356.

Metus reuerentialis, quando annullet matrimonium. ibid. num. 8. fol. 359.

Missarum numerus quando in synodo refrænari possit per Episcopum, & quod Concil. Trident. non procedat in Missis impositis in fundatione beneficiorum. Cap. 19. num. 6. fol. 71.

Mimæ, & meretrices prohibentur deferre habitum Monialium. Cap. 55. num. 3. fol. 167.

Miracula fiunt in instanti, & sunt ex omni parte perfecta. Cap. 60. num. 1. fol. 179.

Minus doctus quando præfertur magis docto. Cap. 66. num. 11. fol. 209.

Ministri pro cantandis Missis, & Horis canonicis in Ecclesia parochiali sunt tantum ad bene esse. Cap. 73. num. 18. fol. 244.

Missæ plures eodem die celebrari prohibentur Regulariter. Cap. 79. num. 1. fol. 256.

Mobilia pratiosa, quæ dicantur. Cap. 75. num. 4. fol. 239.

Modus procedendi, & formandi processum in causis sanctæ fidei, prout seruatur in curia Archiepiscopali Neapolitana. Cap. 84. num. 1. fol. 268.

Modica non sunt in consideratione, si publicè fiant. Cap. 98. num. 2. fol. 332.

Monitoria ad finem reuelationis, quis concedere possit. Cap. 1. num. 1. fol. 2.

Monitoria ad finem reuelationis, an concedere possit Episcopus homini nullius diœcesis. ibid. num. 2.

Monitoria ad finem reuelationis non sunt concedenda pro qualibet re leui, & ibi practica Curiæ Archiepiscopalis. ibid. num. 3.

Monitoria ad finem reuelationis, sunt concedenda in subsidium, & ibi late Praxis Curiæ, & quando in facto, pro quo sint concedenda, vel non. ibid. num. 4. fol. 3.

Monitoria debent continere rem certam. ibid. num. 5. fol. 5.

Monitoria non debent esse infamatoria. ibid. num. 6. fol. 5.

Monitoria non debent esse criminosa. ibid. num. 7. fol. 5.

Monitoria sunt concedenda ad instantiam eius, cuius interest. ibidem num. 8. fol. 6.

Monitoria non sunt concedenda ad instantiam excommunicati, vel notorij peccatoris. ibid. num. 9. fol. 7.

Monitoria debent continere aliqua dierum internalla, & possunt concedi die feriata. ibid. num. 10. fol. 7.

Monitoria possunt concedi sine citatione partis. ibid. num. 11. fol. 7.

Monitoria non possunt impetrari sine speciali mandato. ibid. num. 12. fol. 8.

Monitoria ad finem reuelationis si Episcopus deneget, an possit appellari. ibidem num. 13. fol. 8.

Monitoria esse concedenda, vel non concedenda, est decretum interloquutorium. ibid. num. 14. fol. 8.

Monitoria qui impugnat, suspectus redditur. ibid. num. 15. fol. 9.

Monitoria non compellunt deponere cum iuramento, & non faciunt puniri de falso contrarium deponentem in iudicio. ibid. num. 16. fol. 9.

Monitoria ad finem reuelationis non dicuntur statuta, sed mandata, & morte expirant. ibid. num. 18. fol. 10.

Monitorijs an censeantur paruisse, qui reuelant ore tenus Episcopo sine scriptis. ibid. num. 19. fol. 10.

Monitorium quando ligat subditos alibi commorantes tempore excommunicationis. Cap. 2. num. 11. fol. 16.

Monitio facta in synodo, habet vim trinæ monitionis. Cap. 37. numer. 1. fol. 132.

Monitio specialis requiritur ad incurrendam pœnam à iure impositam. ibidem num. 2.

Monitio contra concubinarios iuxta Concilij Tridentini, cap. 14. sess. 25. de reformat. debet esse specialis. ibidem num. 3.

Monitio non requiritur contra concubinarium notorium. ibid. num. 4. fol. 133.

Monoculus an possit promoueri ad minores ordines. Cap. 114. num. 1. fol. 378.

Moyses non redarguit Aaron coram populo propter dignitatem Ecclesiasticam. Cap. 73. num. 1 fol. 236.

Mortuus repertus in puteo, vel suspensus, quando debeat priuari Ecclesiastica sepultura. Cap. 76. num. 20. fol. 251.

Mulier est ponenda in loco tuto, & honesto, si propter sæuitiam viri, non potest cum eo habitare. Cap. 14. num. 2. fol. 48.

Mulier separata à viro, auctoritate Iudicis, dicitur permanere in loco honesto, si moretur in domo patris honestè cum matre, fratre, & alia sorore nubili. declara. ibid. num. 3.

Mulieres religiosæ in communi viuentes, more religiosarum subsunt Episcopo, licet non faciant professionem. Cap. 55. num. 1. fol. 166.

Mulier si post nonum annum, & in decimo fuerit cognita à viro, & deflorata, an præsumatur viripotens, vt matrimonium dicatur consummatum, & non possit separari prætextu minoris ætatis. Cap. 104. num. 4. fol. 353.

N

NAtura producit sanguinis vnitatem per copulam licitam, & illicitam. in Addit. Cap. 20. num. 10. fol. 79.

Nepos an repræsentet patrem, & admittatur vna cum patruo ad emphyteusim Ecclesiasticam. Cap. 75. num. 13. fol. 242.

Negotiatio, & artificium differunt. Cap. 77. num. 2. fol. 252.

Negotiator dici non potest, qui semel negotiationem exercuit. ibidem num. 8. fol. 253.

Nota-

Notarius Episcopi an possit aliquid accipere in visitatione pro labore impenso in conficiendis actis visitationis. Cap. 32. num. 1. fol. 120.
Nobiles clerici non mittuntur ad triremes in curia Archiepiscopali. Cap. 36. num. 1. fol. 131.
Limita in crimine falsi, num. 2.
Limita in causis sanctæ fidei num. 3.
Nobilis defenditur in honorabiliori loco, si ibi sedere consueuit. Cap. 41. num. 32. fol. 144.
Notarius requisitus tenetur conficere instrumentum, alias potest puniri. Cap. 52. num. 2. fol. 161.
Notarius requisitus, vt conficiat instrumentum alienationis rerum Ecclesiæ cum clausula, saluo assensu Papæ, an possit denegare confectionem instrumenti. ibid. num. 3.
Notarij Apostolici non possunt impediri exercere suum officium. Cap. 77. num. 19. fol. 255.
Notarius Episcopi an debeat actitare causas delegatas ab Episcopo, vel Vicario. Cap. 85. num. 11. fol. 276.
Notarius Episcopi actitat causas delegatas ab Episcopo, & an delegatas Episcopo, latius discutitur. ibid. num. 22. fol. 279.
Notarius Apostolicus an conficiat instrumenta, & testamenta ad non pias causas in Regno Neapolitano. ibid. num. 24. fol. 280.
Nuncio creditur, non potuisse exequi in bonis, nec in persona. Cap. 68. num. 3. fol. 221.
Nuncius Regni Neapolitani, Sede vacante, an possit pœnam pecuniariam applicare Cameræ Apostolicæ. Cap. 69. num. 4. fol. 222.
Nundinæ, & mercatus, an possint tolerari per Episcopos diebus festiuis. Cap. 62. num. 1. fol. 184.
Nudum ministerium commissum impedit subdelegationem. Cap. 85. num. 6. fol. 275.
Nuptiæ secundæ quando possunt benedici, & quid Neapoli seruetur. Cap. 74. num. 1. fol. 237.
Nuptiæ secundæ benedicuntur, quando aliæ non fuerunt benedictæ. ibidem num. 3.

O

Oblationes factæ imagini alicuius sancti depictæ in parietem domus priuati, cui debeantur. Cap. 72. num. 1. fol. 231.
Oblationes factæ in consecratione Ecclesiæ, cui debeantur. ibid. num. 8. fol. 233.
Oblationes factæ Capellæ cui debeantur, Rectori Ecclesiæ, vel beneficiato. ibid. num. 3. fol. 232.
Oblationes, quæ fiunt in consecratione Episcopi, cui debeantur. ibid. num. 9.
Oblationes debitæ Rectori, in die Dominico, & Episcopo in festiuitate sancti, an debeantur, si festum occurrat in Dominica. ibid. num. 10. fol. 233.
Oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ celebratur à parocho in aliena parochia, cui debeantur. ibid. num. 11.
Oblationes, quæ fiunt in Iubilæo, vel anno sancto, in Ecclesia Cathedrali, an pertineant ad Episcopum, vel ad Archipresbyterum, qui exercet curam animarum. ibid. num. 13.
Obligatio facta penes acta curiæ sæcularis, an habeat exequutionem paratam in curia Ecclesiastica contra obligatum effectum clericum ante incusationem. Cap. 15. num. 3. fol. 49.
Obligatio penes acta facta à laico in Curia sæculari, si efficiatur Clericus ante dum

solutionis, non potest accusari in Curia saeculari, nec exequi per Iudicem laicum. ibid. num. 4. fol. 50.

Obligatio in forma Camerae, an habeat exequutionem coram ordinario. Cap. 117. num. 1. fol. 380.

Obligatio in forma Camerae, tollit omnia legum auxilia, ita vt trahat omnes ad tribunal Auditoris Camerae, non obstante priuilegio leg. vnicae, Cod. quan. Imper. inter pupill. & iud. ibid. num. 3. fol. 381.

Obligari an quis possit, vt sine monitione excommunicetur, si tali die non satisfecerit. ibid. num. 5.

Occultum delictum, quod dicatur iuxta terminos cap. 6. sess. 24. de reformat. Concilij Tridentini. Cap. 67. num. 2. fol. 214.

Officialis laicus percutiens clericum, etiam leuiter, est absoluendus à Papa, etiam si sit apparitor. Cap. 23. num. 10. fol. 100.

Officialis laicus, quando censetur percutere clericum, vt priuatus, non vt magistratus. ibid. num. 11.

Officia mortuorum circa cadauera in Ecclesijs mendicantium, à quibus peragi debent. Cap. 76. num. 13. fol. 249.

Officium diuinum quando recitari possit vltra descriptum in Breuiario Romano. Cap. 80. num. 2. fol. 257.

Opinio vnius Doctoris pro matrimonio, praeualet communi opinioni. Cap. 61. num. 4. fol. 182.

Oratorium priuatum quando ab Episcopo visitari possit. Cap. 29. num. 4. fol. 118.

Ordinari an possit quis sine dimissorijs ab Episcopo loci, in quo habet beneficium simplex, non requirens residentiam. Cap. 48. num. 3. fol. 156.

Ordinari an possit quis in loco originis paterna sine dimissorijs. ibid. num. 4.

Orari an possit pro illo, qui se ipsum interfecit. Cap. 76. num. 21. fol. 251.

Ordinatus ante aetatem legitimam ordinibus sacris, an sit suspensus ab Episcopo vsque ad aetatem legitimam, vel perpetuò. Cap. 83. num. 13. fol. 267.

Ordo sedendi in Concilio prouinciali. Cap. 89. num. 3. fol. 310.

Ordinatus ab Episcopo sacris ordinibus, non debet examinari de nouo pro beneficio simplici, declara vt ibi. Cap. 119. num. 4. fol. 383.

P

Pactum de retrouendendo in censu vitalitio, an sit licitum pro eodem pretio. Cap. 15. num. 8. fol. 50.

Papa ex ordinaria potestate dispensat in primo gradu affinitatis, etiam quod hoc possit trahi in exemplum. in Addit. ad Cap. 20. num. 6. fol. 78.

Papa non consueuit dispensare in gradibus prohibitis, Leuit. 18. ibid. num. 7. fol. 79.

Papa consueuit dispensare in primo gradu affinitatis, tàm ante, quàm post Concilium Tridentinum. ibid. num. 8.

Parentes quando sint idonei testes pro matrimonio filij. Cap. 21. num. 6. fol. 88.

Participantes cum excommunicatis, quando possint excommunicari, excommunicatione maiori, sine monitione nominatim facta. Cap. 23. num. 14. fol. 101.

Parochiani an faciant partem in iudicio contra Parochum. Cap. 35. num. 8. fol. 130.

Parochus non est minister in sacramento matrimonij, sed habetur loco testis magnae auctoritatis. Cap. 61. num. 5. fol. 182.

Parochus an possit propria auctoritate subtrahere sacramenta parochianis ob non solu-

*solutionem oblationum. Cap.76. num. 18. fol.250.*

*Palatium Episcopi an gaudeat immunitate Ecclesiæ. Cap. 17. numer. 10. fol.57.*

*Patronus si est in quasi possessione, & præsentauit, si sibi ab alio lis moueatur, qui prætendat ius præsentandi, an debeat impediri institutio. Cap. 63. num.21.fol.191.*

*Patronus, qui variare possit. ibidem num.22.*

*Patroni, quorum vnus habet medietatem vocis, quatuor verò aliam medietatem, si habens medietatem, & vnus ex illis quatuor præsentauerit vnum, reliqui alium, quis præferatur. ibid. nu. 24.fol.192.*

*Patronus non potest in limine fundationis apponere conditionem, quod ipse nominet Capellanos amouibiles ad curam animarum. Cap. 102. numer. 6. fol. 349.*

*Patronus non potest in dotatione apponere, quod Ecclesia diruta reuertatur dos ad ipsum. ibid. num.7.*

*Patronus Ecclesiæ an possit impedire sepulturam alterius ante altare maius. Cap.109.num.12.fol.373.*

*Patronus, qui est in quasi possessione præsentandi post Concilium Tridentinum, an teneatur semper docere de titulo in qualibet vacatione, & aliter remoueri debeat à quasi possessione. Cap.63.num.3.fol.187.*

*Pater, vel dominus an possint eligere sepulturam filio, vel seruo impuberibus,& quid Neap. seruetur. Cap. 76. num.4.fol.247.*

*Paupertas Clerici est probanda, vt admittatur ad beneficium. cap. Od. de solut. & quomodo probetur, & etiam Clericus tenetur indicare bona. Cap. 3. num.19. fol.23.*

*Pecunia an numeretur inter mobilia, vel immobilia.Cap.75.num.8.fol.241.*

*Et quid, si sit destinata ad emptionem immobilium,vel redacta ex venditione immobilium, aut posita in banco. ibid. num.9.*

*Pœnitentia iniuncta à Papa in dispensatione matrimoniali incestuoso viro, quod operam suam conferat fabricæ Ecclesiæ, an possit à delegato commutari in aliud pium opus, si vir sit persona nobilis,vel delicata. Cap.20. nu.1. fol.72.*

*Pœnitentiaria solet dispensare in primò gradu affinitatis, tàm ex copula licita, quàm illicita. in Addit.ad cap.20.nu. 9.fol.79.*

*Pœna ordinaria delicti an possit imponi in visitatione, & formari processus contra clericum. Cap.33 .num.4.fol.123.*

*Pœna suspensionis contenta in cap.1. de sententia excommunicationis in sexto non comprehendit Episcopos, nec pœna cap.sacro.eodem titulo,& quid in Prælatis regularibus. Cap.24. numer. 6. fol.106.*

*Pœna nulla imponitur ordinario admittenti resignationem sine causa, sed resignatio est nulla. Cap.65.num.6. fol.200.*

*Pœnam pecuniariam an possit Episcopus sibi retinere. Cap.69. num.1.fol.221.*

*An conuertere in solutionem mercedis Vicarij,& aliorum officialium Curiæ, vel in fabricam Ecclesiæ Cathedralis. ibid. num.2.*

*Et quid,si Episcopus est pauper. ibidem num.3.*

*Pœna clerici committentis delictum, sede vacante, sed condemnati ab Episcopo successore, an pertineat ad Nuncium Apostolicum. ibid. num.5.fol.223.*

*Pœnitenti contra confessarium creditur cir-*

ea reuelationem confessionis. Cap. 81. num.1.fol.259.

Pœnitentia solemnis non potest impon clericis, & quare. Cap.91. numer. 5. fol.317.

Periurium an incurratur per solam libelli oblationem, vel per litis contestationem remissiuè. Cap.4.num.7.fol.27.

Percussor clerici quomodo debeat satisfacere clerico antequam absoluatur, & an in pecunia pro iniuria. Cap.23.num. 6.fol.99.

Percutiens clericum coram Sanctissimo Sacramento est absoluendus à Papa, & ibi alia exempla narrantur. ibid. num.9.fol.99.

Percussio clerici ad hoc, vt dicatur grauis ratione loci publici requirit scandalum. Cap.98.num.3.fol.333.

Permutatio beneficij ex qua causa fieri debet. Cap.65.num.11.fol.201.

Peregrini clerici benignè tractandi. Cap. 46.num.3.fol.154.

Peregrinantes clerici ad Papam non possunt excommunicari, nec contra eos aliquid innouari debet. ibid.num.6.

Potentia coeundi quomodo cognoscitur in proximis pubertati. Cap. 104. num.3. fol.352.

Potestas Episcoporum vigore Concilij Tridentini sess. 24. de reformat. cap.6. latè interpretanda. Cap. 67. numer. 1. fol.213.

Praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ super liquidatione instrumentorum. Cap.15.num.2.fol.49.

Presbyteri carcerati an possint celebrare Missas, si sint habilitati per Palatium, vel ciuitatem. Cap. 27. numer. 10. fol.112.

Prædicatores examinantur in curia Neapolitana, nisi fuerint noti, & insignes. Cap.58.num.2.fol.173.

Præsentationes multiplicatæ, quæ esse debeant ad finem probandi iuspatronatus. Cap.63.num.1.fol.187.

Præsentationes multiplicatæ ad probandum iuspatronatus, an omnes debeant esse antiquissimæ. ibidem numer. 4. fol. 188.

Præsentationes continuatæ per quot temporis spatium debent esse in personis in quibus præsumitur vsurpatio. ibidem num.8.

Præsentationes continuatæ per spatium quinquaginta annorum, an debent esse vltimæ, vel sufficiat, quod sint intra tempus immemorabile. ibid. num.10. fol.189.

Præsentatio quando dicatur sortita effectum. ibid.num.12.

Præsentationem debet sequi institutio, & captura possessionis, vt constituat aliquem in quasi possessione præsentandi. ibid.num.16 fol.190.

Præsentationes fuisse sortitas effectum probatur, quando vnus per alterius vacationem præsentatus, & institutus fuit. ibid.num.27 fol.193.

Principales sunt examinandi in causa matrimoniali. Cap. 21. numer. 16. fol.91.

Principalis an teneatur reuelare, restituere, vel edere arma contra se. Cap 2. num. 1.fol.12.

Probationes imperfectæ coniunguntur ad probandum censuras. Cap.23.num.21. fol.103.

Probatio debet esse concludens, quando agitur de priuatione beneficij, & non sufficit per præsumptiones. Cap.37. num.8.fol.133.

Processiones publicæ, quæ dicantur. Cap. 64.num.2.fol.194.

Procuratio an sit recipienda ab Ecclesia ciuitatis quando visitantur, & quid

*Neapoli seruetur. Cap. 31. numer. 1. fol. 120.*

*Propositum eligendi sepulturam sine electione non attenditur. Cap. 76. num. 17. fol. 250.*

*Priuari debet beneficijs clericus attentans crimen Sodomiæ. Cap. 82. numer. 4. fol. 260.*

*Præscriptio non currit contra Ecclesiam tempore quo viuit Prælatus male alienans. Cap. 87. num. 38. fol. 293.*

*Præstatur obedientia Metropolitano à Suffraganeis tamquam patri, & coram ipso non deferunt rochettum detectum. Cap. 88. num. 36. fol. 306.*

*Prælatus, vel Tutor contrahentes pro Ecclesia, vel pro pupillo, an possint in casu læsionis contrauenire contractui, etiam iuramento firmato, non petita absolutione. Cap. 4. num. 14. fol. 28.*

*Prælati inferiores tenentur eligere Metropolitanum viciniorem, cuius synodo Prouinciali intersint. Cap. 89. num. 16. fol. 313.*

*Proditorium homicidium, vt dicatur, an requiratur, quod fiat sub colore amicitiæ, vel satis sit occidere inimicum cum sclopo ex insidijs. Cap. 94. num. 2. fol. 325.*

*Probationes leuiores sufficiunt, quando agitur de Iurepatronatus inter præsentatos, & non controuertitur de existentia Iurispatronatus coram ordinario, & declaratur cap. consultationibus, de Iurepatronatus. Cap. 100. numer. 8. fol. 339.*

*Præsentare an possit patronus mortuo, vno ex præsentatis, lite pendente, vel cedente. Cap. 102. num. 1. fol. 346.*

*Puellæ voluntas circa matrimonium est exploranda extra territorium Principis, quando Princeps est suspectus, ne metum inferat in contrahendo, & est ducenda ad aliud territorium expensis communibus. Cap. 14. num. 4. fol. 48.*

*Purgatio canonica an possit indici, quando contra inquisitum adsunt indicia sufficientia ad torturam. Cap. 40. num. 1. fol. 137.*

*Publicum an dicatur delictum, si ab Ecclesia toleratur, & alia circa hanc materiam. Cap. 67. num. 4. fol. 214.*

*Purificatio mulierum post partum, benedictio ouorum, & domorum, ad quem spectet. Cap. 72. num. 12. fol. 233.*

## Q

*Quarta funeralis an debeatur, si moritur persona insignis, & post sepultum corpus in patria fiant exequiæ solemnes in alio loco. Cap. 76. num. 1. fol. 246.*

*Quasi possessio patris an continuetur in filium in Iurepatronatus sine corporali apprehensione. Cap. 100. num. 4. fol. 339.*

*Quasi possessio præsentandi quando amittatur à patrono, ob non præsentationem. ibid. num. 5.*

*Quæ potestas transeat in Vicarium Capituli. Cap. 86. num. 5. fol. 283.*

*Querelæ plures iniustæ, maxime in officio Sanctæ Inquisitionis, præbent iustam causam separationis thori. Cap. 21. nu. 24. fol. 92.*

*Qui tempore denunciationum non accusauerunt matrimonium, quando admittantur ad accusandum. Cap. 21. nu. 20. fol. 91.*

*Quomodo probetur mors viri pro muliere ad effectum transeundi ad secundas nuptias. in Addit. ad cap. 20. num. 34. fol. 86.*

R

Raptus quomodo probetur in materia dispensationis matrimonialis. Cap.20.num.11.fol.74.

Rationes administrationis locorum piorum, an possit Episcopus pluries in anno exigere. Cap.33.num.3.fol.123.

Recurrens ad curias sæculares in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, est excommunicatus, & priuatur omni iure in petitorio, & possessorio. Cap. 16. num. 2. fol. 52. & cap. 33. num.15. fol.126.

Recursus ad curiam sæcularem reddit clericum excommunicatum, & incapacem fructuum beneficiorum. ibid.num. 3. & cap.33.num.16.fol.137.

Recursus ad curiam sæcularem improbatur, etiam ad finem impediendi executionem mandati nulliter facti. ibid.num. 4. & cap.33.num.17.fol.127.

Recursus ad curiam sæcularem præsumitur obtentus ab eo, cuius interest. ibid.nu. 5. & cap.33.num.18.fol.127.

Recommendatio in carceribus quando facienda, & quid seruetur Neapol. Cap. 27.num.7.fol.110.

Recognitio inquisiti quomodo fiat in causis sanctæ fidei. Cap.84.num.4.fol.270.

Rectores Ecclesiarum, & Hospitalium, an possint ab Episcopo qualibet parte anni compelli ad dispensandum redditus in pios vsus. Cap. 111.num.1.fol. 376.

Regulares non possunt alloqui Moniales sine licentia obtenta à Sacra Congregatione. Cap.34.num.2.fol.128.

Regularis carceratus in curia Archiepiscopali Neapolitanæ ad instantiam superioris, si ibi delinquat, an puniatur per eandem Curiam: & quid si commoretur extra claustrum de licentia superioris. Cap.59.num.2.fol.174.

Regulares degentes in claustris, qui inueniuntur in domibus meretricum, vel aliàs notoriè delinquunt cum populi scandalo, carcerantur, & non remittuntur ad suos superiores antequam capiatur informatio delicti, & ibi Praxis. ibid.num.3.fol.175.

Regulares mendicantes, qui habent priuilegium, vt non possint ab ordinario excommunicari, suspendi, & interdici in casibus, in quibus possunt compelli ab Episcopo, nempè vt eant ad processiones publicas, an possint compelli censuris. ibid.num.9.fol.176.

Regulares in ciuilibus coram quo conueniendi. ibid.nu.10.fol.177.

Regulares mendicantes sine necessitate, possunt impediri per ordinarium. ibid. num.11.

Regulares semel approbati ad audiendas confessiones, quando possunt de nouo examinari. ibid.num.15.fol.178.

Regulares an teneantur accedere ad orationem quadraginta horarum extra propria monasteria. Cap. 64. numer.3 fol.194.

Regulares, qui absunt à Ciuitate, an teneantur accedere ad publicas processiones. ibid.num.4.

Regulares à quo ordinandi, quando, & cum cuius litteris. Cap. 83. numer. 1. fol.261.

Relegatus à Iudice laico pendente relegationis tempore, si efficitur clericus, & frangat relegationem, à quo Iudice sit puniendus pro dicta fractura. Cap. 8. num.2.fol.37.

Relictum pro anniuersario an possit impendi in aliud pro vna vice. Cap.19.num. 5.fol.71.

Religiosus locus non efficitur de Iure Cano-

nonico per illationem corporis mortui sine auctoritate Episcopi. Cap.41.num. 29.fol.143.

Reliquiæ Ecclesiæ an possint ab Episcopo, vel Rectore Ecclesiæ aliis concedi, vel donari absque licentia Papæ. Cap. 71. num.4.fol.230.

Reliquias surripientes committunt sacrilegium.ibid.num.5.

Reliquias in processionibus debent portare diaconi.ibid.num.6.

Remissio Clerici cuius expensis fieri debeat.Cap.6.num.6.fol.34.

Resignatio beneficij clerici scandalosè viuentis sine alia causa ab ordinarijs recipi potest.Cap.65.num.2.fol.199.

Resignationem beneficij non potest recipere, qui ex priuilegio confert. Cap. 65. num.10.fol.201.

Reuelationibus receptis quomodo procedendum.Cap.1.num.17.fol.9.

Reuelare an teneantur, si non possunt probare, quæ sciunt. Cap.2. num.2.fol.13.

Reuelare an teneantur, qui non possunt compelli ad testificandum, & quando tenentur, & an filius contra patrem spiritualem.ibid.num.3.fol.14.

Reuelare non tenetur, qui scit aliquem retinere rem, de qua in monitorio sine peccato, vel illum, ad cuius instantiam fertur monitorium, non habere interesse. ibid. num.4.fol. 15.

Reuelare non tenetur, qui timet damnum sibi inferri ex reuelatione. ibid. num.6. fol.15.

Reuelare an teneatur, qui tempore excommunicationis est impotens, absens, ignorans, & an quamprimum sciuerit, vel potuerit, sub eadem pœna excommunicationis latæ.ibid.num.7.fol.15.

Reuelare non tenentur, quos pars, vel Iudex excommunicare non intendit. ibid. num.8.fol.16.

Rex non debet à clericis recipi cum cruce in eius aduentu. Cap. 54. numer. 7. fol.165.

Rigor Canonum relaxari potest ex causa, ac etiam ex causa inter Plebeios dispensari. in Addit. ad cap. 20. numer. 28. fol.82.

S

Sacerdotes quicumque vigore facultatum non possunt absoluere violantes immunitatem Ecclesiæ propter extractionem. Cap.17.num.12.fol.58.

Sacerdotalia munera, & functiones presbyterales in Ecclesijs, quæ reguntur à Magistris laicis, an pertineant ad parochum, vel ad sacristam, aut capellanos Ecclesiæ deputatos à laicis. Cap.41.nu. 33.fol.144.

Sacra Congregatio declarauit, quòd nullus Prælatus inferior Episcopo possit concedere litteras Monitoriales. Cap. 1. num. 22.fol.11.

Sacramenta quis debeat ministrare existentibus in hospitali, parochus, vel presbyteri inseruientes hospitali. Cap. 61.num.1.fol.181.

Sacramenta quilibet potest recipere in Ecclesia Cathedrali inuito parocho. Cap. 76.num.22.pag.251.

Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia Parochiali tantum asseruari potest pro infirmis.Cap.110.num.1.fol.375.

Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione asseruari non potest sine licentia Summi Pontificis.ibid.num.2.

Scire quis dicatur in materia monitoriorum, & an testis de auditu teneatur. Cap.2.num.9.fol.17.

Scriptura non requiritur in sententia excommunicationis lata pro defensione

 iurium.

iurium. Cap.30.num.3.fol.110.
Scriptura requiritur in sententia excommunicationis, & in aliis censuris, & quod si sit lata contra incertam personam. Cap. 24. num.1. fol.105.
Scriptura an requiratur in pracepto de aliquid faciendo sub pœna excommunicationis lata sententia ibid. num. 2.
Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis nulla, vel quæ non habuit effectum. ibid. num. 3.
Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis lata per statutum, & quid si per mandatum generale. ibidem num. 4.
Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis, quando copia notarij; vel alia necessaria ad scribendum haberi non possunt. ibid. num. 5. fol. 106.
Scientia vacationis beneficij præsumitur in Episcopo, quia tenetur visitare. Cap. 61. num. 6. fol.183.
Scientiæ defectus magis inhabilitat ad beneficium curatum, quam defectus ordinum, vbi latè qui præferendi sint in concursu. Cap. 66. num. 13. fol. 209.
Scientia quæ requiratur ad obtinendum beneficium simplex. Cap. 119. num. 1. fol. 383.
Sententia excommunicationis quando liget futuros contumaces. Cap. 20. num. 12. fol. 17.
Sententia in causa matrimoniali, an transeat in rem iudicatam. Cap. 21. num. 12. fol. 89.
Separato matrimonio propter fornicationem, si coniux innocens adulterium committat, an possit cogi redire ad coniugem. ibid. num. 15. fol. 90.
Sententia censurarum an transeat in rem iudicatam. Cap. 23. num. 16. fol. 102.
Sententia definitiua fertur contra contumacem lite non contestata, vbi agitur de periculo animarum. ibidem num. 23. fol. 103.
Sententia priuationis beneficiorum contra concubinarios non est festinanter proferenda propter fragilitatem hominum, sed cum magna consideratione. Cap. 37. num. 7. fol. 133.
Sepulchra, & capellæ quomodo vendantur. Cap. 41. num. 18. fol. 141.
Sepeliri cum maiori pompa, vel meliori loco Ecclesiæ, non est spirituale, & an possit pro eo aliquod accipi. ibidem num. 19.
Sepulchrum vnius familiæ an possit aliis concedi, extincta familia. ibid. num. 23. fol. 142.
Sepulturæ, & capellæ vendi non debent. ibid. num. 28. fol. 143.
Sedendi ius in sedilibus, & super sepulchris quomodo laicis competat. ibid. num. 31. fol. 144.
Sententia Vicarij cum clausula, salua moderatione, & commutatione Episcopi valet, & ita seruatur Neapol. Cap. 57. num. 3. fol. 171.
Sepultura an possit denegari ob non solutionem decimarum. Cap. 76. numer. 10. fol. 248. & num. 19. fol. 250.
Sepultura Ecclesiastica debent priuari, qui in Paschate non communicauerunt, & quid Neap. seruetur. ibidem numer. 11. fol. 249.
Sepulturam eligens voto, vel iuramento non ad suggestionem, tenetur ad obseruantiam. ibid. num. 15. fol. 250.
Sepultura an possit denegari ob non solutionem decimarum. ibid. num. 19.
Sede vacante, non agitatur causa Ecclesiæ, amplia, & limita. Cap. 87. numer. 36. fol. 292.
Sede vacante, non currit præscriptio contra Ecclesiam. ibid. num. 37. fol. 293.
Sede vacante, non expirant gratiæ concessæ ab

*ab Episcopo, hinc non expirant dimissoriæ ad ordines, nec licentia audiendi confessiones, nisi fuerint concessæ ad beneplacitum Episcopi, sicut casus reservati ab Episcopo, qui eius morte expirant.ibid.num.39.*

*Sententia lata contra alienantem lite pendente, non potest mandari exequutioni per Iudicem laicum contra clericum ementem. Cap.93.num.1.fol.324.*

*Sententia excommunicationis quando liget futuros contumaces. Cap.2.num.9. fol.16.*

*Sextæ partis diminutio quando fit in concessione rei Ecclesiæ in emphyteusim. Cap.107.num.6.fol.364.*

*Socius criminis laicus torquetur à Iudice Ecclesiastico ad validam eius depositionem contra clericum. Cap.9. num.5. fol.43.*

*Socius criminis an probet sine tortura in causis sanctæ fidei. Cap.84. numer. 11. fol.271.*

*Sodomita clericus quomodo puniatur. Cap. 82.num.1.fol.259.*

*Sodomita an torquendus ex solo dicto pueri.ibid.num.2.*

*Sodomia crimen tentatum tantummodo quomodo puniendum. ibidem numer. 3. fol.260.*

*Solita concedi in feudum, vel emphyteusim, quæ dicantur. Cap.75. numer. 5. fol.240.*

*Et in quibus casibus non possunt de nouo concedi.ibid.num.6.*

*Sponsus qui defloravit sponsam, si nolit contrahere matrimonium cum ea, an possit per Episcopum compelli carcere ad contrahendum. Cap.23. num 1. fol.46.*

*Sponsus nolens contrahere matrimonium, quando possit excommunicari. ibidem num. 2.*

*Statutum laicorum, quod instrumenta habeant exequutionem paratam, an sit seruandum in Curia Ecclesiastica contra clericum. Cap.15.num.1.fol.49.*

*Statutum Episcopi excommunicans accedentes ad monasteria Monialium exempta, an valeat, & quid Neap. seruetur. Cap. 34. num. 1. fol. 128.*

*Statutum contra consanguineos clericorum intuitu clericorum, est contra libertatem Ecclesiæ. Cap.42. num. 13.fol.148.*

*Statuta laicorum honesta, fauorabilia non contraria canonibus, nec præiudicialia clericis nullo modo ligare clericos, latissimè probatur. Cap. 92. numer. 1. fol.319.*

*Statutum Mediolanense, de non seminando orizam, ne aer inficiatur, non ligat clericos. ibid.num.2.fol.321.*

*Statutum laicorum, de non extrahendis bonis à territorio, non ligat clericos extrahentes sua bona. ibidem numer. 3. fol.322.*

*Statutum laicorum, quod vinum non conducatur in ciuitatem extra suos fines collectum, non comprehendit vinum Ecclesiasticorum. ibidem numer. 4. fol.323.*

*Status beneficiorum materia latissimè declaratur.Cap.121.num.1.fol.338.*

*Statutum Episcopi, quod excommunicatus quolibet mense soluat certam pecuniæ quantitatem est validum. Cap.7. nu.2. fol.35.*

*Subditus non potest ex iustitia dispensationem petere, sed debet misericordiam & clementiam Superioris implorare. in Addit. ad cap.20. num. 14. fol 80.*

*Suspecti de hæresi, vel apostasia vehementer, qui dicantur, & ibi plura enumerantur. Cap.18. num.11.fol.65.*

*Suspectus de hæresi grauiter infamatus debet suspendi ab officio, & beneficio, donea*

nec se purgauerit. Cap. 53. numer. 4. fol. 162.
Suspectus de hæresi post abiurationem debet manere suspensus officio, donec cesset scandalum. ibid. num. 5.
Suspectus de hæresi, qui abiurauit de vehementi, an possit impediri quominus capiat possessionem Canonicatus in Cathedrali. ibid. num. 6.
Suspecti de hæresi quomodo puniantur. Cap. 84. num. 8. fol. 271.
Suffraganeus de nouo electus, tenetur accedere ad visitandum ipsum Metropolitanum. Cap. 88. num. 35. fol. 306.
Subbastatio, & aliæ solemnitates requisitæ in alienationibus rerum Ecclesiæ à iure ciuili, locum non habent de iure Canonico. Cap. 107. num. 9. fol. 366.

T

Taxatio pretij frumenti, vel aliorum victualium facta laicis, non ligat clericos. Cap. 92. num. 5. fol. 323.
Testes inhabiles quando probent, & teneantur reuelare. Cap. 2. numer. 12. fol. 17.
Testes laici compelluntur censuris à Iudice Ecclesiastico ad deponendum coram eo. Cap. 9. num. 1. fol. 41.
Testes laici quando possint carcerari, torqueri, & puniri per Curiam Ecclesiasticam. ibid. num. 3. fol. 42.
Testis conuictus de mendacio ex dicto alterius testis dignioris, an possit torqueri. ibid. num. 4.
Testes contra matrimonium debent esse omni exceptione maiores, & an talis qualitas præsumatur. Cap. 21. num. 5. fol. 88.
Testes de auditu deponentes super consanguinitate debent habere plura requisita. Cap. 21. num. 8. fol. 88.
Testes an sint repetendi ad instantiam excommunicati per annum. Cap. 26. num. 2. fol. 107.
Testes, qui fecerunt confrontationem in faciem inquisiti, an sint repetendi cum eius interrogatorijs, & quid Neapoli seruetur. Cap. 27. num. 13. fol. 113.
Testes singulares non probant miracula, & tenentur reddere causam scientiæ, etiam non interrogati, nec probant, si dicant, scio, quia vicinus. Cap. 60. num. 3. fol. 180.
Testes de vniuersitate an probent Iuspatronatus vniuersitatis. Cap. 63. num. 7. fol. 188.
Terra, vbi fuit Ecclesia, potest vendi in casu necessitatis. Cap. 41. numer. 30. fol. 144.
Tempus immemorabile, ad finem probandi Iuspatronatus, quot annorum esse debeat. Cap. 63. num. 2. fol. 187.
Terrulæ, & vineolæ Ecclesiæ possunt alienari sine solemnitate, & quæ tales sint. Cap. 75. num. 3. pag. 239.
Tentans mulieres in actu confessionis, vel propè est suspectus de hæresi. Cap. 81. num. 2. fol. 259.
Testes an possint haberi pro repetitis in causis sanctæ fidei. Cap. 84. numer. 5. fol. 270.
Tempus ad præsentandum currit patronis à die scientiæ, & quid debeat probare impetrans beneficium de Iurepatronatus, ob non factam præsentationem à patrono in tempore. Cap. 100. numer. 7. fol. 340.
Titulus ordinandorum qualis esse debeat, & ibi plures resolutiones circa eas. Cap. 83. num. 2. fol. 262.
Titulus beneficij habentis redditus incertos, qui communiter rediguntur ad certam summam, an sit validus. Cap. 83. num. 11. fol. 266.

Tor-

*Tortura in clericis non debet esse ita seuera, sicut in laicis. Cap. 70. numer. 19. fol. 228.*

*Tortura suspectorum de heresi vehementer super intentione, & credulitate qualis esse debet. Cap. 84. num. 9. fol. 271.*

*Tonsura an sit necessaria, vt clericus gaudeat priuilegio fori. Cap. 28. num. 11. fol. 117.*

*Tria instrumenta antiquissima enunciantia Iuspatronatus quando illud probent: Cap. 63. num. 25. fol. 192.*

*V*

*VEnditor census vitalitij si superuixerit tanto tempore, quod fructus percepti excederent solutum pretium, an contractus amplius sit licitus. Cap. 15. num. 9 fol. 51.*

*Vestes Regularium ludo, vel fraude gerentes, an compellendi ad religionem. Cap. 55. num. 8. fol. 168.*

*Vendita vniuersitate, si fiat mentio Iurispatronatus in venditione, quando transeat, vel amittatur Iuspatronatus. Cap. 102. num. 2. fol. 347.*

*Versio in vtilitatem Ecclesiæ probatur coniecturis. Cap. 107. num. 8. fol. 366.*

*Visitati si vno anno soluerunt procurationem in pecunia, an possint cogi ad idem anno sequenti, vel possint variare, & præstare in victualibus. Cap. 33. nu. 7. fol. 124.*

*Violantes immunitatem Ecclesiæ an sint ipso facto excommunicati. Cap. 17. nu. 1. fol. 53.*

*Vicarius Episcopi an possit reconciliare publicè pœnitentes. Cap. 51. numer. 1. fol. 160.*

*Vicarius, vel pœnitentiarius, cui commissa est potestas absoluendi vigore cap. 6. sess. 24. de reformat. Concil. Trident. an possit eam alijs demandare. Cap. 67. nu. 23. fol. 219.*

*Vicarius Episcopi in casibus sibi specialiter commissis an dicatur habere iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. ibid. num. 24. fol. 220.*

*Vicarius Episcopi an teneatur dare sindicatum. Cap. 73. num. 1. fol. 236.*

*Vicarius Episcopi an possit ordines conferre, absente Episcopo, si est Episcopus. Cap. 83. num. 5. fol. 265.*

*Vicarius Episcopi, vt possit concedere dimissorias quando Episcopus dicatur agere in remotis. ibid. num. 12. fol. 267.*

*Vicarius Capituli, sede vacante, qualis esse debeat. Cap. 86. num. 1. fol. 282.*

*An possint esse plures. ibidem numer. 2. fol. 283.*

*An ipso constituto possit alteri causa delegari. ibid. num. 3.*

*An possit Vicarius constitutus à Capitulo reuocari. ibidem num. 4.*

*Vicarius Capituli Canonicus in quo loco sedere debeat, vt lucretur distributiones. ibid. nu. 8. fol. 284.*

*Et an debeat habere salarium, ac si esset extraneus. ibid. num. 9.*

*Etsi delinquat, an Capitulum teneatur. ibid. num. 10.*

*Vicarius Capituli an possit alium Vicarium facere. ibid. num. 13.*

*Vicarius Capituli an possit absoluere illum, cuius absolutionem Papa commisit Episcopo, vel Vicario. ibid. num. 12.*

*Vicarius Episcopi omnes dignitates, & Canonicos præcedere debet tamquam Vicarius, sed, si est Canonicus, debet in choro, & Capitulo sedere in loco receptionis in canonicatu, aliàs non lucratur distributiones. ibidem numer. 14. fol. 284.*

*Vicarius Episcopi, absente Episcopo, vel impedito, non debet se ingerere in celebratio-*

*bratione Missarum, & aliarum Ecclesiasticarum functionum administratione. ibid. num. 15. fol. 285.*

*Visitare an possit Episcopus in territorio Abbatis, in quo Abbas exercet iurisdictionem ex consuetudine immemorabili. Cap. 83. num. 10. fol. 265.*

*Votum Episcopi quale sit, quando cum alijs exigit rationes ab administratoribus locorum piorum. Cap. 33. num. 2. fol. 122.*

*Vocandi qui sint ad Concilium Prouinciale, & qui accedere teneantur. Cap. 89. num. 2. fol. 309.*

*Votum qui habeat in Concilio Prouinciali. ibid. num. 4. fol. 310.*

*Voluntas captatoria valet ad pias causas. Cap. 96. num. 2. pag. 329.*

*Vsurpatio Iurispatronatus in quibus personis præsumatur. Cap. 63. numer. 6. fol. 188.*

*Vtilitas Ecclesiæ in concessione rei emphyteoticæ solitæ concedi, quando considerari debeat. Cap. 75. numer. 12. fol. 242.*

*Vtilitas Ecclesiæ in alienatione an sit attendenda tempore contractus, vel tempore assensus. Cap. 107. num. 3. fol. 363.*

# FINIS.

REGE

# REGESTVM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRST
VXYZ

Ab Bb

a b c d e

Omnes sunt Quaterniones , præter *, & Bb, qui sunt Duerniones, & e Terniones.

VENETIIS, M. DC. LXVII.

Apud Guerilios.